



LIBER SEXTVS  
DE TRANSLATIONE  
DOMINII PER VLTIMAM  
voluntatem, & hæreditariam  
successionem.

**T**ENTER alios modos transferendi dominij, ille est in iure potissimum, ac valde celebris, qui per testamentum, seu vltimam voluntatem sit, hoc est, per vltimam dispositionem voluntariam factam in vltima linea, seu periodo vita, in vltimo habitu, & spiritu, factam nimirum, vel tacite, vel expresse, quoniam si quis multo antea de rebus suis per vltimam voluntatem, & testamentum disposuerit de his, quæ post mortem suam fieri velit, & moriens nec revocet, nec expresse confirmet talem dispositionem, nihilominus censetur tacite per mortem confirmata, tanquam vltima voluntas, quæ ex morte disponentis firmitatem accipit; & eo usque tempore fuerat revocabilis, seu ambulatoria, ut iuristæ loquuntur. Testamentum enim per vltimum mortis habitum confirmatur, quia dum vivit testator, erat revocabile, iuxta illud D. Pauli ad Heb. 9. *Testamentum in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet,* id est, nondum est firmum, dum vivit ipse testator, inde est, quod huiusmodi liberæ dispositiones appellantur in iure vltimæ voluntates, non in ordinem ad alias priores; sed in ordinem ad effectum, & firmitatem illarum, quia in morte, & per vltimum spiritum vita confirmantur: ita Molina tom. 1. de iust. disp. 124. initio. q. est verò; testamentum enim solum vim accipit à morte testatoris, l. qui hæreditatem, l. neminem, ff. de acquir. hæredit.

*Testamentum* autem sic appellatur, & dicitur, quia est quasi vltima mentis testatio, ut ait Theophilus Institutionum Iustiniani auctoritate, ipsius compilator, secutus in eo Seruum Sulpitium, qui lib. 2. de testam. ait, *Testamenti nomen compositum esse, ex mente, & translatione, quasi testatio mentis.* Irrident hanc interpretationem Gellius, & Valla, & alij Grammatici, quos refert, ac sequitur Couarruicias in rub. de testam. pare 1. initio, quia non magis putant dictum esse testamentum à mente, quam ornamentum, quam calceamentum, & ideo dictum esse volunt testamentum à testatore, quasi testamen, seu testimonium vltimæ voluntatis: nam testandi actus, testamen, seu testamentum dictum est, eo quod testatores in testamentis suis alios suæ vltimæ voluntatis testes soleant interponere, & ad hoc confirmandum subtilem quasdam, seu futilis considerationes grammaticales inducunt, quæ parum ad rem faciunt, & tempus in illis non est insumendum: non enim descriptit Theophilus testamentum ex etymolo-



LIBER SEXTVS  
DE TRANSLATIONE  
DOMINII PER VLTIMAM  
voluntatem, & hæreditariam  
successionem.

**T**ENTER alios modos transferendi dominij, ille est in iure potissimum, ac valde celebris, qui per testamentum, seu vltimam voluntatem sit, hoc est, per vltimam dispositionem voluntariam factam in vltima linea, seu periodo vita, in vltimo habitu, & spiritu, factam nimirum, vel tacite, vel expresse, quoniam si quis multo antea de rebus suis per vltimam voluntatem, & testamentum disposuerit de his, quæ post mortem suam fieri velit, & moriens nec revocet, nec expresse confirmet talem dispositionem, nihilominus censetur tacite per mortem confirmata, tanquam vltima voluntas, quæ ex morte disponentis firmitatem accipit; & eo usque tempore fuerat revocabilis, seu ambulatoria, ut iuristæ loquuntur. Testamentum enim per vltimum mortis habitum confirmatur, quia dum vivit testator, erat revocabile, iuxta illud D. Pauli ad Heb. 9. *Testamentum in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet,* id est, nondum est firmum, dum vivit ipse testator, inde est, quod huiusmodi liberæ dispositiones appellantur in iure vltimæ voluntates, non in ordinem ad alias priores; sed in ordinem ad effectum, & firmitatem illarum, quia in morte, & per vltimum spiritum vita confirmantur: ita Molina tom. 1. de iust. disp. 124. initio. q. est verò; testamentum enim solum vim accipit à morte testatoris, l. qui hæreditatem, l. neminem, ff. de acquir. hæredit.

*Testamentum* autem sic appellatur, & dicitur, quia est quasi vltima mentis testatio, ut ait Theophilus Institutionum Iustiniani auctoritate, ipsius compilator, secutus in eo Seruum Sulpitium, qui lib. 2. de testam. ait, *Testamenti nomen compositum esse, ex mente, & translatione, quasi testatio mentis.* Irrident hanc interpretationem Gellius, & Valla, & alij Grammatici, quos refert, ac sequitur Couarruicias in rub. de testam. pare 1. initio, quia non magis putant dictum esse testamentum à mente, quam ornamentum, quam calceamentum, & ideo dictum esse volunt testamentum à testatore, quasi testamen, seu testimonium vltimæ voluntatis: nam testandi actus, testamen, seu testamentum dictum est, eo quod testatores in testamentis suis alios suæ vltimæ voluntatis testes soleant interponere, & ad hoc confirmandum subtilem quasdam, seu futilis considerationes grammaticales inducunt, quæ parum ad rem faciunt, & tempus in illis non est insumendum: non enim descriptit Theophilus testamentum ex etymolo-

## 518 De translat. dominij per vlt.volunt.

gia nominis, sed ad maiorem expressionem significationis illius, adiecit mentis, hoc est, voluntatis testatio, quia reuera testamentum, mentis est testatio.

Sed quoniam cum doctrina de testamentis coniuncta est etiam doctrina de successione heredum, & de partitionibus hereditatum inter ipsos heredes, ideo hos etiam duos titulos coniuctos explicabimus, ut totus tractatus de acquirendo dominio per ultimam voluntatem, & hereditarjam successionem comprehendatur.

### CAPUT PRIMVM.

Quid sit testamentum, quotuplex, quo iure introductum, quid etiam sint reliquæ ultimæ voluntates.

- 1 Quid sit testamentum.
- 2 Quare dicatur testamentum iusta sententia voluntatis libera.
- 3 Testamentum complecti potest omnia bona, que defunctus habet, non ita codicillus, nec reliqua ultime voluntates.
- 4 Requirit directam heredis institutionem.
- 5 Dissiditur testamentum in clausum, & apertum, quid utrumque. Et in solemne, & non solemne, ibid.
- 6 Testamentum, quo iure introductum sit. Refertur prima opinio afferens iure ciuili. Potestas testandi supponit rerum divisionem, ibid.
- 7 Praesertim sententia afferens testamentum, quod invenientem, & factiōnem, esse de iure gentium, atque adeo potestatem testandi de iure gentium esse, quod solemnitas verò de iure ciuili.
- 8 Potestas, & consuetudo testandi est consentanea iuri naturali.
- 9 Bona iniuste ablata Brasiliis, & gentibus ditioni Lusitanie non subiectis, sunt illorum filii restituenda.
- 10 Si testandi potestas est de iure gentium, non potest Princeps auferre dominium alicui quesitum ex testamento.
- 11 Soluntur fundamenta prima opinionis. Abraham antiquior est Solone, ibid.
- 12 An testamentum incepit, quod testator in scriptis volebat efficere, non tamen perfecit, morte praeuentus, valeat ut nuncupatum.
- 13 Codicillus etiam est ultima voluntas, & quid sit. Quomodo, & in quo distinguatur à testamento. ibid.
- 14 In codicillo potest dari indirectè fideicommissaria institutio heredis, seu hereditatis, sed tunc quarta pars Trebelliana ipsius hereditatis debetur heredi directè instituto in testamento.
- 15 In codicillis, an aliquis directè possit heres institui, aut ex heredari.
- 16 Quod discriminis inter testamentum, & codicillum, ibid.
- 17 Possunt dari plures codicilli validè, non tamen plura testamenta, ibid.
- 18 Legatum quid sit, in quo differat à donatione causa mortis.
- 19 Fidei commissum quid sit. olim fideicommissa non

obligabant nisi de rubore, & honestate. Hoc obligant in viroque foro.

Fideicommissum quibus verbis fiat, ibid.

Est species quædam legati, ibid.

An in codicillis mandari possint fideicomissa, ibid.

Fideicommissum an possit esse uniuersale, & de tota hereditate, an particullare, de parte tantum illius, ibid.

**E**CCESSARIO in hoc capite agendum nobis breuiter, ac obiter est de legatis, fideicommissis, codicillis, & reliquis ultimis voluntatibus ad intelligentiam matet, sed in discursu illius dilucidius patebit, quæ illarum sit distinctio, & quas solemnitates requirant, ut valent; nunc autem fusi, & ex professo de testamento nobis agendum est.

Prætermissa igitur vocabuli testamenti notione, de qua multa doctc & copiose Couarruicias ad rubricam de testam. part. 1. num. 1. Testamentum sic ab Vlpiano l. 1. ff. de testamento, definitur. Testamentum est voluntatis nostra iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. hanc definitionem, seu descriptionem approbat Iulius Clarus. §. Testamentum, initio, lib 3. Molina tom. 1. de inst. tract. 2. diff. 124. §. Testamentum, & communiter Doctores. cui definitioni merito adiungit glossa Accursij, cum directa heredis institutione, quod idem etiam adiungit Bartolus in l. 1. ff. de testam.

Ponitur voluntas pro genere: reliqua loco differentia. Dicitur iusta, id est, perfecta, perfectum autem est, cui nihil, leest, & ideo adiungitur, cum directa heredis institutione, quia si institutio heredis desit, nec perfectum, nec validum testamentum est. Dicitur iusta sententia, id est, nemini injuriosa, sed iustitiae regulis perfectè adæquata. Cum adiungitur, voluntatis nostra, intellige voluntatis libera à metu, vi, strande, & ex pleno rationis vnu deliberata, quæ de re dicemus. infra cap. 8. à num. 1. sequitur, de eo, quod quis post mortem fieri velit, ad excludendas omnes donationes, & contractus factos inter viuos, qui non expectata contrahentium mortis, effectum fortuantur. In verbo velit intellige etiam voluntatem ultimam, ut reliquias & excludas alias dispositiones in vita conceptas, & in tempus mortis collatas, quæ tandem per ultimam voluntatem non confirmantur.

In verbis autem, de eo, quod quis post mortem fieri velit, obserua, testamentum inter ultimas voluntates hoc proprium habere, ut de omnibus post mortem ex dispositione testatoris exequendas esse possit, quamvis frequenter aliqua maneat, quæ per codicillos suppleri possint, cum tamen plures codicilli, aut aliqua ultima voluntas omnia complecti nequeat, vnde est quod unius defuncti plures codicilli, plura legata, plures donationes causa mortis esse possint, non tamen nisi unum validum testamentum. Itaque si plura testamenta quis condat, solum

## 520 De translat. dominij per vlt. volunt.

fectum sibi assumpsit, ibi, *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorphae in gladio, & arcu meo: seu, vt est in paraphrasi Chaidai-ca, in gladio, & arcu meo, hoc est, in oratione, & obsecratione mea, quia, vt ait Tostatus ad hunc locum, Vir sanctus erat Iacob, & per orationem, & lacrymas a Deo impetravit, ut urbi Sichem, & ager Sichemitarum in potestate sua esset. Amorphae eum tunc occupantibus, metu propter orationem sancti viti Iacobi mirabiliter incusso, expulsis, indeque au-fugientibus, ac si illos magnus insequeretur exercitus, vt intelligamus maiorem vim ad fugandos hostes habere orationes Sanctorum, quam arma, & exercitus potentissimorum Regum, vt bene animaduerteret Peteira in Genesim, cap. 48. Vnde D. Paulus militem Christianum perfectè obarmati iubet ad Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis resistere insidijs Diaboli: induit loricam iustitiae; scutum fidei, galeam salutis, & gladium spiritus assumite, quod est verbum Dei;* & ne putaremus arma haec esse materialia, ærea, aut ferrea, statim addit, per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu; docens, ac studiens nos plus valere ad vincendos hostes, sive visibilis, sive inuisibilis orationes ad Deum ex intimo corde fusas, quam arma, haec ad levando animos, nunc ad institutum nostrum regrediamur. Patet igitur ex diuina Scriptura Patres illos sanctissimos, & antiquissimos solitos fuisse testari, & bona sua ad posteros suos hereditatio iure transmittere, & iure etiam gentium politiae deditarum hoc fuisse introductum.*

**3.** Quid autem haec omnium gentium politiarum consuetudo multum sit colonia iuri naturali, inde evidenter patet, quia nisi naturalis ratio manifeste dictaret, ac suaderet, tanquam conuenientissimum post naturam laplam, ut possit quisquam heredem sibi successurum instituere, & non licere cuiquam extraneo bona defuncti violenter invadere, nequaquam tanta conspiratione vniuersae nationes in idipsum conuenirent. Hinc enim est, quid ius gentium ab Imperatore Iustiniano confundatur cum naturali in § singulorum, *Institut. de rerum divisione*, quia consensus totius ferè orbis in re aliqua satis arguit naturalis rationis dictamen in id ferti, & ideo multi textus iuris scripti expresserunt, legem ipsam naturæ, successores facere filios, & consanguineos in bonis suorum defunctorum, ut patet ex l. vlt. C. quor. honor. & l. vnic. ff. de portionibus, & cap. ius naturale dist. 1. & alibi sepe.

**9.** Vnde infertur, malè resoluisse quosdam in Brasilia, bona iniuste oblara Brasiliis ditioni Lusitanicæ non subiectis, non esse ipsorum hereditibus restituenda, eo quid successio hereditaria sit tantum de iure civili Romanorum, quo illi non reguntur, siquidem ipso etiam iure Romano atestante, talis successio secundum legem naturæ debetur consanguineis, aut aliis ex ultima voluntate defuncti vocatis, quamvis iuri civili determinandus ordo, & modo succedendi relinquatur, aut in toto, aut in parte, aut ex testamento, aut ab intestato, simulque præscribenda forma, & solemnitas testamentorum, sicut latè prescribitur ff. & C. de testamentis, secundum quam rationem procedit quod dicitur in l. 3. ff. eodem, testamenti factionem esse de iure civili.

**10.** Multum autem refert scire, quo iure sit introducta testandi consuetudo: nam si testandi consuetudo, & factio testamenti, est de iure gentium, non poterit Princeps auferre dominium alicui ex testamento quæsumum, quod facere posset, si esset

de iure ciuili, vt optimè animaduertit Iulius Clarus lib. 2. sentent. §. Princeps, & lib. 3. § testamentum, quest. 2. in fine. Et in testamento facto inter liberos, si factio testamenti est de iure gentium, omnis solemnitas requisita de iure ciuili, positivique remissa censemur, valetque testamentum, sola iuris gentium solemnitate seruata, vt etiam animaduertit Iulius Clarus in collectan. communium opin. verb. Testamentum, num. 42. & in lib. 3. sent. §. testamentum, quest. 2. ad marginem, in commenio, littera B.

Sequitur, vt soluamus fundamenta primæ opinionis.

11.

Ad primum dices, quamvis terum diuisione non fuerit iure naturæ absolutè innecta; fuisse tamen ei valde consentaneam post Adæ peccatum; dinishis vero iam rebus, & dominiis, naturali quadam sequela resultasse, vt licet dominis morientibus testes transmittere per testamentum ad alios, maximè ad consanguineos suos, & vt hi etiam suis succederent ab intestato. Ut autem absoluta introduc-tio horum morum censeatur de iure gentium, non oportuisse, quod omnes gentes eundem modum testandi receperint; sufficit enim, quod gentes positiones duæ naturæ prædictum modum testandi induxerint, vt aliae obligarentur ad illum. Quod autem de Salone additur, si verum est, sic intelligi debet, vt primus Solon testamenti factionem, & hereditatiam successionem induxerit, non quidem simpliciter, & absolutè, sed quoad solemnitates ciuiles suo tempore in sua Republica obseruandas, nam ex collatione historiarum, & temporum computatione, constat Abraham multo antiquiore Salone, & tamen sacra Scriptura narrat eum in effectu testamentum condidisse. Genes. 25, ibi dedit cuncta, qua possebat Isaac, sibi autem concubinarum largitus est mura, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad orientalem plagam, id est, constituit heredem Isaac; aliis autem filiis largitus est munera, quasi dicat, legata.

Restat, explicemus, an testamentum conditum ab eo, qui volebat in scriptis testari, valeat ut nuncupativum, si in eo non seruata fuerit aliqua ex solemnitatibus requisitis ad valorem testamenti conditi in scriptis. Et verò ad hanc questionem respondendum est cum distinctione, nam aut constat, quod testator voluit testari in scriptis, aut non constat. Si constat, tunc quidem si deficit aliquæ solemnitatibus à iure requisitis ad valorem testamenti in scriptis facti, non sustinetur testamentum, neque valet ut nuncupativum. Si non constat, valet: sumenda est enim semper illa conjectura, & interpretatione ex voluntate testatoris, ita Iulius Clarus lib. 3. sent. quest. 4. num. 2. & Doctores communiter in hac materia, quatenus dicunt, semper attendendam esse voluntatem testatori saltem conjecturam. ita Bartol. quem secutus fuit Iulius Clarus in l. finali, in fine, ff. de iure codicillor. neque obstat Gozadinus consil. 3. num. 11. qui absolutè valere saltem ut nuncupativum, affirmat; fallitur enim Gozadinus egregie, vt ait Iulius Clarus ibi, quia deficiente conjectura voluntatis testatoris, attendendus est semper actus, qui fit, & natura illius.

Videamus modò, quæ sint reliqua ultimæ voluntates.

12.

Ptima est Codicillus, qui quasi patens codex, seu testamentum dicitur, eo quid natu sua pauciora comprehendat, ac complectatur, quam testamentum; definit autem Codicillus Institut. & C. de codicillis, in principio, ultima voluntates dispositio fine directa heredis institutione, vt hanc norat Molina tom. 1. de iustitia, tratt. 2. diff. 1. 4. §. fine jam:

vbi

13.

vbi in verbo, *dispositio*, sub intelliges, suo modo rotalis ad excludenda legata, fideicommissa, & donationes causa mortis, quae sunt quidem dispositio-nes ultimæ voluntatis sine directa hæreditis institu-tione, sed non totales, imò solent esse partes te-stamenti, aut codicilli, quanvis donatio causa mor-tis s̄epe etiam extra testamentum, aut codicillum fiat: at ipse codicillus est dispositio per se cohærens, quasi suo modo totalis, suo, inquam, modo, quia non est ita integra, & perfecta sicut testamentum: & in hoc distinguitur codicillus à testamento, ut bene notat Molina allegatus, quia testamentum est ultimæ voluntatis dispositio, cum directa hæreditis institutione, codicillus vero est etiam ultimæ ultimæ voluntatis dispositio, sed sine illa; differunt etiam, quia testamenta continent per se directam hæreditis institutionem. Codicilli non illam con-tinent per se, sed per accidens, & ex privilegio militi-bus concessio. Vnde in codicillis neque dari directe potest hæreditas alicui, neq; alicui directe adi-mi, ne iura testamentorum, & codicillorum con-fundantur, ut declaratur optimè in *Institut. de codi-cillis.* §. penult. & l. 2. c. eodem.

Indirectè tamen cadit in codicillis fideicommissaria hæreditis institutio, ut si nimis ipse disponens hæredem suum, aut in testamento à se institutum, aut ab intestato sibi successum, in codi-cillo roget, & fidei illius committat, ut hæreditatem alteri post mortem suam restituat, ut dicitur *dito* §. penultimo, quo casu hæres directe in testa-mento institutus, tenebitur in conscientia can-restituere fideicommissario, & in foro externo ad id cogetur; poterit tamen tunc sibi quartam hære-ditatis partem, quae in iure Trebellianica dicitur, reseruare, ut dicitur in §. sed quia, *Institut. de fideicommissariis, hæred. & l. 2. 6. finali, ff. de ure codicillor.* & leg. si vi allegas, *Cod. ad legem falci-diam.*

15. Non potest tamen in codicillis substitui directe hæres, qui succedat per testamentum, aut potius sit hæritate ab intestato, ex *codem* §. penultimo. *Institut. de codicillis;* si tamen talis institutio fiat ex benigna iuris interpretatione, valet tanquam fideicommissaria, per leg. *Scanola, ff. ad Trebellianum.* Similiter etiam, licet directa exhereditatio per codicillos non fiat, indirecta tamen fieri po-test, in casu, quo disponens in codicillis affirmaret hæredem, aut hæredes in testamento à se institutis non esse hæritate dignos, ob tale, vel tale crimen, nec se velle, ut ea potiantur, argumento *I. diu Seuerus, & Antoninus, ff. de adiumentis legati,* ut notat Syluester verb. *Testamentum.* 1. q. 2. aliquique communiter: legata vero in testamento relikti non prohibetur quis directe per codicillum, aut simpliciter adimere, aut in alium transferre, ut patet *Institut. de ademptione legatorum,* per totum. Animaduerte etiam, illud esse discrimen inter codicillum, & testamento, quod potest quis plures codicillos validos facere, modò sibi non con-tradicant, non tamen pluta testamento. Deinde, quia hæredi potè instituto, per testamento, non potest in codicillo adiici conditio, quae illi obsit. *Institut. de codicili. §. directo autem.* Alia discrimina inter codicillum, & testamento, vide apud Sylue-strum *vbi proxime.*

16. Legatum, est donatio quadam in testamento re-licta, à defuncto ab herede post mortem illius, ut in-betur, præstanda. patet ex §. 1. *Institut. de legati.* Differt à donatione causa mortis, quod hæc s̄epe ab ipso donatore præsterit, & tradatur in vita, quæ traditio revocari potest à donatore dum vi-

*Fagundez de Iuslilia, &c.*

uit: illud vero non præstetur nisi ab herede post mortem legantis. Vide alia discrimina apud glo-sam *Institut. de donationibus, in verb. serè.*

17. Fideicommissum, est legatum, quod fidei hæ-reditis commissum est, ut alteri ab eo præstetur, ut ait Syluester verb. *fidei omnissum.* Olim magna erat differentia inter legatum & fideicommissum. Illud enim de rigore debeatur, hoc nullo vinculo iuri, sed solo pudore eorum, qui roga-bantur, ut constat *Institut. de fideicommissis, hered.* in princip. postea tamen per omnia æqualia facta sunt legata fideicommissis, ut pater *Institut. de legatis.* §. sed non usque, & leg. i. ff. de legatis. l. 2. C. *communia de legatis.* Itaque hodie parum, aut nihil differunt, sed potest dici fideicommissum species quædam legati vibaniotis. Fit enim per verba, volo, peto, rogo, mando, fidei rox com-mitto: ut patet ex §. finali, *Diffl. de singulis rebus,* &c. Sed tamen non minus obligat in utro-que foro, quam si verbis iubeo, aut præcipio pro-ficeretur. Vnde quamvis, absolute loquendo, legata nonnulli ex testamento valeant, iuxta §. præ-terea, *Institut. de fideicommissariis,* &c. tamen cum fideicommissa codicillis mandari possint, & hæc sint exæquata legatis, sit, ut in effectu li-ceat dicere, legata etiam per codicilos relinqui posse Nihilominus illud adhuc in usu retinetur, ut tota hæreditas legari non possit, nec dicatur legari, cum tamen possit per fideicommissum re-linqui. Vnde dividitur fideicommissum in uni-versale, quod est de tota hæritate; in particula-re autem, quod est de aliqua tabùm parte-hære-ditatis. Alias autem etiam quoad vocem ista con-funduntur, nam l. & fideicommissum, ff. de legatis 3. sic habetur, & fideicommissum, mortis causa dona-tum, appellatione legati continetur.

## CAPUT II.

Quot testes, & quæ solemnitas in te-stamentis clausis, & apertis, & in reliquis ultimis voluntati-bus requirantur.

1. *De iure communis ad valorem testamenti requi-runtur septem testes.*
2. *Quæ qualitates debent habere, an debent esse liberi, masculi, puberes, rogati, &c. ibid.*
3. *In codicillo regulariter quinque requiruntur.*  
*Possunt esse vel rogati, vel fortuito advenientes.* ibid.
3. *In Lusitanum in testamento aperto seu nuncupa-tuoso requirit quinque testes, præter tabellionem,*  
*qui illud fecit, liberos, masculos, puberes, rogatos,*  
*&c. qui simul cum testatore omnes testamentum*  
*subscribant.*
4. *Si nesciat testator scribere, unus testis debet fir-mare testamentum pro eo.* ibid.
4. *Quot testes de iure Lusitano requirantur in testa-mentis clausis.*  
*An requiratur, quod testator illud subscribat;*  
*sive manu propria, sive aliena.* ibid.
5. *An quando testamentum fuit scriptum manu pro-pria testatoris, requiratur de iure Lusitano,*  
*quod ab eo sit subscriptum.*
6. *Publicatio testamenti de iure Lusitano,* quando  
necessaria sit.

vbi in verbo, *dispositio*, sub intelliges, suo modo rotalis ad excludenda legata, fideicommissa, & donationes causa mortis, quae sunt quidem dispositio-nes ultimæ voluntatis sine directa hæreditis institu-tione, sed non totales, imò solent esse partes te-stamenti, aut codicilli, quanvis donatio causa mor-tis s̄epe etiam extra testamentum, aut codicillum fiat: at ipse codicillus est dispositio per se cohærens, quasi suo modo totalis, suo, inquam, modo, quia non est ita integra, & perfecta sicut testamentum: & in hoc distinguitur codicillus à testamento, ut bene notat Molina allegatus, quia testamentum est ultimæ voluntatis dispositio, cum directa hæreditis institutione, codicillus vero est etiam ultimæ ultimæ voluntatis dispositio, sed sine illa; differunt etiam, quia testamenta continent per se directam hæreditis institutionem. Codicilli non illam con-tinent per se, sed per accidens, & ex privilegio militi-bus concessio. Vnde in codicillis neque dari directe potest hæreditas alicui, neq; alicui directe adi-mi, ne iura testamentorum, & codicillorum con-fundantur, ut declaratur optimè in *Institut. de codi-cillis.* §. penult. & l. 2. c. eodem.

Indirectè tamen cadit in codicillis fideicommissaria hæreditis institutio, ut si nimis ipse disponens hæredem suum, aut in testamento à se institutum, aut ab intestato sibi successum, in codi-cillo roget, & fidei illius committat, ut hæreditatem alteri post mortem suam restituat, ut dicitur *dito* §. penultimo, quo casu hæres directe in testa-mento institutus, tenebitur in conscientia can-restituere fideicommissario, & in foro externo ad id cogetur; poterit tamen tunc sibi quartam hære-ditatis partem, quae in iure Trebellianica dicitur, reseruare, ut dicitur in §. sed quia, *Institut. de fideicommissariis, hæred. & l. 2. 6. finali, ff. de ure codicillor.* & leg. si vi allegas, *Cod. ad legem falci-diam.*

15. Non potest tamen in codicillis substitui directe hæres, qui succedat per testamentum, aut potius sit hæritate ab intestato, ex *codem* §. penultimo. *Institut. de codicillis;* si tamen talis institutio fiat ex benigna iuris interpretatione, valet tanquam fideicommissaria, per leg. *Scanola, ff. ad Trebellianum.* Similiter etiam, licet directa exhereditatio per codicillos non fiat, indirecta tamen fieri pos-test, in casu, quo disponens in codicillis affirmaret hæredem, aut hæredes in testamento à se institutos non esse hæritate dignos, ob tale, vel tale crimen, nec se velle, ut ea potiantur, argumento *I. diu Seuerus, & Antoninus, ff. de adiumentis legati,* ut notat Syluester verb. *Testamentum.* 1. q. 2. aliquique communiter: legata vero in testamento relikti non prohibetur quis directe per codicillum, aut simpliciter adimere, aut in alium transferre, ut patet *Institut. de ademptione legatorum,* per totum. Animaduerte etiam, illud esse discrimen inter codicillum, & testamento, quod potest quis plures codicillos validos facere, modò sibi non con-tradicant, non tamen pluta testamento. Deinde, quia hæredi potè instituto, per testamento, non potest in codicillo adiici conditio, quae illi obsit. *Institut. de codicili. §. directo autem.* Alia discrimina inter codicillum, & testamento, vide apud Sylue-strum *vbi proxime.*

16. Legatum, est donatio quadam in testamento re-licta, à defuncto ab herede post mortem illius, ut in-betur, præstanda. patet ex §. 1. *Institut. de legati.* Differt à donatione causa mortis, quod hæc s̄epe ab ipso donatore præsterit, & tradatur in vita, quæ traditio revocari potest à donatore dum vi-

*Fagundez de Iuslilia, &c.*

uit: illud vero non præstetur nisi ab herede post mortem legantis. Vide alia discrimina apud glo-sam *Institut. de donationibus, in verb. serè.*

17. Fideicommissum, est legatum, quod fidei hæ-reditis commissum est, ut alteri ab eo præstetur, ut ait Syluester verb. *fidei omnissum.* Olim magna erat differentia inter legatum & fideicommissum. Illud enim de rigore debeatur, hoc nullo vinculo iuris, sed solo pudore eorum, qui roga-bantur, ut constat *Institut. de fideicommissis, hered.* in princip. postea tamen per omnia æqualia facta sunt legata fideicommissis, ut pater *Institut. de legatis.* §. sed non usque, & leg. 1. ff. de legatis. l. 2. C. *communia de legatis.* Itaque hodie parum, aut nihil differunt, sed potest dici fideicommissum species quædam legati vibaniotis. Fit enim per verba, volo, peto, rogo, mando, fidei rox com-mitto: ut patet ex §. finali, *Diffl. de singulis rebus,* &c. Sed tamen non minus obligat in utro-que foro, quam si verbis iubeo, aut præcipio pro-ficeratur. Vnde quamvis, absolute loquendo, legata nonnulli ex testamento valeant, iuxta §. præ-terea, *Institut. de fideicommissariis,* &c. tamen cum fideicommissa codicillis mandari possint, & hæc sint exæquata legatis, sit, ut in effectu li-ceat dicere, legata etiam per codicilos relinqui posse Nihilominus illud adhuc in usu retinetur, ut tota hæreditas legari non possit, nec dicatur legari, cum tamen possit per fideicommissum re-linqui. Vnde dividitur fideicommissum in uni-versale, quod est de tota hæritate; in particula-re autem, quod est de aliqua tabùm parte-hære-ditatis. Alias autem etiam quoad vocem ista con-funduntur, nam l. & fideicommissum, ff. de legatis 3. sic habetur, & fideicommissum, mortis causa dona-tum, appellatione legati continetur.

## CAPUT II.

Quot testes, & quæ solemnitas in te-stamentis clausis, & apertis, & in reliquis ultimis voluntati-bus requirantur.

1. *De iure communis ad valorem testamenti requi-runtur septem testes.*
2. *Quæ qualitates debent habere, an debent esse liberi, masculi, puberes, rogati, &c. ibid.*
3. *In codicillo regulariter quinque requiruntur.*  
*Possunt esse vel rogati, vel fortuito advenientes.* ibid.
3. *In Lusitanum in testamento aperto seu nuncupa-tuoso requirit quinque testes, præter tabellionem,*  
*qui illud fecit, liberos, masculos, puberes, rogatos,*  
*&c. qui simul cum testatore omnes testamentum*  
*subscribant.*
4. *Si nesciat testator scribere, unus testis debet fir-mare testamentum pro eo.* ibid.
4. *Quot testes de iure Lusitano requirantur in testa-mentis clausis.*  
*An requiratur, quod testator illud subscribat;*  
*sive manu propria, sive aliena.* ibid.
5. *An quando testamentum fuit scriptum manu pro-pria testatoris, requiratur de iure Lusitano,*  
*quod ab eo sit subscriptum.*
6. *Publicatio testamenti de iure Lusitano,* quando  
necessaria sit.

## 520 De translat dominij per vlt.volunt.

7. *De iure Lusitano potest testator condere testam-  
torum solo verbo, presentibus sex testibus pro-  
mis cui lexus.*
8. *Codicillus quo testes requirat de iure Lusitano.*
9. *In loco deservit de iure Lusitano ad valorem te-  
stamenti & coicilli tres tantum testes suf-  
ficiunt.*
10. *An de iure Lusitano testes testamenti, & codi-  
cilli debeant esse rogati, sicut debent esse de iure  
communi.*
11. *Quid de iure communi.*
12. *Rogatio testium duobus testibus idoneis probari  
potest in iudicio.*
13. *Ad valorem testamenti clausi opus est, ut testes  
sint presentes, quando testator manu propria  
tradit testamentum scribe approbandum.*
14. *Requiritur etiam quod testes illud subscriptant.*
15. *Nec legatum, nec hereditas valet relictus in te-  
stamento a testatore ei, qui illius testamentum  
scribit.*
16. *An ad hoc requiratur iudicis sententia.*
17. *An possit licet in conscientia peccati annulatio le-  
gati, & hereditatis a parte, quando ei constat  
tam testatorem, quam scribentem testamentum  
id fecisse bona fide per ignorantiam iuris.*
18. *Quo testes acquirantur ad valorem testamenti  
tempore pestis.*
19. *Quo ad valorem codicilli, num. 20. §. in codicil-  
lis vero.*
20. *An testes tempore pestis debeant esse rogati.*
21. *An masculi. An civis, qui in prædio suo moritur,  
& rusticus, qui in ciuitate decedit, possint testa-  
ri validè minori numero testium. ibid. §. dubi-  
tatur tamen.*
22. *An testanum factum cum legitimis testibus  
per unum minus solemnem, maneat nullum. ibid.  
§. planè dubitabis.*
23. *An requirantur in testibus aliae conditiones pre-  
ter illas, que de iure civili, & Lusitano requi-  
runtur.*
24. *Sit ne habenda ratio de schedula, in qua quis re-  
statur, si sit in manu alicuius Religiosi, si non  
sit approbata.*
25. *Quid si testator dicat in suo testamento: Illum  
heredem iustitio, cuius nomen est in mea sche-  
dula, que est in tali loco, vel manu, & num. 24.  
& 25.*
26. *An valeat testamentum factum quoad partem fa-  
ctam in quo capio testator emeritum.*
27. *Quid operetur in testamento illa clausula, Si non  
valeat ut testamentum, valeat ut codicillus.  
Testes an debeant esse omni exceptione maiores  
in testamento nuncupatinis, & an possint esse  
domestici si sint rogati. ibid. §. dubitabis tamen.*

**D**E iure communi ad valorem testamenti in scriptis requiruntur septem testes masculi, liberi, aut qui pro liberis habeantur, pubescens, rogati ad eum actum, non fortuitò ei presentes; itemque subscripti, coram quibus testator declarat illud esse suum testamentum, ipsumque subscriptat, si sciat, ac possit; alias pro se subscripti faciat per quendam octauum testem.

Ad nuncupatiuum verò, seu apertum, idem numerus testium requiritur, eademque conditiones in illis, sed oportet, ut ipsi testes audiant testatorem, & intelligant voluntatem illius; non opus est tamen, ut testes subscriptant, aut signent ipsum testamentum, ita hæc latius habentur in l. bac consultissima, C. de testamentis, ubi subiungitur, si horum aliquid deficiat, tale testamentum non valere.

Idem disponitut Institut. de testam. §. sed cum paulatim, & l. ad testium, ff. eod. & verò l. subiungit, C. de testibus, præcipiebatur etiam olim, ut testator propria manu interius in testamento subscriberet ha- redum nomina, aut illa testibus manifestaret. Veruntamen lex illa per Authenticam ibidem subiungit, corrigitur; quare hodie id non est necesse, sed satis est, quod per alium inscribatur nomen ha- redis, ita hec, & latissime explicantur ab Antonio Gomez i. l. 3. Tauri, à num. 23. & à Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 125. §. in testamento in scriptis, & à Sylvestro verb. testamentum i. nom. 5.

In codicillis vero, & quavis alia ultima volun-  
tate (excepto testamento) regulariter quinque te-  
stes, vel rogati, vel qui fortuitò venerint, in uno,  
eodemque tempore debent adhiberi, sive in scri-  
ptis, sive sine scriptis voluntas testatoris in codi-  
cilio significetur. Testibus quidem (quando scriptis  
res agitur, & codicillus sit) subscriptis, ex l.  
ulem, C. de codicillis. In codicillis etiam feminæ  
possunt esse testes, tam de iure communi, quam  
Lusitano, non tamen in testamentis, l. qui testa-  
mento, §. mulier in testamento, ff. de testam. & glossa,  
& Bartol. in l. finali, C. de codicillis, Ordinationes Lu-  
sitania nona lib. 4. tit. 86. num. 1. Sylvestre verb. te-  
stamentum i. num. 2. & c. & similiter in testamen-  
to facto ad pias causas, & in testamento militis,  
& in testamento factio inter liberos, potest umbras  
esse testis, ita Archidiaconus post Baldum, & Bartol.  
in l. 1. C. de sacros. Ecclesi. Ioannes Andreas in  
cap. relatum 1. Angelus de Areto Institut. de testam.  
§. testes. Sylvestre in secundo loco allegatus, Iulius  
Clarus lib. 3. sent. quæst. 6. num. 4. & alij; sed de his  
alibi infra dicemus.

Ius verò Lusitanum in nouis ordin. lib. 4. tit. 80.  
iuris, in veteribus lib. 4. tit. 76. requirit in primis,  
ut in testamento nuncupatio, seu aperto, interue-  
niant ad valorem testamenti quinque testes præter  
tabellionem, qui illud efficit, masculi, liberi, aut  
pro liberis reputati, & maiores quatuordecim an-  
nis, utque omnes illud subscriptant, simulque ipse  
testator, si sciat, & possit: si autem nesciat, aut non  
possit, alius testis pro eo subscriptat, exprimens ante  
ipsum subscriptionem, aut iuxta ipsam ad pe-  
dem testamenti se de mandato testatoris subscribe-  
re, eo quod ille nesciat, aut non possit & tunc po-  
nat suum proprium nomen, loco nominis testato-  
ris; & verò si hæc declaratio non fiat, testamen-  
tum annulabitur. ita Negreiros in introductione  
ultim. voluntatum, cap. 2. num. 9. lib. 3. & Vallascus  
consult. 149. vbi resolutus ex defectu huius declara-  
tionis annulandum esse testamentum: quod ani-  
maduero, nec ei contingat, quod contigit aliquan-  
do cuidam egregio luti consulto, qui condens te-  
stamentum cuiusdam mulieris nobilis, ac diuitis,  
qua scribere nesciebat, loco nominis ipsius, posuit  
nomen mulieris, dicens: Et quia testatrix nescit  
scribere, ego N. rogatus ab illa pro illa, & loco  
illius subscripto, Maria Pereira; & iudicatum fuit  
testamentum nullum ex eo defactum.

Deinde requirit ius Lusitanum in eodem loco, ut  
in testamento clauso, seu in scriptis eundem nume-  
rum, & testium qualitatem: ita quod de iure Lusi-  
tanico quinque testes ad valorem testamenti deside-  
rentur præter scribam, seu tabellionem, qui illud  
scriptat: de iure autem communi præter eundem  
scribam sint septem; præscribit etiam, ut illud ob-  
seruetur in testamento clauso, ut postquam testator  
in eo suam voluntatem sive manu propria, sive alie-  
na declarauerit, subscriptat illud, si ab altero fuit  
scriptum; si tamen scribere nesciat, aut non possit,  
ab

ab eodem, qui illud scripsit, subscribatur nomine ipsius testatoris: si vero ab ipso testatore fuerit scriptum, si non subscribatur ab illo, puto non vitiari testamentum, quia sufficit, quod testator tradens illud scribae, ut ab illo approbetur, dicat; hoc est meum testamentum, approba illud: nam postquam testator sua, vel aliena manu testamentum suum fecerit, prescribit ius Lusitanum, ut illud clausum, & assutum ipse testator eoram quinque testibus conditions, & qualitatis numero praecedenti explicatae tabellioni tradat, & tabellio in presentia corundem testium ipsum ita interroget. Estne hoc tuum testamentum; ipsumque firmum, & validum vis? Eo que affirmative respondente, statim presentibus iisdem testibus instrumentum approbationis faciat, incipiens in extima testamenti pagina, si fieri possit, sin minus, ponat in ea sum publicum signum, modo ibi prescripto in nouis Ordinat. lib. 4. tit. 80. num. 1. Subscribantque testes, & testator ipse, aut aliquis testis pro eo, iuxta formam, in testamento aperto obseruandam. Similiter et eodem tempore, & loco, alias diuersus locus, & interuallum, vitiabit testamentum: ita Negreiros statim allegandus num. 8. & Vallascus consult. 149. Negreiros in introductione ultimorum voluntatum, lib. 3. cap. 2. num. 8. & 9. nouissimeque Benedictus Pinellus selectar. sive interpretat lib. 1 cap. 10 n. 23. Tabellio autem, qui alias quam iuxta formulam propositam, tale testamentum fecerit, in primis amissione officij punitur.

5. Dixi non vitiari testamentum, quando a testatore fuit scriptum propria ipsius manu; si ab eo non fuerit subscriptum, quia ius Lusitanum, hoc ipsum non exprimit, nec dicit, cum tamen minutissimum sit in explicandis solemnitatibus, & circumstantiis ad valorem illius necessariis, & quod ius non dicit, nec insinuat, nos addere non debemus: deinde, quia subscriptio, necessaria est tantum, ut constet illud testamentum esse ipsius testatoris; id autem constare potest ex littera, & ex eo, quod interrogatus testator dicat, cum illud tabellioni tradit appropbandum: Hoc est meum testamentum. Similiter si testamentum fuerit factum, seu scriptum manu aliena, distante testatore, & fuerit oblongum, non vitiabitur si fuerit a duabus scriptis, duabusque literis factum, maxime virgente necessitate. Primo, quia ius Lusitanum hanc solemnitatem similiter non requirit, cum minutissimum sit in illis recensendis. Secundo, quia littera est quid accidentiarum facturae testamenti, nec ius commune id similiter desiderat. Tertio, quia absolute testamento, sive legitur testatori, & ipse, eo lecto affirmat id quod in eo scriptum est, esse suum, & illius voluntarem, quid ergo refert, ut ab uno, au a duobus, vel a pluribus scribatur, quaro nodum in scripto queritur, qui hoc requirit.

6. Statuit etiam ius Lusitanum in nouis ordinacionibus allegatis, & veteribus, si testamentum neque predicto modo sit approbatum, neque a tabellione scriptum, sed ab alia privata persona, aut ab ipso testatore, nihilominus esse validum, modò præter ipsum testamenti scriptorem, sive sit ipse testator, sive aliis pro ipso adhuc quinque testibus qualificati iuxta superioris dicta, qui omnes testamentum sibi prius lectum subscribant, & in hoc casu mortuo testatore, ut testamentum in perpetuum firmum maneat, adhibetur publicatio illius per iudicem, iuxta formam iuris, de qua Gomez ad leg. 3. Tauri, & num. 35.

7. Statuit rursus, ut tempore mortis liceat condere testamentum solo verbo, absque scriptura, cum

sex quidem testibus, sed promiscui sexus; ubi animaduerte, adhibendam etiam esse tunc publicationem, vt colligitur ex leg. ultima, de testamentis.

Statuit quoque, ut codicillus, sive clausus, sive apertus, præter ipsum scriptorem, sive is tabellio sit, sive testator ipse, sive alia persona, quatuor testes requirat, promiscui quidem sexus, sed maiores quatuordecim annis, & liberos, aut pro talibus habitos, quia ipsi cum scriptore quinque constituant, modò omnes in instrumento approbationis codicilli subscribant.

Tandem statuit, ut quae dicta sunt, procedant in locis ita populosis, ut facilè numerus testium requisitus inueniri possit; ubi tamen non esset facile eos reperi, ut in locis desertis, & parum frequentibus sufficientes testes, tam ad testamentum, quam ad codicillum, sive clausum, sive apertum, sive prescriptum, sive mortis tempore, solo verbo fiat, qua de re dicemus infra.

Circa hanc nostram ordinationem ita disponenter dubitatur primo, an de iure Lusitanico rogari debeant testes ad valorem testamenti, sicut rogari debent de iure communis? Respondeo probabilitati sententia receptum esse non esse necessarium testes rogandos; & ratio est, quia in hac ordinatione lib. 4. tit. 80. §. ultimo, recensentur ea solennitates, quae in hoc Regno internenite debent, & sufficient, ut testamentum sit validum, illaque omittitur: ita resoluunt Gama decis. 110. num. 2. ubi dicit, ita iudicatum fuisse in supremo senatu Lusitaniae, se tamen refragante Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 125. vers. Hec solemnitas. Caldas Pereira de empt. & vend. cap. 6. num. 23. & question. forens. conf. 24. num. 17. quantum contrarium teneat Negreiros Lusitanus in introduc. ultim. volunt. lib. 1. cap. 8. num. 1. tamen id esse fateor, non tamen necessarium, ob rationem tactam, quia nostra ordinatione Lusitanica minutissima fuit in recensendis solemnitatibus necessariis ad factioem, & valorem testamenti, hinc tamen omisit, & tacuit tanquam non necessarium. Nihilominus ego illam non omitterem, ne valorem testamenti ponerem in contingentia; maximè quia Reinosus, homo versatissimus in questionibus forensibus, huius Regni Lusitaniae, postquam in observatione 39. num. 2. dixit non requiri hanc solemnitatem, statim num. 3. addidit, verius esse illam non excusari de iure Lusitano, cum de iure communis requiratur; excusari vero de iure Castellano.

Dixi, de iure Lusitanico, quia de iure communis ad valorem testamenti tam in scriptis, quam sine scriptis, rogari debent testes, 1. habens palam. §. in testamento, ff. de testam. 1. hac consultissima. C. eodem tit. glossa in §. finali, verb. Adhibitus. Instit. codem. Cardosus in praxi iud. verb. Testamentum. num. 51. Petrus Sardus conf. 378. num. 14. Mantica de connect. ultim. volunt. lib. 2. tit. 11. num. 6. & sequentib. Mascardus de probatio. conclus. 1354. a principio. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 93. num. 2. Matienso glossa 8. 1. 1. num. 7. tit. 4. lib. 5. recopilat. Reinosus obsernat. 39. num. 3. Gama decis. 41. §. ultimo. Boërius decis. 34. num. 8. Alexander conf. 70. num. 19. lib. 2.

Non presumuntur tamen testes rogati, nisi id probentur: rogatio autem duabus testibus idoneis (quibus nihil opponi possit in contrarium) probari poterit, ita Viuius tom. 2. communium opin. lib. 6. tit. 13. num. 71. pag. 44. Cevallos communium contra communes. quest. 474. Cardosus verb. Testamentum. num. 38. Sardus conf. 414. n. 24. Vallascus consult. 187.

## 524 De translat. dominij per vlt. volunt.

- sular. 137. num. 15. Negreiros lib. 3. in introduct. ultim. volunt. cap. 2. num. 5. & Notario assertenti, testes fuisse rogatos, credendum est. ita Bartolus in l. hares palam. ff. de test. recep. num. 4. Fatinacius consil. 97. num. 21. Reinosus obseruat. 39. num. 6. sic etiam testamentum amissum duobus testibus probari potest: ut ait Vinius commun. opin. lib. 4. tit. 9. num. 75. Surdus consil. 378. num. 40. & consil. 380. num. 11. Marta in votis nouissim. decision. vot. 8. num. 38.*
- 13.** Ad valorem etiam testamenti clausi opus est, vt rogati testes sint presentes, quando testator illud manu propria Notario tradit, & ideo testamentum nullum est, si testes negent se fuisse presentes, quando testator illud manu propria Notario tradidit, ut optimè docent, Gama decis. 69. num. 1. Thomas Vallascus alleg. 61. num. 29. Molin. diss. 125. vers. de iure Lusitano.
- 14.** Requiritur quoque quod testes omnes subscrivant testamentum, vel aliquis pro illis, si nesciant scribere, debenque subscrivere omnes eodem tempore, & loco, diuersitas enim temporis, & loci vitiat testamentum visio nullitatis: ita Negreiros Lusitanus in introduct. ad ultim. volunt. lib. 3. cap. 2. num. 8. Paulus L. 12. num. 13. C. de testam. & tradit. Nepos ab Albano Monte in suo libello fugitivo de except. contra test. patet ex iure tam in l. huc consiliissima, C. de testam. quam ab ipso nepote allegato.
- 15.** Secundò principaliter dubitatur, an quando quis ad testamentum alterius scribendum vocatur, valeat legatum quod ei in eodem testamento reliquit à testatore, & quod ipse scripsit, dictante eodem testatore, & eadem questio est, si heres in eo testamento instituatur ab eodem testatore? Et respondendum est negatiuè pro visu que casu ex nostris ordin. nouis lib. 4. tit. 84. num. 1. & ex l. 3. C. de his, qui sibi adscribunt. l. 1. C. eod. & l. 1. §. ad testamento. ff. ad leg. Corneliam de falsis. ita Molin. tom. 1. de iust. diss. 125. §. dubium est hoc in loco. Gama decis. 157. & decif. 69. & 231. Vbi ait decisum fuisse in Senatu supremo Lusitanis, nullum esse testamentum manu mariti scriptum, in quo vxor, & maritus se mutuo heredes constitueant; & similiter in diss. decif. 69. iudicarum fuit de quodam alio testamento, in quo fratres heredis scripsit testamento, in quo alter frater sibi certum legatum reliquiebat, argumento l. de eo ff. ad leg. Corn. de falsis, praesertim, quia illi duo fratres erant validè amici, & viuebant sub eodem recto; quod tamen temperandum est ex Bartolo ad leg. 1. §. in illa quoque, in fine, ff. ad leg. Cornel. de falsis, ut procedat, quando ex sola scriptura fides pondet, vt si res habetur ex testamento clauso; nam, si talis scriptura testamenti à tabellione transcriptur, aut coram testibus requisitis, & testatore, testamentum audentibus omnibus legatur, validum erit tale testamentum, quia iam abest fraudis suspicio, sicut in quadam causa senatoris Lusitani censuerunt, referente Gama decis. 157.
- 16.** Existimat tamen Molina loco allegato, predictum testamentum manu propria scriptum, in quo scribens heres à testatore dictante instituitur, aut ei legatum reliquit, nullum esse post latam sententiam, & optimè existimat, quia leges illæ penales sunt, penæ autem non obligant ante latam sententiam, & addit valida quoque esse predicta quoad reliqua omnia in illis contenta.
- 17.** Imò, si ipse ad quem alioquin emolumenitum legati, vel hereditatis pertinebat, reuera sciat testatorem id ita statuisse, & eam fuisse illius voluntatem, nullamque fuisse in scribente culpam, eo quod inuincibiliter prohibitionem legis ignorauit, arbitratur Molina (& bene) *loes indolito*, non posse illum in conscientia petere annulationem testamenti, & vt scribens damnetur omissione talis haereditatis, vel legatus neque retinere in eodem foto conscientiae, si ille in eo pro foro extero damnetur. Fundamentum Molina est, quia ubi nulla interuenit culpa, non potest pena executioni mandari; quare poterit tunc prefatus heres, aut legatus sibi occultè compensare.
- 18.
- Dubitatur tertio, an tempore pestis valeat testamentum cum minori testium numero, quam ordinariè requiratur, factum. Recole autem ex num. 4. quod testes reqidantur ad valorem illius tam de iure communi, quam Lusitano. Et vero circa hoc punctum tres inuenio opiniones.
- Prima negat, & pro tempore pestis septem testes requiri præter tabellionem; fundamentum illius est, quia nullibz inveniuntur in iure communi eo tempore minorem numerum sufficere; à regulis autem iuri expressis non regredendum sine alio iure: hanc docent Afflictis decis. 25. num. 6. Boëtius decis. 118. num. 10. Cratus de testibus, num. 11. Iulius Clatus §. testamentorum quæst. 56. num. 3. Ripa de pesti, in ijt. de priuileg. ultime voluntatis num. 7. Cifuentes l. 3. Tauri, num. 4. Anton. Gomez ibi, num. 48. Ceuallos communiam contracomunes, quæst. 190. & alij.
- Secunda affirmit, & ait, ad minus quinque numeri testes requiri, hanc defendunt Vinius commun. opin. lib. 1. verb. 7. testes, num. 1. Gabeil lib. 4. commun. tit. de testamentis, conclusus 8. Roland. consil. 31. lib. 1. num. 47. Menchaca de successione creata. lib. 3. §. 22. limit. 27. num. 35. ubi plures affert.
- Tertia, & ultima sententia, cui adhæreo, dicit absolute tam de iure communi, quam Lusitano sufficere pro eo tempore duos, vel tres testes: ita tenent Gama decis. 81. Molin. 1. de iust. diss. 127. vers. de iure Lusitano. Cardoso in praxi iudic. verb. testimoniis, num. 42. Guido Papæ quæst. 593. n. 14. Philippus Pottius lib. 3. questionum, cap. 9. Christopherus Pottius de testamento militis. §. 1. num. 21. Puteus decis. 72. num. 382. lib. 1. Negreiros in introduct. ad ultim. volunt. lib. 3. cap. 12. num. 1. Riccius collectan. decision. 1. part. collectan. 229. vers. 4. & iterum Gama decis. 44. num. 2. deducitur ex nostris ordinationibus, in quibus hic numerus testimoniū statuitur pro locis desertis, in quibus non facile major copia, & numerus testimoniū haberi potest. Cum autem tempore pestis in quoniam loco ea difficultas testimoniū detur, satis congrue videtur amplianda ea dispositio ad tempus pestis, vt ampliavit Gama cum senatoribus Regit senatus Lusitanus decis. 81. num. 210. nam cum eo tempore omnes fugiant, & vibes deserant, merito ex tunc pro desertis locis reputantur, ac quoniam hunc effectum censemur. Accedit quod Bartol. ad leg. unicam, ff. de honor. possessione, in testamento militis vult nullam solemnitatem pestis tempore requiri, præter eam, quae est de iure naturali, vel genim, quo iure, duo vel tres testes sufficiunt, vt iuxta dictum Christi Domini, in ore duorum, vel trium fieri esse verbum.
- An autem huiusmodi testes tempore pestis debent esse rogati, variant Doctores. nam Franciscus Ripa de priuilegiis ultimarum voluntatum causa pestis, num. 41. indistinctè tenet rogatos esse debere, quia nullibz in iure communi hanc qualitatem pro eo tempore remissam repetimus, & hoc priuilegium non est huic temporis cœcedendum sine iure; etubescimus enim cum sine iure loquimur, & alioquin

19.

quoniam rogatio testium est necessaria ad valorem testamenti. Christoporus Portius de testamento milit. vol. 4. in principio, distinctionem facit, inter labores pestis, & quacumque alia infirmitate, & de laborantibus pestis, ait non oportere, quod testes sint rogati, de aliis dicit oportere, aliter vitiani testamentum. Fundamentum illius est, quia alioquin eo pestis tempore auferetur misericordia impedita hoc exterritum virae solatium; quod durum admodum videtur; sed haec ratio militat etiam in quacumque alia infirmitate. Deinde, quia rogatio testium fuit introducta, ut voluntas testatorum magis delibera ta videatur, & ne illusoria proponatur: ex rogatione enim illorum presumitur voluntas testatorum non solum magis libera, sed etiam magis delibera ta; quando autem sine hac rogatione ex dicto testatoris constat illam esse ultimam, & delibera tam, suam ultimam voluntatem, cessabit saltem pro tempore pestis, praedicta rogatio. Hac Portij sententia est valde pia, eam sequitur Negreiros expressio in introd. aa ultimas vol. lib. 3. cap. 12. num. 2. & cap. 13. num. 4. maximè in hoc posteriori loco, vbi ait rogationem testium tempore cuiuscunque mortis non esse desiderandam, quia cum requiritur ad hoc, ut de deliberatione voluntatis constet, si id aliunde perfectè ac plenè constet, id sufficiet. Sed nihilominus prima sententia Ripa sequenda est, loquendo de iure communii; oportet enim ut id constet modo prescriptio à iure, & non sufficit constare alio modo: ut patet ex dubio sequenti, dixi, loquendo de iure communii, quia de iure Lusitanico, ut probauimus num. 10 etiam extra tempus pestis non opus est, ut testes sint rogati.

**20.** Similis dubitatio est, an omnes huiusmodi testes, si testamentum tempore pestis, vel in extremo & desertu loco fiat, debent esse masculi, an sufficiat quod sint feminæ? Et respondendum est, necesse esse, ut omnes sint masculi. Et ratio est, quia ius Lusitanum & commune remittit numerum testium pro hoc tempore, & loco, non restringit autem alias qualitates aetatis libertatis, nec qualitatem masculinitatis, ut optimè norauit Gamma decis. 44. num. 2. & communiter notant Doctores, nam Cabedo 1.p. decis. 170. num. ultimo. concludit necessarios esse tempore pestis testes omni exceptione maiores; feminæ autem non sunt tales in testamentis, (excepte tamen testamenta facta inter liberos, & ad pias causas, in quibus sufficient testes feminæ, ut statim dicemus cap. sequenti.) & ideo exceptis predictis testamentis inter liberos, & ad pias causas, omnes testes debent esse masculi, quia intra requirunt quod sint viri, & haec qualitas nullibi in iure remissa inuenitur; quod vero iura requirant, quod masculi sint, constat ex l. 1. in testamento, § mulier, ff. de testam. l. qui testamenta. § muliere. C. de testam. Spino speculo de testamento glossa 31. num. 11. Crassus in §. Testamentum, quest. 57. num. 2. Matiens. l. 1. glossa 8. num. 3. tit. 4. lib. 5. nona recopilationis. Flores variar. lib. 1. quest. 1. num. 22. Ceualllos communium contra commun. quest. 110. & quest. 700. a num. 5. & nostræ ordinationes lib. 4. tit. 80. n. 9. loquuntur tam absolute, ut tollant quamcumque consuetudine in contrarium, qua de re videndus Molina de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 124. num. 3. versic. de iure, in fine. Vallaseus consult. 104. num. 26. & sequentib. & plures alij, quos omnes recensere fastidium patere, & inutile protinus esse putamus.

Et vero nostræ ordinationes Lusitanæ lib. 4. tit. 80. videntur hoc nomine Varoet., quod nomine excludit feminas. Ergo feminæ testes esse non possunt, ut bene inferat recopulator Barbosa ad hunc

locum, in adnotationibus ad lib. 4. tit. 80. num. 8. & 9. Planè hic dubitabis, an testamentum factum cum legitimis testibus ( idem de codicillis ) per unum tantum minus sollemnem, & legitimum annulatur? Et hac de te bipartita est opinio. Prima affirmat, per unum tantum minus legitimum testem esse nullum testamentum, & caducum; quia iura requirunt certum numerum testium habilius; ergo si unus sit inhabilis, iam testamentum non habet omnia requisita à iure ad valorem illius: haec opinio est communissima, & deducitur ex his, quæ docet Cabedo 1. part. decis. 169. num. vlt. & decis. 170. num. etiam ultimo, & ex Tello ad leg. 3. Tauri. 2. p. num. 13. vbi assertus necessarium esse ad valorem testamenti quod omnes testes sint habiles. Secunda negat, quia fieri potest, ut cum uno teste inhabili concurrent omnes alij summè perfecti, & habiles, & præstantissimæ fidei, qui suppleant illius defectum. nam regula est communissima apud Doctores testimonium præstantissimum testium purgationem suspectis, & defectuosis inducere, purgari que satis defectum unius per fidem summè perfectam aliorum, ut benè obseruat Decius lib. 1. conf. 8. num. 189. ex textu, quem adducit in cap. quandam nobis. quest. 5. & est textus optimus in cap. nobilissimus, dist. 97. & concinit Fachinensis lib. 1. conf. 8. num. 24. vbi sic ait. Testis defectuosis, & inhabilis si contestetur cum teste habili, & integræ fidei, plenè probat, quoniam unius inhabilitas, suppletur per magnam fidem, & habilitatem alterius, ut ex Bartolo, & Baldo tradit Farinacius in tractatu de rof. lib. quest. 61. num. 518. & velle ab hac generalissima regula excludere testamenta videntur extra rationem esse. Et ideo propter hanc rationem Reinosus obseruat. 33. num. 13. ita ait: Ego propter unum testem minus legitimum non annularem testamentum. Sed licet ea sit sententia Reinosi; ego illud nullum esse dicere, propter expressum ius, qui omnes testes legitimos in testamentis requirit, vide num. 27.

In codicilli's vero iuxta nostram ordinationem nouam lib. 4. tit. 86. num. 1. pro desertis locis sufficiunt tres testes, vel masculi, vel feminæ, ita ut cum scribente codicillum, sine sit tabellio, siue alius quicumque, sint quatuor. Pro ciuitatibus vero, & locis populosis requiruntur quatuor, masculi similiter, vel feminæ, ita ut cum ipso tabellione, vel quocumque alio scribente sint quinque, modò omnes in instrumento approbationis ipsius codicilli subscrivant, quod idem dicendum est de iure communii, & Hispano. ita Antonius Gomez l. 3. Tauri, num. 67. vers. sed ego. Mascarlus de probat. concl. 308. Crassus in §. Codicillus. num. 4. Costa lib. 1. selectar. cap. 18. num. 2. Vallaseus consult. 165. num. 8. Thomas etiam Vallaseus tom. 1. allegat. 74. num. 1. in fine. Cardoso in praxi indic. verb. Testamentum. num. 48. Flores de Mena lib. 1. variarum. quest. 1. num. 10. Quod vero feminæ possint esse testes in codicillis de iure communii, desumitur ex glossa verb. quinque testes, in l. finali, C. de codicillis, & ex Decio in l. feminæ, num. 27. de regul. iuriu. Molina de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 23. Gutierrez lib. 2. de præl. q. 36. num. 2. Sardus consult. 158. num. 21. Paret Molina tom. 1. de iustitia, disp. 131. vers. de iure huini Lusitanie, & alij.

Codicillus autem, ut notat Molina Theologus §. Codicillus, fieri validè potest antè, & post testamentum, factusque ante testamentum, etiam si postea in testamento non confirmetur expressè, valeat, eo enim ipso, quod non revocatur expressè, tacite confirmatur, modò tamen ex testamento postea facto

## 526 De translat. dominij per vlt. volunt.

facto expreſſe non conſtet de contraria testatoris voluntate. Similiter, ſi quis codicillum faciat, in quo relinquit legata poſt mortem ſuam implenda à quolibet, qui in illius bonis ſuccederit, intefatuſque poſtea diſcedat, vñlidus eſt talis codicillus, patent hæc omnia ex §. 1. *Inſtitut. de codicillis.* & ex leg. ſi qui cium teſtamentum, ff. de iure codicillor. nam quamuis duo, vel plura teſtamenta vniuſ eiusdemque teſtatoris valida eſſe non poſſint, vt ſuprā diximus, & probat Molin. tom. 1. de iſſu. trah. 2. diſp. 224. Secus tamen eſt diſcendum in codicillis, quando vnuſ alteri non repugnat, nec contradicit: quando autem vnuſ alteri contradicit, poſteori eſt standum, vt deciditur in §. olim. *Inſtitut. de codicillis.* & §. poſteriori. *Inſtitut. quibus modis teſtamenta inſtrumentur.*

Dubitatur tamen; an ciuij, qui in villa ſua, vel iure ſuo repetitur, & rufiſcus, qui in ciuitate eſt, poſſint validè teſtari, aut codiciliati, (idem enim eſt de utroque diſcendum) paucioribus teſtibus, quam ius commūne, aut Lufitanum requirant, id eſt, iuxta numerum teſtium, qui pro deſertis, & minus populosiſ locis requiriſtur. Recole autem ex num. 4. qui numeroſ ad teſtamentum requiratur pro veroque iure, communi & Lufitano in locis populosiſ, & ciuitatibus.

Et verò, loquendo de ciue, qui in villa ſua, vel deſerto rute reperiſtur, partita eſt opinio.

Prima negat, eam tenet Mſcardus de prebat. tom. 3. concluſ. 1355. num. 4. fol. 196. Iulius Clatus lib. ſent. §. teſtamentum. queſt. 16. verſ. ſed quid in teſtamentis, & probat ut ex l. finali. *C. de teſtam.* quam tenor etiam Negreiros in introductiōne ad vlt. vol. lib. 3. cap. 9. num. 10. vbi illam communem appellaſt. Probant, quia hoc priuilegium, quod in hac lege conceditur ad teſtandum, & codicillandum, cum minori teſtium numero, conceditur perſone, & loco copulatiuē, hoc eſt, perſone rufiſci, & loco deſerto; quare requiriſtur, vt virunque concurrat, alioquin non erit validum tale teſtamentum, vel codicillum: quare cùm perſona ciuij, non ſit perſona rufiſci, hoc priuilegio (quod eſt ſpecialiter rufiſciſ conceſſum), gaudeſe non poterit.

Secunda opinio affirmat; eam tenet Bartolus in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicillorum. *Ripa de priuileg. ultimar. voluntat. cauſa pefſiſ.* n. 2. Paulus de Castro, Salicetus, & Iason in diſc. l. finali. *C. de teſtam.* Ratio illorum eſt, quia hoc priuilegium primò, & per ſe conceditur locis deſertis, propter diſſicultatem, quae in eis ordinatiōne datur inueniendi competentiū numerum teſtium; ne homines in teſtati diſcedant; ſecundariò verò perſoniſ in eis ſtantibus, aut coimmorantiibus: & eſt inſtar priuilegiij, quod conceditur locis ad edenda carnium minuta in ſabbato, quod primò conceditur terris propter penuriam pifciū, deinde perſoniſ, quae vel ibi coimmorantur, vel reperiuntur, & omnibus qui ſola ea de cauſa illuc tranſeruntur, vt ſtatiu ad propriaſ ſedes, & domicilia regrediantur. Vnde bene infert Ripa in l. centurio, num. 8. ff. de vulga. & de priuileg. ultimar. voluntat. cauſa pefſiſ, fol. mihi 14 num. 35. valere huiuſmodi teſtamentum factum à ciue in iure, vel villa ſua cum minori teſtium numero, etiam poſtea veniat in ciuitatem.

Similiter ſi rufiſci veniat in ciuitatem, valebit teſtamentum & codicillum illius ibi factum iuxta numerum teſtium pro locis populosiſ, & ciuitatiibus, & non valebit, ſi fiat iuxta priuilegium loco deſerto concesſum, quidquid dicat, & inſerat Negreiros allegatus; quia priuilegium hoc primò, & per

ſe eſt concesſum loco, quo non gaudent iij, qui extra tam locum ſunt. Accedit, quia ipſe Negreiros diſc. lib. 3. cap. 11. num. 1. & 2. probat egregie per multos, & multa iura, teſtamenta valere facta cum ſolemnitaribus loci vbi conduntur; quare non videtur conſequenter loqui: & verò quidquid ſit de iure commūni, noſtrum ius Lufitanum noue ordinationis lib. 4. tit. 86. ſatis indicat ſpecialiē hoc priuilegium teſtandi, & codicillandi cum minori teſtium numero pro deſertis locis concesſum eſſe per ſe concesſum eſſe locis, deinde & ſecundariò per ſe concesſum eſſe locis, deinde & ſecundariò per ſe concesſum eſſe locis.

Dubitatur quinid, requirantur ne alię condições in teſtibus vltimatum voluntatum præter expreſſas in iure commūni & Lufitano, de quibus egimus à num. 4. & deinceps? & communiter reſpondent Doctores requiri, & ſupponi omnes alias, quae de iure commūni exiguntur, de quibus laicè agit Sylleſter verb. teſtis, num. 1. & verb. teſtamenſum, 1. queſt. 5. Illud in primis ſpecialiter exprimitur *Inſtitut. de teſtam.* §. 1. eos, qui ſunt in poſteſtate teſtatorum, non poſſe eſſe teſtes in teſtamento eorum, nec haeredes, quia domesticorum, & iſlorum haereditum teſtimonium reprobatur in iure, & non admittitur. Teſtimonium tamen legatarij, & fideicommissarij admittitur, non in cauſa propria, ſed quoad eis cauſas, & dubitationes, quae inter haeredes ex una parte, & alios oriuntur ex alia.

Sexto dubitatur, ſit ne habenda ratiō ſchedula, quae vel in manu teſtatoris, vel in ſcrinio illius, vel apud aliquem Religiosum, vel per ſcripſum, ſubſcripta, ſi per tabellionem non fuere approbatæ. Reſponder Couarruñas in cap. relatum, 1. de teſtam. negatiuē, qua de re ſtatiu ageamus cap. ſequenti: ſi ramen teſtator in teſtamento ſe remittat ad ſuam ſchedulam, quae fuere in tali loco, aut in manu talis Religiosi, iubetque eam valere, ei deferendum erit, quoad particuliaria legata in ea contenta, quia tunc eſt pars iſius teſtamenti; & ſicut teſtamentum valet, ita & ſchedula, quae eſt pars illius, ſicut ſi ſe remittat ad librum aliquem à ſe ſubſcriptum, & numeratum, ita Alexander de Imola in l. ſtipulationam, §. illud, ff. de verbor. obligat. Ioannes etiam de Imola in l. illa inſtitutio ff. hered. inſi Battol in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſt. Paulus de Castro ad diſc. l. leg. ſtipulationum, §. illud, & Baldus in l. captato-riis 1. queſt. 5. C. de teſtam. milit. Sylleſter verb. teſtamentum, 1. queſt. 1.

Difficulitas tamen eſt, an ei quoque credendu, & deferendum ſit quoad haeredis inſtitutionem, ita quod valeat haeredis inſtitutio, ille teſtator in teſtamento dicat: illum haeredem meum inſtituo, cuius nomen eſt in tali mea ſchedula, quae eſt in tali loco, vel apud talem Religiosum: Negat Bartol. in l. ſi ita ſcripſero, allegatus, illum ſequitur Baldus, Angelus, & alij, ad diſcam legem. Fundamen- tum illorum eſt, quia opus eſt, vt noinen haeredis ſit expreſſum, inſertumque in teſtamento, & non per relationem ad aliam papyrum, alioqui teſtamentum illud, in quo haeres non inueniatur, caducat; quanobrem cum ſit nullum, nulla ei fides adhibenda eſt, in quantum refertur ad aliam papyrum, nullum enim nullum parit effectum.

Alij affirmat. Ratio illorum eſt, quia licet in teſtamento nuncupativo, ſeu aperio debeat nuncupari, fierique manifesta, & exprimi ea omnia, quae in teſtamento fiunt, vt à teſtibus exaudiantur,

21.

22.

23.

24.

vt

ut sciant expressè, quæ in illo agantur, iuxta l. hares palam, ff. de testam. tamē paria sunt in iure, implicitè, & explicitè, tacitè, & expressè, manifestari, & exprimi. Tacitum enim, & expressum eandem vim habent, eandem potestatem, ubi ius expressum non requirit. Ille autem, qui se in testamento remittit ad suam schedulam, in qua nomen hæredis scriptum haberet, satis tacitè & implicitè illum, cuius nomen ibi scriptum haberet, hæredem instituit. Deinde, quia in testamentis semper inspicienda est voluntas testatoris tacita, vel expressa, quia in ultimis voluntatibus ipsa voluntas testatoris est, quæ tanquam Regina dominatur, & ideo fatentur omnes sine contradictione voluntatem tacitam, & coniecturam testatoris pro expressa haberi; quare non videtur dubitandum de voluntate testatoris in praesenti casu. ita Iulius Clatus §. Testamentum. q. 14. à num. 1. ubi in num. 2. egregie probat, ad valorem huius nominationis requiri, quod in schedula apposita sit dies, in qua confecta fuit, ubi citat multos, tenet etiam Molina tom. 1. de inst. tractat. 2. disp. 127. §. illud obserua, ad finem. ubi ait, institutionem hæredis per relationem ad schedulam factam, scriptam manu propria testatoris, in qua nomen hæredis exprimitur, valete, & hanc esse communiotem Doctorum sententiam, & pro se citat Conarruam in cap. cum tibi. de testament. num. 5. & Iulium Clatum §. Testamentum. quest. 94. n. 36. & Menchacam lib. 1. de succession. creatu. §. 17. num. 5.

25. Ego in hanc secundam opinionem inclino: cum tamen res sit valde dubia, non est committenda institutio hæredis tali tantoque periculo. Post factum tamen, si nullum sit dubium, quod littera, vel subscriptio schedulae sit testatoris, qui se ad illam in testamento remittit, standum est pro valore testamenti, maximè si testator in testamento dicit se eum hæredem instituere, quem in ipsa schedula nominat.

26. Dubitatū septimō, de testamento imperfecto, hoc est, cępto cum debita solemnitate, sed morte testatorem p̄eoccupante, non finito; an quoad partem confectam sit validum, & communiter respondent omnes negatiū: ita Antonius Gomez ad L. 3. Tauri, à num. 105. ubi ita: *Iena quaro, si testator incepit facere testamentum, & aliqua iam disposuit in illo, puta institutionem hæredis, vel legata, & dum circa alia versaretur antequam ultimātē compleret testamentum, mortuus est, an valeat, quoad ea, quæ clare iam disposuit. Et resolutiū, ac magistraliter dico non valere. Hæc ille, & ita docet Reinosus observatione 48. num. 10. & Gama decis. 347. ex l. ius, ff. de regulis iur. secundūm quam non potest quis discedere partim testatus, partim intestatus; & facile etiam l. sequit. ff. de testam. & l. illud quoque. C. codem. Itm. & si totum testamentum coram testibus scriptum sit, antequam tamen legatur, testator decedat, inualidum quoque decepit, in l. fideicomissa. §. quoque, ff. de legatis 3. iuxta doctrinam Bartoli, & aliorum, quos refert, ac sequitur Gomez ad dictam l. 3. Tauri, num. 107. Excipit tamen Bartolus ad l. iis qui, ff. de testamentis, nili testamentum factum sit, aut disponat inter liberos, vel ad pias causas; sed haec de te redibit sermo circa causas pias, cap. 3. num. 26. quem vide.*

27. Octauò dubitatur, quid operetur in testamentis illa clausula, qua testatores, ut si testamentum non valuerit iure testamenti, valeat iure codicilli, aut meliori modo, quo valere potuerit, quæ quidem clausula vel poni potest expressè, nimirum iuxta formam explicatam, vel implicitè: ut si testator di-

cat, ut valeat testamentum omni meliori modo, quo possit, aut si vel ipse iuret, vel hæredem iurat p̄cipiat, servaturum omnia, quæ in testamento contenta sunt. Respondeo operari hanc clausulam, ut quando testamentum ex defectu solemnitatis annullandum sit, valeat quasi codicillus, modò solemnitatem pro codicillo requisitam habeat, hæc probabantur ex l. finali. §. illud quoque, C. de codic. l. cīm pater, §. filius, ff. de legatis 2. l. codicillis, §. finali, ff. codem. Alios autem effectus huius clausulae latè tradit Antonius Gomez ad dictam l. 3. Tauri, à n. 75. & Sylvestre verb. Testamentum l. n. 11.

Dubitabis tamen; an ad valorem testamenti nuncupatiū sufficient domestici testes rogati? Negat omnino Reinosus obseruat. 39. num. 10. quoniam in hac specie testamenti nuncupatiū omnes testes debent esse omni exceptione maiores, & tales, quibus nihil opponi possit, quod probatur ex optima ratione, quia cū lex Regia Lusitaniz lib. 4. tit. 80. §. ultimo. Et ius commune, ut suprà probatum est, minuat in testamentis nuncupatiū testium numerum, debent predicti testes esse omni exceptione maiores, quales non sunt domestici testes etiam rogati: & hanc opinionem tenet etiam Cabedo 1. part. decis. 169. num. vlt. Vallascus tom. 2. consil. 117. num. 12. in fine. ubi dicit, ita fuisse iudicatum in supremo senatu Lusitaniz. Barbosa in adnotat. ad locum pradicta legis Lusitania. Decius cons. 105. num. 14. Gregorius Lopez l. 1. tit. 1. part. 6. glossa penultima, ubi etiam ait, ita fuisse iudicatum in senatu Pinciano tom. 1. de iustitia, disp. 127. n. 3. quia in testamentis nuncupatiū in Lusitania, & Castella in solo numero testium fuit iuri communi derogatum, atque adeò in quantitate, non autem in qualitate illorum, ac proinde rogationem testium domesticorum factam ab eo, qui testamentum condidit, non posse eorum inhabilitatēm supplete.

## S V M M A R I V M.

28 Valeat ne testamentum Clericorum commorantium in terris Principum secularium, factum secundūm leges iuris canonici.

Reservatur prima sententia negativa. ibid.

29 Reservatur affirmativa.

30 Iudicium authoris.

31 Testamentum secularium factum cum duobus testibus, & Presbytero suo an valeat.

32 An sufficiat quod Clericus sit Notarius, licet non sit Parochius, & n. 33.

33 An in testamento facto iuxta formam iuris canonici sufficiat, quod testes sint famine.

Reservatur prima opinio affirmans. ibid.

34 Reservatur negans.

Iudicium aut horis. ibid. & n. 39. & 40.

35 An testamentum factum coram duobus, vel tribus, testibus, & Presbytero Parochiano, vel Notario Apostolico, valeat quin sit lectorum testatori.

Et quid si non sit subscriptum ab eodem testatore, nec per se, nec per alium loco illius. ibidem.

& num. 37.

36 An valeat testamentum à duobus, vel tribus in una charta confectum, & an possit à duobus scribi, ita ut una tantum littera constet.

37 An duobus testantibus in una charta dicantur duo testamenta.

38 An opus sit quod huiusmodi testes sint rogati.

41 An valeat testamentum à duobus, vel tribus in una charta confectum, & an possit à duobus scribi, ita ut una tantum littera constet.

42 An duobus testantibus in una charta dicantur duo testamenta.

43 An una solemnitas iuris pro utroque sufficiat.

Et an testes debeant in suis subscriptionibus mentionem facere de viroque testamento. ibid.

44 Quando

## 528 De translat dominij per vlt.volunt.

44 Quando maritus, & uxor (& idem de alijs pluribus) in eadem charia testantur, debet testamentum trahi a singulis illorum manu propria scriba ad illud approbandum.

28. **D**ubitatur nondò, an testamentum Clericorum commorantium in terris Principum secularium valeat, si probetur factum iuxta statuta iuris canonici, iura enim canonica disponunt, testamentum valete etiam ad non pias causas, cum duobus testibus idoneis, & Presbytero parochiali, ut dicitur in cap. relatum, & in cap. cùm esses, de testam. Et verò hac de re partita est opinio.

Prima ait, testamenta Clericorum habitantium, & commorantium in terris Principum secularium non valere, nisi sint facta iuxta solemnitates requiritas à iure ciuili Principum, quia Clerici tenentur ad leges pretij taxati, testamentorum, & contratu locorum ubi sunt, cùm non sint contra libertatem Ecclesie, & hæc opinio roborata est consuetudine communi, ut testatur Ioannes Andreas in cap. cùm esses, de testam. Ancharranus ibidem, & Petrus de Perusio. Vnde testamenta facta extra regnum secundum consuetudinem loci, in quo sunt, valent postea in regno: textus in l. si non speciali 9. C. de testam. l. 1. C. de emancipat. Bartol. ad leg. 1. C. de summa Trinitate, num. 14. late id probat ex multis & multis suribus Negretois in introduct. ad eliam vol. lib. 3. cap. 11. num. 1. &c.

29. Secunda docet valere testamentum Clericorum in terris Principum secularium commorantium, eriam ad non pias causas, factum coram duobus testibus idoneis, & Presbytero parochiali, vel clericico sacerdotum Ordinum Notario Apostolico: dixi ad non pias causas, quia ad pia sufficiunt duo testes, ut dicemus cap. sequenti, absque praesentia Presbyteri, qui s. Notarius Apostolicus, vel Parochialis, hanc tenent expressè Julius Clarus lib. 3. sentent. quest. 6. num. 2. in commento litera A. vbi se citat in suo collect. commun. opin. in verb. testamentum, n. 47. vbi idem quoque dicit de testamento facto coram iudice ciuii seculari, & duobus testibus. Syluester verb. testamentum 1. quest. 3. num. 5. Vallasc. consult. 74. num. 3. & probatur primò ex cap. cùm esses, de testam. vbi summus Pontifex derogat legibus Principum secularium haec in parte; ait enim ibi Alexander III Iuris (ut dicitur) perissimum, ad Episcopum Hostiensem, sufficiere duos testes cum praesentia Presbyteri parochialis, & reprobatur consuetudinem, quæ in eo Episcopatu obtinuerat, ne testamenta Clericorum valerent, nisi cum quinque, vel septem testibus, instat testamenti laicorum, & rationem reddit, quia ea consuetudo à divina lege, & sanctorum Patrum institutis, & à generali Ecclesiæ consuetudine aliena est, scriptum est enim, quod in ore duorum, vel trium sit omne verbum. Et testamenta quæ parochiani coram Presbytero suo, & duobus, vel tribus testibus fecerint, siue esse decrevit, sub intermissione anathematis prohibens, ne quis huinsuodi testamenta audeat rescindere. Vnde per hunc textum videtur sublata solemnitas de iure ciuili requisita ad valorem testamenti, tam in testamentis Clericorum factis in terris Principum secularium, coram duobus testibus idoneis, & Presbytero parochiali, quam in testamentis laicorum vasallorum, subditorumque corunderum Principum, ut statim dicimus num. 31. eodem modo conditum: & hæc opinio fuit nonnullorum Doctorum, referente glossa in dict. cap. cùm esses, de testam. quam secuti sunt Hostiensis, Antonius, & Panormitanus in iect. ad di-

stum cap. cùm esses. Ludonicus Romanus in 2. lib. similiter. C. ad leg. fulcid. & Speculator in lib. 1. tit. de instrumentor. edit. §. compendiose. num. 1. docen- tis, secundum ius canonicum duos testes sufficere in testamentis communibus, etiam non ad pias causa factis, cum Presbytero, iuxta textum in dicto cap. cùm esses, de testam. Sed si fuerint condita ad pias causas, duo tantum testes sufficiunt sine Presbytero, ut statim cap. sequenti patet.

Hæc sententia secunda post factum potest susti- 30. neri, non tamen potest consuli, ut ita fiat propri dubitationem, quam continent in testamentis enim faciendis semper via securiori incedendum est.

Similis quæstio est, an etiam testamentum secularium conditum coram duobus testibus, & proprio Presbytero valeat? Et verò qui securi fuerint primam opinionem, quæ est communior, consequenter id negabunt; qui verò securi fuerint hanc secundam, consequenter ad illam loquentes affir- mabunt, quia cap. cùm esses, de testam. de his testamentis laicorum factis non in terris Ecclesie tantum, ubi servatur ius commune canonicum, sed in terris etiam Principum secularium, videtur loqui; factæ enim in eo rationes id conuincent, & de hoc ipso testamento hominum secularium, & laicorum condito in terris Principum secularium, loquuntur Julius Clarus, Sylvester, Vallascus, Alexander III I. Hostiensis, Anton. Ludonicus Ro- manus, Speculator, & omnes citati pro secunda opinione: inquit sufficit quod Clericus huic testamen- to accesserit tanquam Notarius, etiam si non sit Parochus; non sufficit tamen quod accesserit tam- quam testis, ut in hac questione non bene docuit Parisius consil. 50. lib. 3. col. 1. & Contrauicias in d. cap. cùm esses, de testam. num. 13. vers. ceterum. & ratio est, quia ius canonicum multum pro præ- sentia Parochi & Notarii presumit; presumit enim quod fraudes illius prætentia excludit, iuxta cap. nemo de simonia, & cap. super eo, de postulatione, quo- niā multum confidit ius canonicum de Parocho, cui est commissa cura animarum, & est ipsarum animatum iudex depuratus; qui enim reputatur fidelis in maiori, hoc est, in cura animarum, reputatur etiam fidelis in minori, hoc est, in assistentia testamenti, iuxta dictum Christi Domini Matth. 16. & Lucas 19. & tota hæc doctrina est Speculatoris dict. lib. 1. tit. de instrumentor. edit. dict. §. com- pendiose, quam testatur magis communem Cor- neus consil. 161. num. 30. in fine, col. finali, lib. 4. quam sequuntur. Cardinalis consil. 74. incip. Puto de iure. Baldus consil. 531. & consil. 532. lib. 4. Alexander consil. 76. & alij, quos refert ac sequitur Joannes Dilect. de arte testandi, tit. de testam. ordin. caueta 2. num. 2. pag. 11. Julius Clarus 5. testamen- tum, quest. 76. & esse receptissimum, restatur Men- chaca de successione treat. lib. 3. §. 21. num. 27 fol. 31. Siquidem dicendum videtur de præsentia iudicis, & clerici Notarii: præsumit enim ius canonicum il- lorum præsentiam exclosuram omnem frag- dem, cum personæ sint publicæ, constitutæ à iure ad iustitiam faciendam, non tamen idem erit præsumendum de Notario Apostolico, qui non sit Clericus in factis, nec de tabellione, quia facti Or- dinis multam auctoritatem tribuunt personæ, si mores, & vita non concordant.

Et verò quod hic Clericus sufficiat, si accederat huic testamento tanquam Notarius, non tanquam testis, affirmat Parisius, quem suprà citavimus, con- sil. 50. lib. 3. col. 2. Contrauicias ad prefatum cap. cùm esses, de testam. num. 13. vers. ceterum, quod etiam ex ratione & verbis textus predicti capituli,

cum

cum esset de testamentis, patet, & docet Abbas ibi non solum in lectura, sed etiam in repet. n. 12.

33. An antem loco Presbyterij, Notarij, vel Parochialis sufficiente duo testes, iuxta dispositionem iuris Canonici in dicto cap. cum esset de testament. ita ut cum aliis duobus, qui requirebantur cum illo, sint quatuor, affirmant Abbas modò citatus, Contrauias in dicto cap. cum esset de testam. num. 13. vers. quod si Presbyter, vbi testatur communem ex Decio conf. 184. dub. 2. & multos pro ea refert. Ex quo evidenter sequitur quod iure canonico inspecto sufficient, regulatiter loquendo, in testamentis quatuor testes, cum tabellione scribente: quamvis multi contraria opinionem teneant, imò quod etiam de iure canonico, regulatiter loquendo, ea solemnitas in testamentis requiratur, quæ de iure ciuili requiritur, communior est opinio; & ideo post factum hec sustineri potest, non tamen illa erit consulenda.

34. Virum verò in tali testamento facto secundum formam iuris canonici, sufficient testes feminæ, est dubium, de quo duplice opinionem inuenio.

Prima affummat, eam tenet Abbas in lectura ad cap. cum esset, col. 1. & Ancharranus ad idem cap. & Crotus in tract. de testib. part. 1. num. 10. Fundamentum illorum est, quia ius Canonicum in dicto cap. cum esset de testamentis, innititur iuri naturali, de iure autem naturali duo, vel tres testes ad probandam rem aliquam sufficient, iuxta dictum Christi Domini, In ore duorum, vel trium, sicut omne verbum, quæ sententia Christi est absoluta, & comprehendit tam feminas, quam masculos.

35. Contraria, & secundam sententiam cum multis probabilitatem esse existimat Contrauias ad dictum cap. cum esset de testament. num. 14. Sylvestris verb. Testamentum 1. num. 5. Panormit. in cap. cum esset de testam. quem ibidem refert, ac sequitur Sylvestris. Ratio illius est, quia textus illius capituli requirit testes idoneos: de iure autem ciuili soli viri, testes idonei testatorum esse possunt, exceptis testatoris ad pias causas. Sed hoc fundamentum non mihi placet, quia textus istius capituli non loquitur de idoneitate iuris ciuilis, sed de idoneitate iuris naturalis & diuinis, in qua præcipue fundatur textus iste, vt appareat ex illius littera, & contextu, vnde prior opinio mihi magis placet, quam etiam sequitur Aluarus Vallascus tom. 1. consult. 74. num. 11. & quam communem testator Lasson in l. hac consultissima, in principio, c. de testam. illamque etiam defendit Menchaca de successione creatu, lib. 3. § 21. n. 2.

36. Dubitabis tuis sic hic, an testamento factum, seruata forma iuris canonici coram duobus testibus, & Presbytero parochiali, vel Clerico etiam Notario Apostolico, quod fuit lectum testibus, ab illisque subscriptum, & ab ipso Presbytero, siue ille si Notarius Apostolicus, siue Parochus, non tamen fuit subscriptum ab ipso defuncto, vel ab alio loco illius, vel quia morte præuentus fuit, vel quia impeditus erat propter morbi gravitatem valeat. Certum enim est, spectato iure Lusitano lib. 4. ordinat. tit. 76. § 5. non valere? Respondebis tamen ad hoc dubium, argento iure canonico cap. cum esset de testam. valere, & non corrue te testamentum propter hunc defectum, si modò testes testificant illum voluisse facere testamentum noncupatiuum, & pro perfecto, & absoluto illud habuisse. ita Vallascus dicto tom. 1. consult. 74. n. 14. §. Nec nocere. Fundamentum est, quia duo, vel tres testes cum Presbytero parochiano probant egregie de iure canonico (vt dictum manet) defuncti voluntatem; voluntas au-

tem defuncti tamquam regina in testamento illius dominatur.

Dixi, modò pro perfecto, & absoluto illud testator habuisse, quia si testator antequam illud subscriberet, volebat adhuc plura disponere, & morte sublatus non potuit, tunc quidem non valebit tale testamentum, non ex defectu solemnitatis de iure canonico requisita, sed ex defectu voluntatis, quia adhuc volebat plura testati, & testamentum non perficerat, quo casu non valet testamentum, per textum in l. si is qui testamentum. ff. de testamentis, & ita docet idem Vallascus inductus, & bene, imò nec valebit inter liberos, & ad pias causas, vt ait Contrauias in cap. relatum 1. de testam. num. 9. Vallascus allegatus. Iulius Clarus §. Testamentum, quest. 6. & 7. versic. alignando. Tellius l. 3. Tauri, part. 2. num. 3. Cephalus lib. 2. conf. 294. à num. 5. & lib. 1. conf. 99. num. 1. & alij, quos ibidem citat Vallascus, sed hanc opinionem quodpias causas iam suprà reieccimus, & resiciemus etiam instà cap. 3. num. 25. & 26.

Nec de iure canonico opus est, vt valeat testamentum, quod testes sim rogati, sicut opus est de iure ciuili tam Lusitano, quam communi, nec similiter, quod testamentum legatur coram testibus sufficiente enim quod testes sciant implicitè quod inibi continetur, ita Sylvester ex Panormitano relato in verb. Testamentum 1. num. 5. ultra remedium.

Ita se habent hæc due opiniones, num 28. & 19. relate circa validitatem testamenti conditi de iure canonico contenti in cap. cum esset de testamentis, hoc est, coram Parocho, & duobus testibus. Qui securus fuerit primam negantem valere, dicet prædictum cap. cum esset de testamentis, loqui de testamentis factis coram Parocho, & duobus testibus in terris Papæ, & subiectis Ecclesiæ, quia loquitur de cōsuetudine, quæ petrebuerat in Episcopatu Hostiensi, cuius districtus totus est subiectus Ecclesiæ, & in terris Ecclesiæ contentus. Et in huiusmodi terris, siue Clerici testentur coram Clerico Parochiali, siue coram alio Clerico, qui simul sit Notarius, siue alia persona laice, valebit testamentum conditum iuxta ius canonicum non in terris Imperij, aut aliorum Principum sacerularium: ita Zabarella, Archidiaconus, Ioannes Andreas, & alij ad dictum cap. cum esset. Nec credendum est per huiusmodi cap. cum esset, voluisse summum Pontificem Alexandrum III. derogare absolute legibus Principum sacerularium iustis, formam, & solemnitates requisitas ad valorem testamentorum præscribentibus, sed tantum pro terris Ecclesiæ sibi subiectis, maximè, quia ipsæ leges sunt iustissimæ, & non nocent libertati Ecclesiastice. Quare cum Clerici, & persona Ecclesiastica teneantur in conscientia tamquam membra ad leges communes pretij rerum, & cōtractuum, quia non obsunt, nec repugnat Ecclesiastica libertati, ita etiam tenentur ad leges constituentes solemnitates ciuiles statutas per Principes sacerulares ad vitandas fraudes, & validè condenda testamenta.

Qui verò securus fuerit secundam, necessariò dicet, sumnum Pontificem in prædicto cap. cum esset de testamentis, pro toto orbe derogasse legibus Principum sacerularium, quod mihi durum admendum videtur.

Decimò dubitatur, quid de testamento scripto à duobus, vel pluribus in eadem papyro, & charta? Et in primis dico, testamentum, maximè si fuerit grande, posse rogatu testatoris, & ex illius voluntate tacita, vel expressa scribi à duobus, varietas enim litteræ non mutat substantiam testamenti, nec te-

Yy stamer

## 530 De translat. domini per vlt. volunt.

stamentum vitiat, est enim id valde accidentarium, si alioquin cæteræ solemnitates ad valorem requisitas habeat: ita vidi practicari à viris doctissimis, & ita mihi illos consulenti responderunt; in nullo enim iure, nec Lusitano, nec communii, nec Castellano hoc statuitur. Respondeo secundò, extra dubium esse, posse testamentum à duobus, vel tribus testatoribus valide in eadem charta confici. ita docet Bartol. in *L. patria, & filij, ad finem, ff. de vulgar.* fundatur in textu in *L. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edendo,* & communiter allegatur ad hoc optimus textus in *L. eo quod, C. si certum petatur.* docet etiam Aluarus Vallascus *tom. 1. consult. 7. initio.* *Gama decis. 258. num. 2.* Baldus & Doctores in *L. licet, C. de patris.* & est indubitanter in praxi receptum.

42. Tunc verò non est vnum testamentum, sed quot sunt personæ testantes in vna eademque charta, tot sunt testamenta; diuersitas enim personatum testantium in vna & eadem charta diuersa faciunt testamenta, quia sunt diuersæ voluntates, & vniuersaliusque voluntas per se censemur integrum testamentum, *L. 1. ff. de hereditibus instituendis, & L. 1. ff. de testamentis, ibi, Testamentum est voluntatis nostra iusta sententia.* ita censemur communiter Doctores, Alexander, Bartolus, Paulus de Castro in *diss. L. patria, & filij, ff. de vulgar.* Baldus in *L. cum quidam, C. de impub.* ex textu in *L. qui tabernac., ff. de contrah. emptione.* Tiraquel. de *primogen. quest. 618. num. 5.* ex textu in *L. Papiniana, §. sed nec impuber. ff. de officioso test. glossa in citata, leg. patris, & filij.* nec obstat textus in eamet lege, quia loquitur quando solus pater ex iuriis gratia testamentum condit sibi, & filio pupillariter, hoc est, pro se, & pro filio pupillo; tunc enim vnum merito reputatur testamentum, quia vna tantum persona illud facit: secus vbi duo, vel plures in eadem membrana, charta, vel papyro testantur, quia vnuquisque pro se, & non vnu pro alio testatur, vnde merito diuersitas voluntatum, diuersa arguunt testamenta.

43. Quando verò duo, vel plures in eadem charta testantur, licet sint diuersa testamenta, vt hactenus probauimus, vna tamen solemnitas iuris requiritur, ac sufficit pro omnibus testamentis, quia illa vnicia solemnitas, refertur ad omnes personas testantes, vt bene docet Iason in *prefata L. patria, & filij, num. 7.* & post illum Bartolus, Aretinus, Imola *ibidem.* Claudio *ad finem.* Anton. Gom. in *L. 22. Tauri, num. 17.* Vallascus *consult. 7. num. 3. tom. 1.* & alij plures; et si verò vnicia tantum solemnitas quoad alia sufficiat, testes tamen adhibiti in tali testamento, debent in suis subscriptionibus mentionem facere de quolibet testamento, iuxta dispositionem textus in *L. penult. ff. de testam.* quia, ut diximus, sunt plura, & diuersa testamenta: & ita docet Vallascus *tom. 1. consult. 7. num. 5. §. aduertendum.* Paulus de Castro, Raphael, & Alexander in *L. patria, & filij, ff. de vulgar.*

44. Quando autem in arietus, & vxor, vel plures simul in eadem charta testamentum suum condunt, debet predictum testamentum in forma nostræ ordinationis à singulis eorum tabellioni trahi, & tabellio singulos illorum debet interrogare, antequam approbet, an illud sit suum testamentum, & in instrumento approbationis mentionem facete, quod utique tradidit sibi illud testamentum manibus suis, & quod interrogati, an esset suum, responderunt, illud esse suum: illud verò quod dicitur vnicam solemnitatem pro omnibus sufficere, intelligi debet, quoad numerum testium, ita ut non duplicantur testes pro multiplicatione testa-

mentorum, quoad sigilla, seu subscriptiones, & quoad vnam contexturam testamenti: non sufficit tamen quod traditio testamenti fiat à matito solo, nec ab uxore sola, nec ab uno solo, si plures in eadem charta testamentum conficiant, quia tunc maritus pro uxore, uxor pro marito, aut unus pro omnibus testaretur, quod esse non potest, nec enim responsio mariti potest esse responsio uxoris, nec responsio unius potest esse responsio omnium: quia tunc maritus pro uxore, uxor pro marito, & unus pro omnibus testaretur, quod est iure prohibitum, cum testamentum sit propria voluntas, & non alterius, & ideo referente Vallasco *tom. 1. consult. 7. num. 4.* supremus Senatus Lusitanus annullavit testamentum viri, & uxoris, cæteroqui in omnibus solemnne, quia in approbatione tabellionis, licet facta esset mentio uxoris, non fuit declaratum, quod ipsa etiam manu sua testamentum tradiderat, & declarauerat quod suum esset, quod est memoria tradendum; quando verò in instrumento approbationis non fit mentio de uxore, sepius iudicatum fuit nullum esse tale testamentum, attestante eodem inibi Vallasco, si maritus, & uxor illud efficiant.

### S V M M A R I V M.

45. An alter eorum, qui communii charta testantur, possit pro parte sua testamentum reuocare.  
 46. Si maritus & uxor se ad inuicem ex munio amore in eodem testamento heredes ex pacto inserviant, an valeat testamentum. Refertur prima opinio negans.  
 47. Prefertur affirmans.  
*Quid dicendum sit in dubio, an ex mutuo amore id faciant.* *ibid.*  
 48. An superstes coniux post mortem alterius, & post quā potius est hereditate illius, possit adhuc pro sua parte dum vivit testamentum reuocare.  
*Refertur prima opinio negans.* *ibid.*  
 49. Prefertur, & vnu, ac consuetudine confirmatur sententia affirmans.  
 50. Quid si mortuus nullo modo id faceret, si sciret alterum in eo casu pro sua parte testamentum reuocaturum, & *num. 51.*  
 51. An Religiosi possint esse testes in testamento, cum non sint liberi, sed subiecti.  
*Affirmative respondendum.* *ibid.*  
 52. Clerici possunt esse testes testamenti.  
 53. Quatenus testamentum sit validum per relationem ad schedulam, in qua nomen heredis scriptum est.  
 54. In foro conscientia quid operetur institutio heredis facta per nutum.  
 55. An valeat legatum solo nutu factum, licet non valeat heredi institutio.  
 56. Testamentum coram Rege factum validum est sine iuriis ciuilis solemnitatibus.

45.  
**S**ed hic oritur dubium, quod quotidie accidit, an alter ex iis, qui simul in eadem charta testantur, pro parte sua testamentum possit reuocare? & communiter respondent Doctores, posse: ita Vallascus *diss. tom. 1. consult. 7. num. 5.* & Oldradus *consil. 174.* vbi ait, si vir, & uxor in eadem charta fecerint testamentum, posse uxorem mortuo marito, vel maritum mortua uxore, pro sua parte reuocare testamentum, quod idem tradit Tiraquellus de *prima genys, quest. 68.* Couart. in rubrica de *testam. 2. part. num. 8.*

## 532 De translat. dominij per vlt. volunt.

50.

Neque obstat quod ex ea reuocatione subpullulet deceptio defuncti; qui non institueret superstitem coniugem, si crederet eum reuocaturum institutionem factam: hic enim nulla datur deceptio, ut supponimus, quia a principio, cum ambo testamentum condiderunt, animum, & intentionem habuerunt implendi illud, & non reuocandi, postea mutauit alter eum animum, & vns est iure suo, reuocando factum testamentum, quod ipse, qui mortuus est, similiter posset licite efficere, si alter prae- moueretur, & ipse superstes esset; & si putauit alterum non reuocaturum testamētum, ipse sibi imputet, qui naturam vltimā voluntatum reuocabilem esse sciens id fecit, quod si nunquam tale ereditit, aut testamentum ea forma factum irreuocabilem esse credebat, suæ stultitiae vitium hoc tribuat, vt bene respondit Iurisconsultus in l. 4. ff. de adimendis legat. & in l. cion donatione, C. de transaction. & in l. si quis domum, §. 1. ff. locati. ita Vallasc. tom. 1. consult. 7. num. 7. post medium. Corneus consil. 159. incipit, In hac presumpione, col. 1. lib. 4. & Couarruias de testam. 2. part. num. 8. Baldus in l. cion Artemidoram. num. 11. & 12. C. ut in possess. legat. Habuit enim errorem iuris, qui error non potest tribuere valorem actui, aut mutare substantiam illius, faciendo illum de reuocabili, irreuocabilem, vt bene probat textus cum glossa in l. Luciu, §. Semproniu. ff. de legatis 2. & Baldus, Fulgosius, Artinus, Corneus, Alexander, omnes num. 2. in l. si frater, C. qui testament. facere possunt. Angelus in l. 4. ff. de inoffic. test. Iason consil. 61. col. 2. lib. 2. Decius consil. 489. num. 6. Ioannes Dilectus de caut. ultim. volunt. tit. 1. cautela 4. num. 2. & Vallascus tom. 1. consult. 7. §. ultimo.

51.

Confirmatur ex eo quod maioratus constitutus à viro, & vxore ex vtriusque bonis in fauorem alii- cuius per testamentum, vel aliam ultimā voluntatem, potest ab altero illorum reuocari, mortuo altero, vt communiter tenent Doctores, Couarr. allegatus, Molin. lib. 1. de primog. cap. 12. num. 3. ver- sic. in prima specie. Burgens. conclus. 6. à num. 12. 19. usque ad 12. 30. vbi id latissimè ampliat.

52.

Requirit ius commune in l. 1. C. de testamentis, & nostrum ius Lusitanum lib. 4. in nouis ord. tit. 80. §. 4. vt testes testamenti sint liberi, aut pro talibus reputentur. Hic autem iam insurgit dubium, virū validum ac firmum sit testamentum, in quo Religiosi etiam fratres minores & prædicatores testes fuerint. Ratio dubitandi est, quia Religiosi non sunt liberi, nec propriam voluntatem habent, totam enim illam involuntarem superiorum transtulerunt. Sed communiter respondent Doctores, affirmatiū, idque quamvis in eo testamento monasterium illorum institutum sit, quia non sunt natura & conditione serui, sed liberi: ita Emanuel Rodrigues tom. 3. regulari, quest. 71. art. 2. Viuius communium opin. tom. 2. lib. 6. tit. 13. n. 84. Michael Crassus tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 150. Molina tom. 1. de iust. disp. 127. tralz. 2. §. virum autem. Iulius Clarus §. testamentum, quest. 55. vers. vltierius quero. Panoritanus, & multi alij, quos citat Antonius Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 28 t. Nec refert quod totam suam voluntatem in superiorem transtulerint, quia id non facit eos natura & conditione seruos; soli autem ij, qui natura, & conditione serui sunt, aut pro talibus habiti, testes esse non possunt in testamentis. Ait tamen Antonius Gomez cum Fabro, quem citat, id intelligentem esse, modò tempore testamenti licentiam ad id habuerint obtentam à suis superioribus, aut testamentum de numero illorum sint, quæ post mor-

tem testatoris indigent publicatione iuridicea, modò tempore publicationis facultatem habeant ad testificandum. Verum id non admittit Molina. Ratio illius, & optima, est; quia cum testimonium Religiosorum nullibi in iure reperiatur nullum, licet male faciant Religiosi, si absque superiorum facultate testentur, non apparet ratio, ob quam illorum testimonium sit inualidum: maximè, quia ceteri auctores absolutè, & absque vlla limitatione loquuntur, & hanc esse communem consuetudinem testantur Iulius Clarus dicit. quest. 55. n. 7.

De Clericis conspirant omnes Doctores, esse idoneos testamentorum testes, etiam sine facultate sui Episcopi. ita Molina allegatus.

Quatenus testamentum sit validum per relationem ad schedulam, in qua nomen hæredis scriptum est, diximus suprà, num. 22. & 23. nunc inquirimus, an, vt testamentum sit validum, satis sit, quod hæredis institutio fiat per nutus, & signa, an necesse sit, vt voce, vel scripto exprimatur? Et dicendum est, non satis esse, nutibus, & signis ad aliquem directis hæredem monstrare, atque exprimere, sed necesse esse vel voce dearticulata illum exprimere, ita vt ex voce intelligent præsentes, quem vellet ipse hæredem instituere, licet balbutiando, & tardè illum proferat, vel scribendo propria manu illum declarare: patet expressè in l. iubemus, iuncta l. quoniam indignum, C. de testam. colligiturque ex l. discreta, §. vltim. C. qui testam. amena facere poss. Et verò licet tutius sit, vt testator proprio ore nomen hæredis pronuntiet, sufficiet tamen, si interrogatur à tabellione, vel ab aliqua priuata persona, an velit Titum instituere suum hæredem, ore suo respondeat, volo, aut faciat quid simile, quo se id velle declarer. ita glossa receptissima in l. iubemus, verb. quemadmodum, C. de testamentis. Molin. tom. 1. de iust. tralz. 2. disp. 127. init. §. illud etiam obserua. Couarruias in cap. cum tibi, de testam. num. 4. vbi citat Bartolum, & plurimos antiquos. Antonius Gomez ad leg. 3. Tauri, n. 109. & Gregorius Lopez ad leg. 3. tit. 73. partit. 6. dummodo tamen ablit omnis suspicio fraudis, & clare constet eam fuisse testatoris voluntatem sui tunc temporis compotis, vt ait Iulius Clarus lib. 3. sentent. quest. 36. per multos, & multa iura à num. 1. usque ad 7. vbi in num. 6. bene addit, si talis interrogatio fiat à persona suspecta, in eo casu, attenta suspicione interrogantis, & statu vltimi mortis articuli testatoris vehementem suspicionem resultare, quod testator propter suggestionem, & importunitatem illius ita respondeat, quam quod illius fuerit vera voluntas, & in eo casu opinionem contrariam sequendam esse cum Alberto Papiensi, quem citat in num. 2. quam his duabus circumstantiis concurrentibus communio rem assertit Socinus iunior consil. 183. num. 27. lib. 2. & Gulielmus Pontanus in l. 1. §. si quis ita, ff. de verborum obligacionibus.

At licet in foro soli ad valorem testamenti necessaria sit institutio hæredis, qualis adhuc explicata est; in foro tamen poli, satis est, si vel nutu hat, modò certò, & indubitabiliter constet eam fuisse voluntatem testatoris, qui tunc pleno, & perfecto iudicio vtebatur, vt bene notauit Mol. d. disp. 127. §. licet autem, & tota disp. 81.

Quamvis autem hæredis institutio solo nutu facta, de iure comuni sit inualida, non tamen est inualidum legatum, aut fideicommissum solo nutu factum, vt patet ex l. nutu, ff. de legatis 3. & l. cion proponebatur. ff. de legatis 2. docet glossa in l. iubemus, C. de testam. & est communis sententia, quam sequuntur

53.

54.

55.

56.

sequuntur Couartuias cap. cum tibi, de testamentum. 3. Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 127. §. Illud etiam Antonius Gomez ad l. 3. Tauri. n. 111. Vnde majori tatione valida sunt legata per remissionem ad schedulam, de qua egimus à num. 22. ut cum Battolo tenet communis sententia, quam sequitur Couartuias citatus num. 4.

57. Testamentum vero coram Rege, vel Principe factum, non agnoscente superiore, validum est absque illa solemnitate, constat ex l. omnium C. de testam. & ex l. 5. tit. 1. part. 6. legum Castelle. docet Iulius Clarus §. Testamentum. q. 56. vers. antepenultimo. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 129. initio. Tunc autem censeretur quis testari coram Principe, si quis per se, vel per alium offerat, ac ostendat preces Principe, in quibus declareret qualiter de rebus suis disponat, etiam si super huiusmodi precibus nihil ei Princeps rescribat, ita colligitur ex textu in dicta l. omnium. Item si quis testator coram Principe dicat ote tenus se instituere Christophorum heredem, dummodo tunc aliqui praesentes sint testes saltem duo, nam in hoc casu si non appareret, preces Principe fuisse porrectas, saltem duo requirerentur testes cum Principe, ita sentit Battulus in prefata lege, omnium n. 1. & hanc esse communem opinionem testatur Socinus conf. 138. num. 10. lib. 1. quem refert Couartuias in rub. de testam. 1. p. n. 2.

## CAPVT III.

Agitur de testamento condito inter liberos, & ad pias causas, & de legatis piis; queritur quot testes ad valorem illius requirantur, & an sufficiant feminae.

- 1 Ad testamentum factum inter liberos etiam emancipatos. & ad pias causas, sufficiunt duo testes sive masculi, sive famina.
- 2 Non opus, ut sint rogati, neque quod subscribant, in his enim sola solemnitas de iure gentium, aut naturali sufficit. ibid.
- 3 Et hoc sufficit, sive liberi equali, vel inequali portione instituantur a patre, vel matre.
- 4 Quid si liberis inequalibus portionibus instituantur.
- 5 An si pater excus velit testari inter liberos, sufficiant duo testes.
- 6 An tunc opus sit, ut a testibus subscribatur.
- 7 An hoc procedat in testamento nuncupativo. §. n. 7.
- 8 An in testamentis condito inter liberos valeant legata relitta extraneis.
- 9 Quid veniat nomine filiorum, an illegitimi, an naturales.
- 10 An sicut validum est testamento conditum inter liberos cum duobus testibus a descendentiis respectu descendentiis: ita e contrario valeat testamento descendentiis erga ascendentis.
- 11 Ex quibus causis possit esse nullum testamentum factum inter liberos, an testes debent esse rogati, & quid si in eo aliquis filius fuit præteritus.
- 12 Quid de iure Lusitano.
- 13 Quid de iure Regni Castelle.
- 14 Quid si pater uni filio substituat alium pupillarium, & quid si substituat extraneo.
- 15 An pater testans inter liberos possit in testamento datur uni alterum in tutorem.
- 16 An requiratur confirmatio iudicis predicti tutele.
- 17 Quid nomine pie causa in testamento intelligatur, §. n. 18.

Fagundez de Iustitia, &c.

Quomodo & quando censetur testamentum conditum ad pias causas, ibid. & n. 19.

- 20 Ad testamentum ad pias causas sufficit solemnitas iuris gentium, non est necessaria solemnitas iuris ciuilis, & duo testes sufficiunt.
- 21 Hs duo testes, qui necessarii sunt ad valorem testamenti ad pias causas, solum requiruntur ad faciendam fidem in foro extero, ut pronuncietur validum in eodem foro. ibid.
- 22 An testamentum, in quo quis animam suam heredem instituit, sit validum.
- 23 Non requiritur quod testes, aut Notarii sint rogati.
- 24 Testamentum in quo testator dicit, committo omnia bona mea Petro, ut ipse de illis faciat, vel disponat, prout voluerit, censetur factum ad pias causas, & in piatatem diffundenda ea bona sunt. Idem si dicat amico, relinquo tibi mea bona, ut de illis facias, quod ego facerem. ibid.
- 25 An quando testator, aut codicillator, qui iam aliqua disposuerat in causas pias, moritur imperfecto testamento, valeant ea, quae iam erant disposita ad pia, & num. 26.
- 27 Dispositio captatoria valeat ad pias causas.
- 28 An legata pia facta in testamento de iure ciuili nullo, valeant.
- Reserveur prima sententia affirmans, ibid.
- 29 Refertur secundanegans.
- 30 Preferitur tercia.
- 31 Quid e contrario, an scilicet legata non pia facta in testamento de iure ciuili invalido, valeant, & num. 32.
- 32 Et quid si testator relinquat centum sobrina sua, quam nominauit in testamento, ut Monialis fiat, vel ut maritetur, an illa centum tradenda sit hereditibus illius, si illa moratur antequam maritetur, vel fiat Monialis, & n. 34.
- 33 Quid si testator relinquat centum distribuenda pauperibus pro male ablatis, & liquido constet solum fuisse ab eo male ablata & cui cedant reliqua, pauperibus ne, an hereditati testatoris.
- 34 Quid si testator dicat ducenta, que in libro mercum rationum debeo Antonio, restituantur ei, & ex eo libro solum constet centum ei debers, & num. 37. & 38.
- In his legis venanda est voluntas testatoris, & ea sequenda. ibid.

## De testamento condito inter liberos.

**D**I X E M V S adhuc de solemnitatibus ordinariis, quæ de iure ad valorem testamento- rum requiruntur. Nunc inquirimus, an huiusmodi solemnitates ordinarie ex privilegio aliquo, in aliquo, vel aliquibus testamentis remittantur, ita ut predicta testamenta sint valida sine illis. Et in hac re certum, & indubitatum est, duo esse testamenta, in quibus præfatae solemnitates non requiruntur. Primum est testamento conditum a parentibus utriusque sexus, id est, tam patre, quam matre inter solos liberos, vbi nomine liberorum intelliguntur quilibet descendentes, etiam feminæ, & filii emancipati. Secundum est testamento factum ad pias causas. Talia igitur testamenta solemnitate ordinaria non indigent, sed probata in iure censentur per duos testes, sive masculos, sive feminas, ut patet ex l. hac consultissima, & ex imperio, C. quiescam facere possunt. & l. ultim. C. familiæ erescunda.

Incipiamus igitur a testamento condito inter liberos, & nepotes, seu descendentes; omnes enim

sequuntur Couartuias cap. cum tibi, de testamentum. 3. Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 127. §. Illud etiam Antonius Gomez ad l. 3. Tauri. n. 111. Vnde majori tatione valida sunt legata per remissionem ad schedulam, de qua egimus à num. 22. ut cum Battolo tenet communis sententia, quam sequitur Couartuias citatus num. 4.

57. Testamentum vero coram Rege, vel Principe factum, non agnoscente superiore, validum est absque illa solemnitate, constat ex l. omnium C. de testam. & ex l. 5. tit. 1. part. 6. legum Castelle. docet Iulius Clarus §. Testamentum. q. 56. vers. antepenultimo. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 129. initio. Tunc autem censeretur quis testari coram Principe, si quis per se, vel per alium offerat, ac ostendat preces Principe, in quibus declareret qualiter de rebus suis disponat, etiam si super huiusmodi precibus nihil ei Princeps rescribat, ita colligitur ex textu in dicta l. omnium. Item si quis testator coram Principe dicat ote tenus se instituere Christophorum heredem, dummodo tunc aliqui praesentes sint testes saltem duo, nam in hoc casu si non appareret, preces Principe fuisse porrectas, saltem duo requirerentur testes cum Principe, ita sentit Battulus in prefata lege, omnium n. 1. & hanc esse communem opinionem testatur Socinus conf. 138. num. 10. lib. 1. quem refert Couartuias in rub. de testam. 1. p. n. 2.

## CAPVT III.

Agitur de testamento condito inter liberos, & ad pias causas, & de legatis piis; queritur quot testes ad valorem illius requirantur, & an sufficiant feminae.

- 1 Ad testamentum factum inter liberos etiam emancipatos. & ad pias causas, sufficiunt duo testes sive masculi, sive famina.
- 2 Non opus, ut sint rogati, neque quod subscribant, in his enim sola solemnitas de iure gentium, aut naturali sufficit. ibid.
- 3 Et hoc sufficit, sive liberi equali, vel inequali portione instituantur a patre, vel matre.
- 4 Quid si liberis inequalibus portionibus instituantur.
- 5 An si pater excus velit testari inter liberos, sufficiant duo testes.
- 6 An tunc opus sit, ut a testibus subscribatur.
- 7 An hoc procedat in testamento nuncupativo. §. n. 7.
- 8 An in testamentis condito inter liberos valeant legata relitta extraneis.
- 9 Quid veniat nomine filiorum, an illegitimi, an naturales.
- 10 An sicut validum est testamento conditum inter liberos cum duobus testibus a descendentiis respectu descendentiis: ita e contrario valeat testamento descendentiis erga ascendentis.
- 11 Ex quibus causis possit esse nullum testamentum factum inter liberos, an testes debent esse rogati, & quid si in eo aliquis filius fuit præteritus.
- 12 Quid de iure Lusitano.
- 13 Quid de iure Regni Castelle.
- 14 Quid si pater uni filio substituat alium pupillarium, & quid si substituat extraneo.
- 15 An pater testans inter liberos possit in testamento datur uni alterum in tutorem.
- 16 An requiratur confirmatio iudicis predicti tutele.
- 17 Quid nomine pie causa in testamento intelligatur, §. n. 18.

Fagundez de Iustitia, &c.

Quomodo & quando censetur testamentum conditum ad pias causas, ibid. & n. 19.

- 20 Ad testamentum ad pias causas sufficit solemnitas iuris gentium, non est necessaria solemnitas iuris ciuilis, & duo testes sufficiunt.
- 21 Hs duo testes, qui necessarii sunt ad valorem testamenti ad pias causas, solum requiruntur ad faciendam fidem in foro extero, ut pronuncietur validum in eodem foro. ibid.
- 22 An testamentum, in quo quis animam suam heredem instituit, sit validum.
- 23 Non requiritur quod testes, aut Notarii sint rogati.
- 24 Testamentum in quo testator dicit, committo omnia bona mea Petro, ut ipse de illis faciat, vel disponat, prout voluerit, censetur factum ad pias causas, & in piatatem diffundenda ea bona sunt. Idem si dicat amico, relinquo tibi mea bona, ut de illis facias, quod ego facerem. ibid.
- 25 An quando testator, aut codicillator, qui iam aliqua disposuerat in causas pias, moritur imperfecto testamento, valeant ea, quae iam erant disposita ad pia, & num. 26.
- 27 Dispositio captatoria valeat ad pias causas.
- 28 An legata pia facta in testamento de iure ciuili nullo, valeant.
- Reserveur prima sententia affirmans, ibid.
- 29 Refertur secundanegans.
- 30 Preferitur tercia.
- 31 Quid e contrario, an scilicet legata non pia facta in testamento de iure ciuili invalido, valeant, & num. 32.
- 32 Et quid si testator relinquat centum sobrina sua, quam nominauit in testamento, ut Monialis fiat, vel ut maritetur, an illa centum tradenda sit hereditibus illius, si illa moratur antequam maritetur, vel fiat Monialis, & n. 34.
- 33 Quid si testator relinquat centum distribuenda pauperibus pro male ablatis, & liquido constet solum fuisse ab eo male ablata & cui cedant reliqua, pauperibus ne, an hereditati testatoris.
- 34 Quid si testator dicat ducenta, que in libro mercum rationum debeo Antonio, restituantur ei, & ex eo libro solum constet centum ei debers, & num. 37. & 38.
- In his legis venanda est voluntas testatoris, & ea sequenda. ibid.

## De testamento condito inter liberos.

**D**I X E M V S adhuc de solemnitatibus ordinariis, quæ de iure ad valorem testamento- rum requiruntur. Nunc inquirimus, an huiusmodi solemnitates ordinarie ex privilegio aliquo, in aliquo, vel aliquibus testamentis remittantur, ita ut predicta testamenta sint valida sine illis. Et in hac re certum, & indubitatum est, duo esse testamenta, in quibus præfatae solemnitates non requiruntur. Primum est testamento conditum a parentibus utriusque sexus, id est, tam patre, quam matre inter solos liberos, vbi nomine liberorum intelliguntur quilibet descendentes, etiam feminæ, & filii emancipati. Secundum est testamento factum ad pias causas. Talia igitur testamenta solemnitate ordinaria non indigent, sed probata in iure censentur per duos testes, sive masculos, sive feminas, ut patet ex l. hac consultissima, & ex imperio, C. quiescam facere possunt. & l. ultim. C. familiæ erescunda.

Incipiamus igitur a testamento condito inter liberos, & nepotes, seu descendentes; omnes enim

## 534 De translat. dominij per vlt. volunt.

isti comprehenduntur hinc nomine liberorum, ut diximus, & constat ex *Authentico de testam. imperfecto. in principio.* Sic docet Molina tom. 1. de iustit. disp. 128. vers. vltius est. Et in primis validum est testamentum factum inter filios etiam emancipatos ex priuilegio iuris communis cum duobus testibus, vel masculis, vel sceminiis, etiam non rogatis, neque necessaria est aliqua testimoniis subscriptio, aut aliqua alia ex solemnitatibus iuris civilis in aliis testamentis requisita, idque siue testamentum conficiatur a patre, siue a matre, & siue sic nuncupatiuum, siue in scriptis, quamvis, ut statim dicimus in num. 5. in testamento in scriptis non nihil ex iure novo *Authenticorum addatur*: ita habetur expressè in l. *hac consuliſſima. §. ex imperfetto, C. qui testam. facere possunt, iuncta l. viiiima, C. familia ericſcunda.* nam in prima lege dicitur testamentum imperfectum, hoc est, deſtitutum omni solemnitate, iure ciuili requisita, valere inter solos liberos, siue a patre, siue a matre conficiatur: affirmatque omnis Doctorum sententia, ex eo fundamento, quod in iis testamentis solummodo solemnitas de iure gentium attenditur, eo quod filii alioquin defenda erat iure naturali hereditas parentum: ita docet Bartolus in dict. 5. ex imperfetto, in ultimis verbis, Iason in *Authent. nouissima*, num. 16. C. de inofficiis. testam. Curtius junior in dict. 5. ex imperfetto, post num. 3. Natta consil. 107. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, quæst. 8. num. 1 glossa unio. in *Auth.* quod sine, C. de testam. Grat. consil. 90. n. 3. lib. 2. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 128. in principio. Fundamentum porissimum huius rei est præter iam tactum, quia hoc a iure communi fuit introductum speciali fauore ipsorum filiorum; quia illis naturali etiam iure (ut am diximus) parentum hereditas debebatur, & hanc rationem reddit Iulius Clarus allegatus, & prius illam reddidit Natta in repetitione dicti 5. ex imperfetto. num. 30. & postea illam approbarunt communiter Doctores.

3. Et hoc verum est, siue libeti aequalibus, siue inaequalibus portionibus instituantur heredes, iuxta communem opinionem, quam sequitur Emanuel à Costa in cap. si pater, part. 1. verb. in suo testamento, num. 2. Gama decis. 61. licet Coupruuias in cap. Raynuttus, de testam. num. 3. contrarium assertet, dicatque id solum vetum habere, quando filii in partibus aequalibus heredes instituantur.

4. Dubitant tamen Doctores, an si pater cæcus vel testari inter liberos, sufficiente duo testes absque aliis solemnitatibus iure ciuili requisitis. Ratio dubitandi est, quia in d. l. *hac consuliſſima, C. qui testam. facere possunt*, in testamento cæci obo testes requiruntur? Dicendum tamen est in testamento facto a patre, vel matre cæcis inter filios, & filias sufficere duos testes, nec requiri aliquam aliam solemnitatem a iure ciuili communi ad maiorem firmitatem testamenti induciam; cessat enim omnis falsitatis sulpicio in filiis, ad quam vitandam solemnitates illæ iure ciuili fuerunt introductæ, qui omnino patri, vel matri successuri erant ab intestato in hereditate, de quibus lex maximè confidit. Accedit quod fauor filiorum, propter quem inducta fuit dispositio dict. 5. ex imperfetto, predictæ leg. *hac consuliſſima*, tam militat in filiis parentis cæci, quam in filiis videntis. ita Ruinus consil. 68. lib. 2. Boëtius decis. 240. num. 20. Socinus consil. 263. lib. 2. Natta consil. 210. num. 3. & sequentib. Bertrandus consil. 221. num. 2. lib. 3. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, quæst. 7. num. 2.

5. Hæc de iure legis, *hac consuliſſima*. Postea tamen, ut bene notat Molina dict. disp. 128. tom. 1. de iustit.

§ obserua tamen, de iure *Authenticorum* sanctum fuit ad hoc, ut testamentum factum cum duobus testibus inter liberos valeret, opus esse, ut a patre, vel matre testante, vel ab ipsis liberis subscribatur. pater ex *Authent.* si modo, C. *familia ericſcunda.* Vel certè, si neutrū illorum sit, testator propria magno distinctisque characteribus nomina filiorum exprimat, quos in testamento hæredes instituit, & portiones, in quibus eos instituit, diemque in quo conficit testamentum, & hoc habetur expresse in *Authent.* quod sine, C. de testam. quod si nihil horum sit, testamentum erit nullum, ut constat ex praefatis *Authenticis*.

6. Sed cum huiusmodi *Authenticæ* non loquantur de testamento nuncupatio, sed solum de testamentis in scriptis, ut constat ex citatis *Authenticis*, numero præcedenti positis, si attentè legantur, & docet glossa in predicta *Authentica*, si modo, C. *familia ericſcunda*, consequens est, ut circa testamentum nuncupatum standum sit doctrinæ traditæ num. 2. §. ex imperfetto, legis, *hac consuliſſima, C. qui testam. fac. poss.* ut bene animaduertit Molin. tom. 1. de iust. disp. 128. §. obserua tamen.

7. Si vero in testamento nuncupatio facta inter liberos sine solemnitate a iure ciuili in aliis testamentis requisita admisceatur persona aliqua extra-nea, cui aliquid sit relictum per viam institutionis, aut legati, vel fideicommissi, inualidum erit testamentum quoad illam, ita ut quod illi fuerit reli-  
ctum, accrescat liberis: constat ex dicta lege, *hac consuliſſima, §. ex imperfetto, & ex l. ultim. C. familia ericſcunda*, docet Molin. §. illud etiam obserua. Anton. Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 18. quod disponit etiam lex 7. tit. 1. part. 6.

8. In testamentis vero in scriptis, valent legata re-licta extraneis, ut liquido patet ex *Authentica* quod sine, C. de testam. & docent Anton. Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 8. Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 128. in citato §. illud etiam obserua.

9. Nomine autem filiorum veniunt hinc filii illegiti-naturales, quoad portiones, quas vel de iure communi, vel de speciali iure cuiusque Regni illis patres, vel matres relinquere possunt vel alij ascen-dentes, ita docet Ant. Gomez l. 3. Tauri, a num. 58. & deinceps. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, q. 12. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 128. vers. Antonius Gomez. Vnde in Regno Lusitanæ, in quo de iure Regni filii naturales hominis plebeij, promiscue succedunt parentibus cum legitimis, tam ex testa-mento, quam ab intestato, non est dubium sub no-mine filiorum comprehendendi, ut bene animaduertit Molina modo allegatus.

10. Vtrum tamen, sicut testamentum ascendentium respectu descendenterum validum est cum duobus tantum testibus, sine alia solemnitate, ita vicissim validum si testamentum descendenterum respectu ascendentium, est dubium: & duplex est hac de re opinio. Prima assertat, hanc docet Anton. Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 54. Ioannes Imola, Paulus, Al-bericus, & alij, quos citat ex regula correlatiuorum communi. Contraria tamen, & secunda sententia est, verior, communior, & tenenda: eam docet Mo-lina citatus §. an vero. Costa in cap. si pater, part. 3. verb. priuare non possit, num. 1. Iulius Clarus §. te-testamentum, quæst. 12. num. 6. Boëtius decis. 240. in-fine, & Iulius Clarus citat ibi Alexandrum, Specu-latorem, Nattam, Riminaldum, & alios. Et ratio est, quia hinc non initiat regula correlatiuorum, quia quod contra communes regulas iuris statutum est, non debet trahi in consequentiam: & ita respon-debis ad fundamentum primæ opinionis.

Quamvis

11. Quamvis autem testamentum alioquin nullum ex defectu solemnitatis, sit validum inter liberos, si sit cum duobus testibus; nec requiratur quod testes, Notarius, aut tabellio sint rogati: si tamen ex aliis capitibus nullum sit, veluti, si sit imperfectum, eo quod testator illud nondum absolverat, & de pluribus testari volebat, vel solis nutibus heredes instituit, aut aliquis filius in eo fuit praeteritus, inualidum omnino erit etiam inter liberos, ita communiter Doctores: sic Iulius Clarus §. Testamentum, quest. 8. num. 6. Antonius Gomez ad l. 3. Tauri num. 18. 57. & 106. Couartuias de testam. cap. relatione 1. num. 10. Decius conf. 105. num. 5. usq. fine, Claudius, Natta, Berous, & alii, quos citat Iulius Clarus inductus. Ratio est, quia defectus præteritionis & certæ institutionis hereditis in testamento, aut imperfectionis voluntatis testatoris, & potius circa substantiam testamenti, quam circa solemnitatem iure civili prescriptam, & lex hoc consultissima, §. ex imperfecto, & lex ultima, C. familiæ ericiscunde, solum loquuntur de testamento inter liberos ex solo capite solemnitatis imperfecto. Præterea esset maximum inconveniens, ut ea, quæ à iure sunt introducta in fauorem liberorum, retinerentur in odium illorum, contra cœmunes iuris regulas, quæ habent, ut ea, quæ pro charitate, & pro fauore aliquius statuuntur, non debeant contra illum militare; pro fauore autem liberorum introductum fuit à iure, ut testamentum minus solemnne inter illos conditum valeret, & nihil statutum est de testamento quod deficit in substantia. Vnde animaduertenter notabis, non valere, absolute loquendo, argumentum de testamento ad piæ causas (ut infra dicimus) ad testamentum inter liberos factum: nam testamentum ad piæ causas nuto conditum valet, ut probat Iulius Clarus lib. 3. §. Testamentum, quest. 6. vers. insertus, & quest. 8. num. 9. non valet autem testamentum nuto conditum inter liberos, ut probat Angelus in l. discretis. C. qui testam. fac poss. Natta in dicto §. ex imperfecto, n. 149. & alii communiter.

12. Et verò hæc omnia, quæ hactenus de testamentis factis inter liberos diximus, locum propriè habent in hoc nostro Lusitaniz Regno, quia in eo nihil hac de re constitutum est in ordinationibus illius, & cum nihil statutum sit, iuris communis dispositioni standum est, ut siccè diximus, ac probavimus.

13. De iure autem Regni Castellæ post leg. 3. Tauri, quæ est secunda lib. 5. nona collectionis, tit. 4. eadem omnino solemnitas requiritur in testamentis nuncupatiis conditis inter liberos, quæ requiritur in testamentis factis inter extraneos, ut lex illa aperte declarat, ac disponit. An autem in testamento inter liberos in scriptis facto requiratur etiam eadem solemnitas, quæ in eo Regno necessaria est inter extraneos, est dubium, sed resoluendum est affirmatiuè cum Antonio Gomez ad dictam legem 3. Tauri, num. 60. satis enim id innuitur in ea lege, licet hoc non tam clare pateat, quam patet priimum.

14. Si pater testans inter liberos substituat unius ex filiis suis pupillariter aliam ex filiis, ea substitutio valet, quia est facta in fauorem filiorum. Si verò ei substituat extraneum aliquem, & qui non sit de liberis, non valet, sed tota ea hereditas accrescit aliis filiis: sic docet Bartolus in l. 2. num. 18. ff. de vulgari. Curtius iunior in dicto §. ex imperfecto, in librae consultissima, C. qui test. fac. poss. num. 6. Iulius Clarus lib. 3. §. Testamentum, q. 10. n. 2. qua de te iam non nihil diximus num. 7.

15. Sed dubium hæc est non vulgare; an possit pater testans inter liberos dare in testamento unum ex filiis suis, alteri filio tutorem, & an illum debeat iudex ex officio approbare, & quid si det extraneum? Et in hoc puncto existimat Iulius Clarus lib. 3. sent. 5. Testamentum, quest. 10. num. 3. posse patrem quemcumque voluerit ex filiis illi in tutorem dare, & teneri iudicem illum approbare? Communiter tamen Doctores assertunt, non posse patrem quemcumque velle illi tutorem assignare, sed tantum illum, qui si pater ab intestato moreretur, legitimus tutor futurus erat: ita Curtius iunior in dicto §. ex imperfecto, num. 16. in fine, præualet tamen, meo iudicio, opinio Iulij Clari, modo ille filius, qui tutor à patre alteri filio datur, sit optimo iudicio, ac bonis moribus probus. Nunquam tamen poterit pater in præfato testamento assignare filiis tutorem extraneum, qui præualeat, & præferatur illi, qui alioqui si pater moreretur ab intestato, de iure successurus erat tutor, nisi à iudice iam fuerit approbatus: ita communiter Doctores, Iulius Clarus, & Curtius iunior citatus, & Sal. in dicto §. ex imperfecto, colum. 1. vers. Oppono cum glossa. Corneus ibi, num. 15. licet enim designatio tutoris extranei, maximè quando sit à patre, concernat fauorem filij pupilli: cum tamen redundet in præiudicium, & onus aliorum, non est æquum, ut privilegium concessum à iure partibus pro fauore filiorum sit aliis filiis oneratum. putat tamen Alexander conf. 140. num. 2. lib. 1. quod licet designatio tutoris extranei in testamento patris inter liberos non sustineatur dum non confirmatur à iudice, debet tamen à iudice confirmari, & sic confirmatus à iudice præfertur tutori datino, qui de iure successurus erat si ab intestato pater moreretur, sicut præfertur testamentarius: ita explicat, & tenet predictus Alexander, quem sequitur Iulius Clarus allegatus num. 4. & lib. 2. §. Tutor, & bene tenet.

16. Quando autem designatio tutoris valet antequam à iudice confirmetur, tenetur tutor statim talam agere, alia tenetur de neglectis: si autem non valet, nisi post confirmationem iudicis, non tenetur, nec tenetur petere confirmationem, & ideo donec sit confirmatus, non tenetur de neglectis; iudex tamen tenetur illum confirmare, nisi causa aliqua impedit eam confirmationem. Ita Iulius Clarus citatus n. 4. & Natta in dicto §. ex imperfecto, n. 123, vide Iulium Claram in §. Tutor.

### De testamentis, & legatis ad piæ causas.

Absoluta prima parte tituli huius capituli tertij de testamentis factis inter liberos, sequitur, ut agamus de secunda parte illius, de testamentis scilicet, & legatis ad piæ causas.

17. 18. Pia causa hæc dicitur quidquid præcipue in obsecrum Dei sit, & quidquid sit in intuitum finis supernaturalis ad gratiam & gloriam Dei promerendam, vel in satisfactionem proprietum peccatorum, vel alienorum; unde opus pium dicitur quidquid relinquitur in bonum propriae anime, vel maiorum nostrorum, ut quando relinquitur eleemosyna parentibus etiam consanguineis, Ecclesiis, vel Monasteriis, pro matritandis orphanis, pro redemptione captiuorum, pro extractione templorum, institutione Hospitalium, aut pro illorum augmentatione, aut reparatione; denique quidquid relinquitur pro augmentatione diuini cultus, & in suffragia pro se, aut alijs

## 536 De translat. dominij per empt. & vend.

aliis fidelibus defunctis: ita constat ex l. si placet, C. de sacros. Eccles. docet Nauatus in Apolog. pro reddit. Eccles. monit. 29. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. diff. 134. initio. Panormit. in rubr. de testam. num. 9. & cap. relatum 1. eodem tit. num. 7.

19. Tunc autem censetur, & est testamentum conditum ad pias causas, quando pia causa heres instituitur, aut per viam substitutionis ad causam piam deuenit hereditas defuncti testatoris. Quando autem non pro causa, sed aliquis alius heres instituitur, quamvis legata aliqua pia in eo testamento relinquatur, non dicitur tale testamentum factum ob piam causam: ita Gama cum multis, dec. 46 num. 2. Costa in cap. si pauc. part. 1. verb. in suo testamento, num. 8. Couarruias in cap. relatum 1. de testam. num. 2.

20. Est autem hinc vera regula, & conspiratio omnium Doctorum. Testamentum factum ad piam causam non indiget solemnitatibus iurius ciuilis perficiuntur, sed sufficiunt solemnitas iurius gentium, & sola hac solemnitate contentum est. ita communiter Doctores; Julius Clarus lib. 3. sent. 5. testamentum, quest. 6. n. r. ad finem. Reinosus obsernat. 39. num. 7. Couarruias in cap. relatum 1. de testam. num. 14. Corneus consil. 507. litera B. lib. 3. Molina tom. 1. de iust. diff. 134. & patet ex cap. relatum 1. de testam. & ex cap. cum esses, eod. titulo, quorum dispositio seruanda est, non solum in iure Ecclesiæ, & foro Ecclesiastico, sed etiam in foro iuriis ciuilis, ut diximus cap. 2. num. 31. Hinc

21. Inferritur primum in testamentis ad pias causas sufficere duos testes, siue masculi, siue feminae sint, siue alter masculus, & alter femina: ita Baldus in testava 1. num. 9. C. de sacros. Eccles. Gulielmi de Bestiellis in cap. Rayninus, de testam. 1. part. 6. fol. 134. Romanus in repetitione Authent. similiter. C. ad leg. salicidam, num. 16. quem referri, & sequitur Alexander consil. 1. 2. num. 6. lib. 7. Crotus in tract. de testib. num. 8. Bauer. in §. testes num. 21. Institut. de testam. Iulius Clarus lib. 3. sent. 5. testamentum, quest. 6. num. 4. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. diff. 134. §. in dispositionib. ad pias causas. Couarruias in cap. cum tibi. de testam. num. 12. Quin inde existimat Molina tom. 1. de iust. tract. 2. diff. 134. §. quin cum eodem, duos testes non esse necessarios in testamentis, aut legatis ad pias causas ad solemnitatem testamentorum, quasi sine eis predicta testamenta non sine valida, sed solum ad faciendum fidem in foro externo, ut in eo pronuncientur valida, quia nusquam summi Pontifices statuerunt, quod testamentum, aut legatum ad pias causas sit nullum sine duobus testibus, quemadmodum iure ciuilis id statutum est; quare quando heredibus ab intestato constat defunctum reliquisse aliquid in causam piam, quamvis voce tantum reliquerit, neque id possit sufficienter probari per testes in foro externo, tenetur in foro interno id soluere. Eadem ratione, si testator aliquid tibi dedit occulte, ut illud post mortem suam in pias causas distraheres, vel ut tibi tamquam pauper allumeres, valida est talis dispositio in foro conscientiae, quamvis nullus sit testis, qui hoc testari possit. Habeoque hoc ultimum, verum, non solum, quando testator disponit ad pia, sed etiam ad non pia. ita Molina allegatus, que doctrina illius mihi placet.

22. Inferritur secundum, validum esse testamentum illius testatoris, qui cum non habeat heredem, quem instituere tenetur, relinquit heredem bonorum suorum animata suam, & tunc multa pia præcipit fieri, nonnullaque legata amicis consanguineis, ac famulis in eo relinquuntur fani licet aliqui Doctores.

Conimbricensis meo tempore de valore huius testamenti dubitarint, contendentque sole testamento esse inualidum ex eo fundamento, quod nullus in eo heres institutus esset, quamvis in eo executor a testatore telitus fuerit, ac nominatus; tamen plures, & sapientiores validum illud esse affirmarunt; & fundamentum illocum fuit, quia verba illa, instituo heretem animam meam, satis aperte ostendunt institutum heredem causas pias, ut quid quid de bonis suis inuenitur, totum id in operibus pias insumeretur: & huius opinionis est expresse Molina tom. 1. de iust. diff. 134. §. illud iuxta halteriu, & pro illa citari possunt omnes, qui dicunt, testamentum ad causas pias valere, & causam piam esse, quidquid relinquitur pro redemptione proprietorum peccatorum, vel aliorum fidelium defunctorum, ad promerendam gratiam, & gloriam, & in finit omnes, quod vitamus num. 18. & de hac re solum dubitare possunt illi, qui tenent animam non esse immortalem, nec egere suffragis piorum in alia vita, & in igne purgatorio: addo quod, ut docet Molina modò citatus, ad valorem testamenti conditi ad pias causas non est necessaria heredis institutio, cum haec sit introducta de iure ciuilis, neque esse necessarium seminare solemnitates solo iure ciuilis. introductas, ut docet Iulius Clarus in §. testamentum, quest. 6. num. 8. ubi tenet institutionem heredis esse solemnitatem a iure ciuilis introductam, que secundum easque diximus non attenditur ad pias causas: & pro hac opinione quae est probabilior, citat Iulius Clarus Bartolomai in t. C. de sacros. Eccles. num. 62. & Alexandrum in t. iher. extera, in principio, num. 4. ff. delitar. & postulatis, & alios, qui dicunt in testamento condito ad pias causas non requiri quod aliquid relinquatur titulo institutionis, nec ipsa institutio, ita Iulianus consil. 134. lib. 2. volum. final. Machesilanus quem respondeat, & sequitur Natura &c. illi. & ex imperfecto & int. hoc censurissima. C. de his quæ testam. fac. poss. post num. 114. vers. secunda adducit.

23. Inferritur tertio, non requiri quod testes, aut Notarius sint rogati, ita communiter Doctores, ita Romanus in epist. Aubertus similiter, Caudley Galen, Alexander consil. 134. num. 2. lib. 7. Conatus vero fil. 149. lib. 2. in litera D; Iulius Clarus tit. 5. sent. 5. §. testamentum, num. 3. §. secundo inferritur, ubi citat Bartolomai, & alios plures, quod idem tehet Reinosus obseruat. 39. num. 7. ubi citat Couarruiam, Azevedo, & Farinacium.

24. Inferritur quartum, etiam si expresse non appareat testatorem voluisse testari ad pias causas, sed impliciter dicit in suo testamento, Committo dispositiōnē Tūc omnia bona mea, vel bona mea, ipso de illis faciat, ac disponat, propter voluerit, vel ut ego facerem; quidquid enim ille egerit, ratum habebit; sustinendum esse tale testamentum favore piae causæ, quia per haec verba, aut similia non potest Tatius disponere de predictis bonis, nisi ad pias tantum causas, & ita presumendum est, quod ipse faceret, si viueret, & perinde valet hic modus testandi, ac si testator testatus fuisset expresse ad pia: ita deducitur exceptum tibi. de testam. & docet Abbas ibi, num. 4. quem refert, & sequitur Corneus consil. 136. litera D. lib. 1. & consil. 132. in litera C. lib. 4. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, num. 6. Et vero notabis per huiusmodi verba censeri institutum heredem illum, in cuius dispositione ipsa ultima voluntas committitur, & intelligitur generaliter, ut ipsa bona distribuat in pia, iuxta Innocentium in predicto cap. cum tibi. de testam. Iulium Claram allegatum. Imola ibi post num. 14. utrisque sed alio.

aliij. Et iuxta hanc doctrinam, cum essem Conimbrice, mortuus est quidam vir ditissimus, qui in in suo testamento multam summam milleorum aureorum reliquit cuidam fratri suo, & addidit in testamento suo, de reliquo mihi tot Missarum sacrificia dicantur, & talia ac talia opera pia pro anima mea fiant; & si quid adhuc superfuerit, de illo faciant testamentarij mei, quod illis visum fuerit, ut ego facerem, & post multam summam expensam in Missis, & operibus piis, & post factum ad unguem, quod ipse expressit; frater illius petebat id, quod super fuerat, allegabatque causas, & maximè illam, quia testamentarij defuncti sui fratris id tuta conscientia poterant efficere, iuxta illa verba testamenti ipsius defuncti, & si quid adhuc superfuerit, de illo faciant testamentarij mei, quod illis visum fuerit, ut ego facerem. Cum, inquam, essem Conimbrice hac de re interrogatus, consului non posse in conscientia predictos testamentarios id facere, iuxta doctrinam hic traditam, quod valde placuit, & ita, ut ego consului, factum est, quamuis ipsi testamentarij Doctores alioqui, & viri sapientissimi inclinati iam omnino essent ad preces fratris ipsius defuncti. Et similiter iuxta hanc doctrinam, si amicus moriens dicat amico suo: Amice hic manent omnia mea bona, de illis fac quod ego facerem, non potest ea sibi retinere, sed omnia sunt in opera pia expendenda pro illius anima, quia præsumendum est hanc fuisse illius voluntatem, & ita memini me legisse apud Perez de Lara de anniversarijs, & capellis, quem modò non habeo, nec potui inuenire.

25. Infertur quinto, quod quando testator, aut codicillator disposuit aliqua in testamento, aut codicillo suo in opera pia, & habebat alia disponenda, & interim morte præuentus non potuit amplius disponere, validam esse prædictam dispositionem ad pia. Nam licet in hoc punto duæ repertantur opiniones,

Prima, quæ negat eam dispositionem esse validam quoad ipsa pia, & hanc teneat Iulius Clarus §. Testamentum. quest. 2. num. 4. Antonius Gomez ad 1. 3. Tauri. num. 18. & 106. Boëtius decis. 93. post num. 10. & decis. 140. num. 5. Couartuicias in cap. relation 1. num. 9. & videtur tenere Gama decis. 221. Decius conf. 159. & conf. 488. num. 1. Matthæus de Afflictis decis. 143. vbi dicit ita indicatum fuisse in Senatu Nespoltano. Omnes ex eo fundamento, quod voluntas testatoris non fuit perfecta, plura enim habebat, de quibus testari volebat, nisi morte præuenitetur, & voluntas testatoris non potest esse manca, maximè, quia testamentum est ultima & perfecta voluntas, & in hoc consistit substantia, & tota essentia illius, ut paret ex illius definitione in cap. 1. huius libri num. 1. & 2. posita; & sic non solum ex defectu solemnitatis, sed etiam voluntatis tale testamentum fuit inualidum, & imperfectum, ut latè prosequitur Paulus conf. 365. Corneus consil. 118. col. 3. vers. nec obstat, volum. 3. Guido Papæ cons. 55. num. 3. Iason conf. 155. volum. 4. n. 5. & 6. vbi dicit hanc opinionem esse communissimam, & ab ea nullo modo esse recedendum, neque in iudicando, neque in consulendo, quam etiam tenet Menochius conf. 45. num. 22. lib. 1. & Reinosus observes. 48. num. 10.

26. Secunda tamen sententia, quam sequimur, docet esse validam quoad pia tantum, ut diximus cap. 2. num. 26. & eam docent Bartol. in l. in testamento ff. de fideicommissis. Panormitanus, & alij, quos Couartuicias pro prima inductus citat, sed non sequitur. Molina tom. 1. de iust. disp. 134. vers. penultim.

incipit, utrum vero. Decius conf. 159. post num. 3. vers. quart. & ultim. Fundamentum est, quia stando in solo iure naturali, seu gentium, seclusa juris ciuilis dispositione, valida sunt illa, quæ erant iam disposita quoad causas pias, utpote iam perfecta, & disposita, non obstante, quod testator multa ha- buerit adhuc disponenda, & quod posset illa reuocare, vel mutare, vel in progressu testamenti, vel postquam illud haberet absolutum. Cum igitur, ut dispositio ad pias causas sit valida, id solu[m] sufficiat, quod sufficit stando in solo iure naturali, con- sequens est, ut valida sit, & ex hoc fundamento soluitur fundamentum iactum pro prima sen- tentia.

27. Inferrur quinto, licet ultima dispositio captato- ria, id est, illa, quæ refertur in alterius voluntatem, illique committitur, regulariter loquendo, non valeat, ut docet Iulius Clarus in §. testamentum, quest. 6. num. 5. vers. quartio infertur, & Molin. tom. 1. de iust. disp. 156. Valet tamen si sit ad pias causas, ut ait idem Iulius Clarus, & Molin. disp. 134. §. licet ultima. Panormitanus in cap. relatum 1. num. 6. vbi etiam ait (& bene) legata ad pias causas deberi ante aditam hereditatem, quia quæ in co[n]tractum iure ciuili sunt sancta, locum non habent in cau- sis piis, nisi dependenter ab approbatione summi Pontificis.

*De legatis relictis ad pias causas in testamentis minus solemnibus,  
& de iure ciuili nullis.*

Age vero veniamus ad legata pia, facta in testa- mentis minus solemnibus, & de iure ciuili nullis. Et in primis inquirimus, utrum legata non pia re- licta in testamento pro ad pias causas facta, valeant in foro conscientie, ita ut obligent illum, qui ab intestato succellicrus erat in bonis defuncti legan- tis? Et hac de re partita est opinio.

Prima affirmat, eam docet Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum. quest. 6. num. 9. Salicetus in Authen- tica Cassa. C. de sacros. Eccles. num. 7. Crotus in repet. legis, re coniunct. num. 160. ff. de legat. 3. Guilielm. de Benedictis in 1. part. repet. cap. Raynaldus, fol. 159. num. 69. Iason in l. hac consultissima, §. ex imperfetto, num. 10. C. de testam. Curtius junior in dict. §. n. 18. qui omnes assertunt communissimam esse hanc sen- tentiam, quod idem tenet Couartuicias in cap. re- latum 1. de testam. num. 2. & Costa in cap. si pater, de testam. part. 1. verb. in suo testamento, num. 8. Funda- mentum illorum est, priu[m], quia testamentum ipsum est validum; ergo valida sunt etiam legata licita in eo relictæ, quia accessoriū sequitur prin- cipale, cap. inter dilectos, de fide instrum. in fine, cap. post appellationem 2. quest. 61. §. si quis ex plurib. hic autem testamentum est principale, legata sunt ac- cessoria. Secundò, quia legata sunt partes testamen- ti: ergo si validum est testamentum, validæ quoque erunt omnes partes illius 29. 30. 31. 32. 33.

Secunda negat, eam tenent idem Iulius Clarus dict. lib. 3. §. testamentum, quest. 5. num. 9. vers. unum tanen, nec tamen sibi est contrarius, quia in priori loco postquam probauit primam opinionem, sta- tim addidit. Sed hac conclusio huius argumenti nun- quam mihi placuit, in eaenim de facilis parata erit via fraudi, & falsitati. docent etiam, ac tenent Baldus in l. senium, in fine. C. de testamentis. Iason in dict. §. ex imperfetto, post numerum 10. vers. 2. pro ista. Guilielmus de Benedict. 1. part. repet. capit. Ray- naldus.

men sufficiat non posse aliter conuerti in aliud opus pium, quam antecedente autoritate summi Pontificis, affirmant prefati Doctores, Bartolus, Panormitanus, & Molina.

38. Idem dicendum est, quando legatum pium pro anima sua est certum, incertum tamen est, cui loco, aut operi pio sit relatum, neque enim tunc cedat legatum, aut redditur nullum; sed applicandum est arbitrio Episcopi, executotumque alteri pio operi, & loco, ut patet ex Molina dicto tom. I. de inst. disp. 197. in fine. & 249. §. quando aliquid, ad finem etiam.

39. Similiter, si testator relinquat ducentos aureos, ut distribuantur pauperibus pro male ablatis, & solum reperiantur centum fuisse ab eo male ablata, alia centum non cedunt heredi illius, sed insumenta sunt in aliquo opere pio, quia presumendus est testator in omnibus grauata habere conscientiam, & hanc fuisse illius mentem pro exoneranda sua conscientia. ita Panormitanus in cap. tua nobis, de testam. num. 9. cum Baldo, & aliis, quos ibi citat. Molina dicta disp. 249. §. dubium est si testator. num. 1.

40. Quamvis autem hoc verum sit, tamen si testator in suo testamento dicat, ducenta, quae in libro rationum competiuntur, me debere, restituantur illis, quibus me illa debere comparuerit; & ex libro rationum constet liquidum centum solummodo illum debere, plane tunc moralis certitudo est, testatorem fuisse oblitum, vel deceptum, proindeque incrementum cedet heredibus illius, quia in dubiis solum, an testator debeat incrementum illud, insumentum erit in operibus pios; si vero non sit dubium, sed certum, non plura debere, tunc incrementum cedet heredibus. ita Molina dicto disp. 249. §. dubium est. n. 10. ad finem.

41. Si vero ex verbis legatoris, vel conjecturis constet, vel appareat legatum a se relatum alicui pueri tanquam opus pium in bonum ipsius pueri primi, & per se fuisse relatum, vel ut illa statum habeat competentem ad genus suum, vel in remedium vitae, quod apparebit, vel ex quantitate legati, si sufficiens sit ad accipendum vitae statum competentem cum illo: tunc quidem, cum in bonum, & ob fauorem duntaxat pueri legatum illud ei reliatum fuerit, cedit heredibus pueri, quanvis testator illud ei reliquerit tanquam opus pium, & quanvis expressè cauet, ut illud ei non tradatur ante nuptias, aut ante monasterij ingressum, ne illud in aliis rebus absumeret: eo enim ipso, quod ex conjecturis apparet illud ei reliquise testatorem in bonum, & fauorem illius, statim ac ille discessit, pueri comparauit ius ad praedictum legatum plenum, & absolutum, liberumque ab omni onere, & conditione, rametsi ex testatoris iussu in alterius manu usque ad tempus nuptiarum, vel ingressus Religionis iussit afferuari, tanquam in deposito, quia adhuc transmittit illud pueri ad suos heredes: ita expressè docet Molina tom. I. de instit. disp. 249. §. dubium est. num. 2. post medium. quasi iisdem ipsis verbis, quibus hic vis sumus. Confirmatur haec doctrina, quia ille, cui relatum est aliquod legatum, sub ea conditione, vel modo, ut sibi, vel si sibi emat vestem, vel agrum, ex quo alatur, non perdit illud, non emendo vestem, vel agrum, & si moriatur ante traditionem illius, transmittit illud ad heredes suos, quibus dandum erit, ita docet Bonacina tom. 2. de contractibus, disp. 3. quest. 1. part. 4. propos. 2. Antonius Gomez tom. I. variar. cap. 12. n. 73. ex Bartolo, & Albertico ad l. Tito 100. ff. de condit. & demonstrat. quia presumit ius, illi

reliquise testatorem hoc legatum ex speciali amore, & in bonum ipsius, tanquam eleemosynam, patet hoc expressè, meo iudicio, ex decisione Vlpiani Iurisconsulti in l. 1. ff. de donat. vbi decidit, si Titio relinquantur decem, ut emat Stichum seruum, non amittere Titum illa decem, si Stichus iam mortuus sit, aut liber, & emi non possit, quia presumit ius in bonum ipsius Titij ex speciali amore, & in fauorem illius, illa decem illi fuisse a testatore legata: & patet ex verbis ipsius legis, ibi, Si vero alias quoque donaturum Titio decem, dixerim, causa magis donationis, quam conditionis danda pecunie assimari debet. & sic legatum ad Titij heredes pertinet in eo casu, non ad heredes testatoris.

Hoc roboratur magis ex doctrina, fundamentis & Doctoribus, quos tradidimus lib. I. de contractibus in genere. cap. 8. a num. 16. §. dubium est. Vbi probauimus legatum relatum Berihæ consanguineæ nobili, & pauperi, ut Monialis sit, non amitti, nec perdi ab illa, si nubat competenter ad genus suum de consilio parentelæ cognitionis sue, & cedere illud heredibus illius, si ipsa moriatur, antequam sibi tradatur; quod dubium omnino videbis, multum quippe illius resolutio conducit ad resolutionem presentis casus.

Si autem ex verbis testatoris perspicuum sit, illum voluisse, ut legatum non cedat legatariæ, nisi impleat modum, & conditionem, sub qua ei relinquitur, veluti si in testamento testator dicat, & alter non obtineat legatum; tunc quidem non obtinebit illud, nec ceder heredibus illius, nisi impleto modo, & conditione, sed ad heredes testatoris pertinebit.

42.

## CAPUT IV.

De executione testamentorum, ad quem iudicem pertinet, & quid si testamentum sit Clerici, aut Episcopi, & de obligatione testamentarij.

1 Cognitio cause circa solutionem pierum legatum, si heredes illa soluere recusent, est mixta fori, & ad utrumque iudicem pertinet.

2 Executio, & compulso executionis testamentorum etiam ad pias causas, est mixta fori.

3 In hoc Regno Lusitanie de consensu Regis, & Prelatorum executio testamentorum ad pia, & non pia, ad utrumque iudicem pertinet, & datur locus praeventionis, & integer annus, & dies ad testamentum implendum.

4 Publicatio testamentorum, coram quo iudice facienda sit, siue testamentum sit laici, in quo Clericum heredem instituat siue Clerici, in quo instituat laicum, & n. 5. & 6.

7 Executores testamentorum, & heredes, ubi primum minus acceptant, tenentur sub mortali, si commode possunt ante annum, & diem sub gravi culpa testamenta exequi.

Et ad iudices eos cogere possunt penit. ibid.

8 Quid si defunctus in testamento præcipiat, ut in executione sui testamenti Episcopus, aut index Ecclesiasticus se non introrimit.

Si testator non nominavit executorem sui testamenti, ad Episcopum pertinet executio illius. ibid.

9 Quid

men sufficiat non posse aliter conuerti in aliud opus pium, quam antecedente autoritate summi Pontificis, affirmant prefati Doctores, Bartolus, Panormitanus, & Molina.

38. Idem dicendum est, quando legatum pium pro anima sua est certum, incertum tamen est, cui loco, aut operi pio sit relatum, neque enim tunc cedat legatum, aut redditur nullum; sed applicandum est arbitrio Episcopi, executotumque alteri pio operi, & loco, ut patet ex Molina dicto tom. I. de inst. disp. 197. in fine. & 249. §. quando aliquid, ad finem etiam.

39. Similiter, si testator relinquat ducentos aureos, ut distribuantur pauperibus pro male ablatis, & solum reperiantur centum fuisse ab eo male ablata, alia centum non cedunt heredi illius, sed insumenta sunt in aliquo opere pio, quia presumendus est testator in omnibus grauata habere conscientiam, & hanc fuisse illius mentem pro exoneranda sua conscientia. ita Panormitanus in cap. tua nobis, de testam. num. 9. cum Baldo, & aliis, quos ibi citat. Molina dicta disp. 249. §. dubium est si testator. num. 1.

40. Quamvis autem hoc verum sit, tamen si testator in suo testamento dicat, ducenta, quae in libro rationum competiuntur, me debere, restituantur illis, quibus me illa debere comparuerit; & ex libro rationum constet liquidum centum solummodo illum debere, plane tunc moralis certitudo est, testatorem fuisse oblitum, vel deceptum, proindeque incrementum cedet heredibus illius, quia in dubiis solum, an testator debeat incrementum illud, insumentum erit in operibus pios; si vero non sit dubium, sed certum, non plura debere, tunc incrementum cedet heredibus. ita Molina dicto disp. 249. §. dubium est. n. 10. ad finem.

41. Si vero ex verbis legatoris, vel conjecturis constet, vel appareat legatum a se relatum alicui pueri tanquam opus pium in bonum ipsius pueri primi, & per se fuisse relatum, vel ut illa statum habeat competentem ad genus suum, vel in remedium vitae, quod apparebit, vel ex quantitate legati, si sufficiens sit ad accipendum vitae statum competentem cum illo: tunc quidem, cum in bonum, & ob fauorem duntaxat pueri legatum illud ei reliatum fuerit, cedit heredibus pueri, quanvis testator illud ei reliquerit tanquam opus pium, & quanvis expressè cauet, ut illud ei non tradatur ante nuptias, aut ante monasterij ingressum, ne illud in aliis rebus absumeret: eo enim ipso, quod ex conjecturis apparet illud ei reliquise testatorem in bonum, & fauorem illius, statim ac ille discessit, pueri comparauit ius ad praedictum legatum plenum, & absolutum, liberumque ab omni onere, & conditione, rametsi ex testatoris iussu in alterius manu usque ad tempus nuptiarum, vel ingressus Religionis iussit afferuari, tanquam in deposito, quia adhuc transmittit illud pueri ad suos heredes: ita expressè docet Molina tom. I. de instit. disp. 249. §. dubium est. num. 2. post medium. quasi iisdem ipsis verbis, quibus hic vis sumus. Confirmatur haec doctrina, quia ille, cui relatum est aliquod legatum, sub ea conditione, vel modo, ut sibi, vel si sibi emat vestem, vel agrum, ex quo alatur, non perdit illud, non emendo vestem, vel agrum, & si moriatur ante traditionem illius, transmittit illud ad heredes suos, quibus dandum erit, ita docet Bonacina tom. 2. de contractibus, disp. 3. quest. 1. part. 4. propos. 2. Antonius Gomez tom. I. variar. cap. 12. n. 73. ex Bartolo, & Albertico ad l. Tito 100. ff. de condit. & demonstrat. quia presumit ius, illi

reliquise testatorem hoc legatum ex speciali amore, & in bonum ipsius, tanquam eleemosynam, patet hoc expressè, meo iudicio, ex decisione Vlpiani Iurisconsulti in l. 1. ff. de donat. vbi decidit, si Titio relinquantur decem, ut emat Stichum seruum, non amittere Titum illa decem, si Stichus iam mortuus sit, aut liber, & emi non possit, quia presumit ius in bonum ipsius Titij ex speciali amore, & in fauorem illius, illa decem illi fuisse a testatore legata: & patet ex verbis ipsius legis, ibi, Si vero alias quoque donaturum Titio decem, dixerim, causa magis donationis, quam conditionis danda pecunie assimari debet. & sic legatum ad Titij heredes pertinet in eo casu, non ad heredes testatoris.

Hoc roboratur magis ex doctrina, fundamentis & Doctoribus, quos tradidimus lib. I. de contractibus in genere. cap. 8. a num. 16. §. dubium est. Vbi probauimus legatum relatum Berihæ consanguineæ nobili, & pauperi, ut Monialis sit, non amitti, nec perdi ab illa, si nubat competenter ad genus suum de consilio parentelæ cognitionis sue, & cedere illud heredibus illius, si ipsa moriatur, antequam sibi tradatur; quod dubium omnino videbis, multum quippe illius resolutio conducit ad resolutionem presentis casus.

Si autem ex verbis testatoris perspicuum sit, illum voluisse, ut legatum non cedat legatariæ, nisi impleat modum, & conditionem, sub qua ei relinquitur, veluti si in testamento testator dicat, & alter non obtineat legatum; tunc quidem non obtinebit illud, nec ceder heredibus illius, nisi impleto modo, & conditione, sed ad heredes testatoris pertinebit.

42.

## CAPUT IV.

De executione testamentorum, ad quem iudicem pertinet, & quid si testamentum sit Clerici, aut Episcopi, & de obligatione testamentarij.

1 Cognitio cause circa solutionem pierum legatum, si heredes illa soluere recusent, est mixta fori, & ad utrumque iudicem pertinet.

2 Executio, & compulso executionis testamentorum etiam ad pias causas, est mixta fori.

3 In hoc Regno Lusitanie de consensu Regis, & Prelatorum executio testamentorum ad pia, & non pia, ad utrumque iudicem pertinet, & datur locus praeventionis, & integer annus, & dies ad testamentum implendum.

4 Publicatio testamentorum, coram quo iudice facienda sit, siue testamentum sit laici, in quo Clericum heredem instituit siue Clerici, in quo instituit laicum, & n. 5. & 6.

7 Executores testamentorum, & heredes, ubi primum minus acceptant, tenentur sub mortali, si commode possunt ante annum, & diem sub gravi culpa testamenta exequi.

Et ad iudices eos cogere possunt penit. ibid.

8 Quid si defunctus in testamento præcipiat, ut in executione sui testamenti Episcopus, aut index Ecclesiasticus se non introrimit.

Si testator non nominavit executorem sui testamenti, ad Episcopum pertinet executio illius. ibid.

9 Quid

## 540 De translat dominij per vlt.volunt.

- 9 Quid si in testamento suo vetet, ne ratiocinia exigitur ab executore à se designato.
- 10 Quomodo intelligatur ius, cum præcipit, ut tempulum, aut monasterium, quod testator iubet adificari, fiat intra quinque annos post mortem defuncti.
- 11 An quando testator iubet in testamento, ut certa famina eligantur ad nuptias, aut pauperes ad eleemosynas, aut locum ad adficandam capellam, & id intra annum non sit, eo ipso ea electio ad Episcopum deuoluatur.
- 12 Quando testator non assignauit tempus, in quo legata sua exequantur, si fuerint pia, de iure intra sex menses exequi debent, a die publicationis testamenti.  
Sub qua pœna id fieri debeat, & an ijs elapsis executione ad Episcopum deuoluatur. ibid.
- 13 Quando heredes, aut executores testatorum negligentes sunt in exequenda defunctorum voluntate, & dispositione, ad quemlibet de populo spectat monere Episcopum, ut prouideat.
- 14 Ad quem iudicem pertineat facere inuentarium in Lusitania bonorum Episcoporum, quando moriuntur: & quid de inuentariis bonorum clericorum. Refertur prima opimo afferens ad iudicem secularem.
- 15 Ad Reges, & ministros illius pertinet defendere bona suorum vasallorum.
- 16 Sub protectione Regum sunt omnes Ecclesia viviatae pastoribus.
- 17 Reges Lusitanie solent expedire rescripta, & præsiones, ut iudices seculares cognoscant de salarys debitie famulis Episcoporum defunctorum.
- 18 Preferitur secunda sententia, docens inuentaria bonorum Episcoporum defunctorum pertinere ad iudices Ecclesiasticos.
- Bona clericorum sunt exempta. ibid.
- 19 Personæ clericorum sunt exemptæ, & bona sequuntur personæ.
- 20 Tributum impositum à Rege super bona suorum vasallorum non intelligitur possum super bona clericorum.
- 21 An clerici heredes laicorum teneantur solvere tributum, aut collectam de bonis, que ex laicis hereditarunt, quemadmodum laici soluebant. à num. 21. usque ad 26.
- Quid si ea collecta sit certa, & invariabilis. ibid.
- Solvuntur alia dubia. ibid.

**x.** **C**ontra pictum legatorum, quando heredes illa recusant solvere, & sunt seculares, sunt mixti fori. Et ratio est, quia rei, ordinati loquendo, in suo foro conueniri debent. Vnde si heredes sunt seculares, cum rei in hoc negotio sint, coram iudice seculari conueniri debent pro solutione illorum. patet ex cap. relatum 1. de testam. quod loquitur de iudicibus seculatis. Velletensis, & ex cap. 3. cap. si heredes, cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam quia verò in solutione prædictorum legatorum pictum, agitur etiam de re, quæ respicit supernaturalem finem, & de exoneratione conscientiæ heredum, cuius iudicium ad Ecclesiam spectat, peti etiam possunt prædicta legata coram iudice Ecclesiastico. ita docet Molina. tom. 1. de ius. diff. 134. §. obseruat Panormitanus, & diff. 250. initio, ubi multos citat, docet Panormitanus in cap. relatum 1. de testam. à num. 7. Couartuias de testam. in cap. cum tibi, num. 12. Gutierrez lib. 2. canonica. quest. 48. num. 2.

Executio, & compulsionis obseruationis testatorum, etiamsi dispositiones illorum sint ad pias causas, mixti etiam fori est. constat ex l. hereditas, ff. de pet. hered. & ex Authent. de Eccles. titul. §. si quis adification. quibus in locis, sive testamenta sint laicorum, sive Ecclesiasticorum, & sine testentur ad pia, sive ad non pia, prædicta executione, & compulsionis iudicibus Ecclesiasticis, & seculatis promiscue committitur, quo sit, vt res hæc mixti fori sit, & locus præventioni detur; ita vt ad eum iudicem ea cura pertineat, qui primus ea de re agnoscere incepit. ita aiunt nostræ ordinat. in veteribus, lib. 2. tit. 35. §. 4. Constatque in hoc Regno Lusitanie hanc esse visitatissimam consuetudinem ex constitutionibus omnium Episcopatuum, & Archiepiscopatuum. docet Molina tom. 1. de inst. diff. 200. initio ad finem, & de Regno Castellæ ita docet Gregorius Lopez ad l. 7. tit. 10 part. 6. Panormitanus in cap. si heres, de testam. num. 5. Couart. ibid. num. 1. & alij communiter.

Imo in hoc Regno Lusitanie ad dissensiones visitandas de consensu Regum, & Prelatorum,

Statutum est primò, vt sit locus præventioni; deinde, vt detur annus, & mensis testamentariis, & executoribus testatorum ad exequenda prædicta testamenta, intra quod temporis spatium nullus index vexare, aut obligare possit prædictos heredes, aut testamentarios ad executionem illorum: et si à Principe ex causa illis hoc tempus fueti prorogatum, (quod raro contingit, sunt enim difficiles obtenui huiusmodi prorogationes) citatio facta super ea re à quolibet indice, sive Ecclesiastico, sive seculari, sit nullius protinus momenti, etiam ad effectum, vt ratione illius prævenia in iudicio dicatur, eaque de causa possit elapsi tempore prædicta iudicatio iterum præveniri.

Statutum est secundò, vt si testamentarij, & executores testatorum velint intra annum, & mensem reddere rationem, eo quod iam testamenta executioni mandauerint, teneantur eam reddere coram utroque iudice Ecclesiastico, & seculari simul, & vt aliter redditia sit omnino nulla.

Statutum fuit tertio, vt quando apud virumque iudicem ratio redditur, instrumentum indicis, quo pronuntiantur testamentarij, vel heredes obligationi sua iam satisfecisse, alternativam fiat, ita vt unius testamenti instrumentum fiat à tabellione iudicis Ecclesiastici, alterius à tabellione secularis. hæc habentur lib. 2. Ordinat. Lusitan. in veteribus. §. 6. in nouis nihil innominatum est; & in utrisque additur, vt si executores testamentariorum peracto anno, & mense ad executionem concessio, se absconderint, & in domibus suis non fuerint reperti, dum à ministris publicis queruntur, vt ad iudicium vocentur, valida sit citatio facta coram vxoribus, familiaribus, aut viciniis illorum.

Et vero circa publicationem testatorum, inquires coram quo iudice de iure publicari testamenta debeantur? Cui dubio respondebis sic. Si testamentum fuerit hominis laici, in quo clericus aliquis, vel Ecclesiastica persona constituta est heres, sunt duas opiniones.

Prima docet, publicationem fieri debere, vel coram iudice Ecclesiastico, vel laico, quia ea publicatio mixti etiam fori est in ea circumstantia. ita Couartuias praticar. quest. cap. 8. num. 1. Soares de Pace in præl. tom. 2. prelud. 2. num. 14. Perez tit. 2. lib. 5. ordinament. pag. 142. in fine. Redeticus question. regular. tom. 2. quest. 62. art. 12. Gutierrez lib. 1. canonica. quest. 82. tom. 1. num. 1. & quest. 48. num. 2. Fundamentum esse potest, quia cum hæres

fit

5. sit Ecclesiasticus, & personæ Ecclesiastice sint exemptæ à foro sacerdotali, & bona illatum, inde est, quod talis publicatio ad iudicem Ecclesiasticum pertineat. Deinde vero, cùm testamentum sit hominis laici, & bona, de quibus disponit, sint sua, & similiter laica: & Ecclesiastica persona nondum acceptatam habeat talem hereditatem, videretur talis publicatio facienda coram iudice laico; & ideo ne sedatio inter utrumque iudicem oratur, illius erit ea publicatio, qui primus praeventus fuerit, & consequenter mixti fori.

Secunda sententia docet, talem publicationem ad iudicem laicum tantum priuatiue pertinere, & coram illo faciendam esse, quia est testamentum hominis laici, & bonum laicorum, ac proinde tota dispositio est laica, & ad iudicem laicum pertinet scire, an in eo testamento seruare fuerint solemnitates, quas ius ciuile prescribit, quarum una est, ut publicatio testamenti laicorum hominum coram iudice competenti fiat: iudex laicus, cùm bona sint laicalia, & persona testans laica, & heres Ecclesiasticus nondum acceptauerit talem hereditatem. haec opinio videtur probabilior, & illam docet Molina tom. I. de iustitia, disput. 150. §. Couarruias. num. 3. confirmatur ex l. consulta. C. de testament. & ex l. cùm ab initio, ff. quemadmodum testamenta aperiantur. & ex illius fundamento corrigit fundamentum primæ.

6. Si vero testamentum publicandum fuerit Clerici, vel laici, sed conditum ad pias causas, illius publicatione facienda erit coram utroque iudice, & mixti fori erit, iuxta Molinam allegatum. Illustrissimus tamen Hispaniarum Primas 1. part. Decreti in cap. Episcopus c. dist. 88. pag. 766. num. 1. ait publicationem testamenti Clerici, vel pietatis causa facti coram iudice Ecclesiastico esse faciendam, & ita tenet etiam Gutierrez practicarum lib. 2. q. 98. num. 1.

7. Executores testamentorum, & heredes, vbi primi munus acceptarunt, tenentur in conscientia sub gravi culpa letali, quā primum potuerint, ante annum, & mensem, iuxta concordiam, de qua diximus num. 3. imò, & ante sex menses, si legata fuerint pia, de quibus statim dicimus, quos ei ius commune concedit ad pia legata exequenda, si nulla fuerit causa differendi, testamenta executioni mandare, & voluntatem defunctorum statim implere, & ad id eos cogere poterunt iudices censoris Ecclesiastici, si Ecclesiastici fuerint, vel aliis pecuniaiis conuenientibus, si fuerint sacerdotes, quibus etiam uti poterunt iudices Ecclesiastici, ut colligitur ex cap. si heres, de testament. & probat lex, cum res, ff. de legat. 1. que statuit, si res legata propria etat testatoris, & heres copiam illius habet, teneri illum statim absque ultra mora soluere, & lex, si domus, §. in pecunia, ff. eodem tit. que iubet, pecuniam legatam breuissime solvi. idem probat lex 6. tit. 10. part. 6. & ratio est, quia predictum tempus anni, & mensis, de quo agit concordata inter iudices Ecclesiasticos, & sacerdotes, & sex mensium, quos concedit ius commune ad exequenda legata pia, non conceditur ad tollendam obligationem solvendi, & exequendi defuncti voluntatem intra illud tempus sine iusta causa, sed ne ultra illud tempus differatur, ita docet Molina tom. I. de iustitia, disput. 2. c. 1. §. dubium item est. pag. 154. column. 1. Sylvestris verb. Testamentum 2. quest. 9. vbi egregie notat hoc peccatum esse contra iustitiam respectu eorum, quibus legata debentur, quia iniuste priuazunt viu retum ratione legati ipsi debi-

Fayundez de Iustitia, &c.

tarum, respectu vero defuncti, esse peccatum contra charitatem, quatenus non implet illius voluntatem, & animam illius in igne Purgatorio detinet, quod idem docet etiam Molina modò citatus.

Quando vero testator in suo testamento nullum nominauit executorem illius, executio testamenti pertinet ad heredem a testatore institutum; in defectu vero illius, pertinet de iure communi ad Episcopum, constat ex l. nulli. vers. sin autem. infra. tit. 1. & idem dicendum est, quando is, quem testator heredem simul, & executorem designauit, negligens est, & piam eius voluntatem non excusat, tunc enim etiam ad Episcopum pertinet, eam executioni mandare. ita Authentic. de Ecclesiast. titul. §. sin autem qui hoc. collat. 9. cap. 3. vers. quod infra, extra de testament. & cap. finali. eodem tit. lib. 6. Clementina 1. eodem. Patilus conf. 26. num. 2. volum. 4. Illustrissimus Cunha Hispaniarum Primas in 1. part. Decreti, dist. 88. cap. 5. n. 2. & vero non solum legata pia potest Episcopus tunc executioni mandare, sed etiam non pia, ut tradid idem Primas, & Couarruias, quem refert Cenedo in sua præf. lib. 1. quest. 14. num. 2. & quest. 3. 1. num. 5. & alij quos sequitur Barbosa de officio & potestate Episcopi. allegat. 82. num. 5. Et ratio est, quia concernit id finem supernaturalem salutis animæ testatoris, & executoris, & exonerationem conscientiæ ipsius executoris, & ideo potest illum Episcopus ad hanc executionem, & obligationem defuncti explendam directè ex officio obligare: proprium enim officium Episcoporum est inuigilare, ne oves propriae conscientias suas onerent peccatis, iuxta illud 1. Petri 2. Eratis sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad Episcopum animarum vestiarum; & illud Pauli ad Hebreos 13. Ipsa enim peruvigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.

Quod adeò verum est, vt si testator præcipiat, vt executio sui testamenti ad Episcopum non devoluatur in simili casu, ad eum nihilominus devoluetur si executor testamentarius negligens fecerit, nisi testator de alio executore sibi in eo eventu prouideat; nec solum ad Episcopos, sed ad iudices etiam sacerdotes hoc pertinet, iuxta superius dicta. Ratio est, quoniam à iure in eo eventu hoc illi conceditur. ita Couarruias in cap. tua nobis, de testament. num. 6. & Panormitanus ibidem, eodem num. 6. Sylvestris verb. Testamentum 2. question. 8. Molina tom. I. de iustitia, disput. 2. c. 1. §. dubium preterea est. Aegid. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. 6. part. §. 1. num. 25. Illustrissimus Cunha Hispaniarum Primas 1. part. Decreti. dist. 88 ad cap. 5. num. 3. & dicimus infra cap. 6 num. 8. Fundamentum est, quia illud à iure in eo eventu illi conceditur, nec potest testator per particularem suam dispositionem tollere dispositionem publicam iutis publici, voluntas enim particularis hominis non praevalit contra ius commune, & voluntatem Principis condentis ius in bonum publicum.

Et si forte testator in suo testamento, rationem exigi ab executore a se designato, vetet, param id refert, adhuc enim ab illo exigenda est, & tenebitur ille eam reddere. ita disponit in Authentic. de Eccles. titul. §. si autem pro redemptione. & in Authentic. licet. C. de Episcop. & cleric. & in cap. tua nobis, de testament. consentiunt glossa, Panormitanus, & Couarruias in cap. sua nobis, de testament. utrumque num. 6. Sylvestris verb. restitutio 2. quest. 8. pronunc. 5. Molina tom. I. de iustitia, disput. 2. c. 1. §. dubium deinde est. Funda-

Zz mentum

## 542 De translat. dominij per vlt. volunt.

mentum est id, quod in §. antecedenti num. 8. testigimus, quia exigere hanc iuridicam rationem, officium est publicæ potestatis ob Reipublicæ commune bonum introductum, quod testator eti velit, impedit non potest, maximè cum huiusmodi impedimentum occasionem præbeat non exiguum peccandi.

**10.** Præcipit ius in *Authentic. de Eccles. titul. 5.* si quis ad ædificationem, ut quando testator iubet in suo testamento, templum, aut Ecclesiam ædificari, teneantur executores illam ædificare intra quinque annos. Nonnulli sibi persuadent hoc ius antiquarum esse in cap. 3. de testam. in quo statuitur, teneri executores extruere monasterium intra annum à die eis intimatae admonitionis ab Episcopo; & maiori cum ratione teneri intra idem tempus Ecclesiam ædificare, quæ facilius, quam monasterium construi potest. At Panormitanus in cap. 3. de testam. num. 9. Couarruias ibi num. 6. & Molina tom. 1. de iustit. disputation. 251. §. in *Authentic.* pag. 1542. colom. 1. initio, melius affirman, cap. illud 3. intelligendum esse, quoad ædificij inchoationem, non quoad absolutionem illius, nisi commode intra annum possit absolu; quia absolutione cuiusque ædificij iussi à testatore in testamento ædificari arbitrio iudicis attenta qualitate, & magnificentia operis, inspectisque aliis circumstantiis, committenda est, quod ipsum minuit Authenticum allegatum, dum in eo additur, si hospitale intra annum perfici non possit, teneri executores emere, vel locare domum, in qua iurem exerceant opera charitatis iussa fieri in testamento à testatore.

**11.** Si tamen testator relinquit aliquem, non quidem testamentarium, aut executorem sui testamenti, sed electorem pauperum, inter quos aliquæ eleemosynæ distribuendæ sunt, aut puellarum, vel orphanorum, vt nuptiis tradantur, aut loci, vel Ecclesie, in quo capella aliqua sit ædificanda, & intra annum, aut sex menses, non eligat, dubitant aliqui, vtrum eo tempore claps, ius eligendi eo ipso devoluatur, ac transeat ad Episcopum? Bartolus, & Panormitanus in cap. 3. de testam. num. 12. negant. Ratio illorum est, quia in eo casu, non est executor testamenti, sed elector, intra autem solùm loquuntur de executoribus, & sunt penalis, quia eos officio priuant, si intra tempus lege præscriptum voluntatem defuncti non expleuerint. Affirmant. &c rectius, Molina tom. 1. de iustit. disputation. 251. §. postremum dubium. Sylvester verb. testamentum 1. quest. 8. pronunc. 1. Couarruias in cap. 1. citato, num. 5. & est communis Doctorum sententia. Fundamentum est, quia in eo eventu electio coincidit cum executione, & munus electoris cum munere executoris, cum in eo eventu electio, sit quasi pars quædam executionis ad eam requisita, quò sit, vt iura, quæ executionem devoluunt ad Episcopum, propter negligentiam executorum intra annum, aut sex menses, idem intelligere debeant de huiusmodi electione.

**12.** Nota verò, quod quando à testatore nullum fuit tempus assignatum ad exequendam voluntatem suam, teneri tunc executores de iure legata pia exequi intra sex menses numeratos à die publicationis testamenti, vel scientiae executorum, idque sub pena reddendi prædicta legata cum omnibus fructibus, & cimolumentis, quæ à die mortis defunctorum percepsa sunt, vt decernitur in *Authentic. de Eccles. titul. 1.* §. si autem heres, vers. si autem legatum. Quod si semel, vel bis ab Epi-

scopo fuerint admoniti, vel eius vicatio, aut publico intervencio, & non paruerint, aut neglexerint exequi, incident in eandem penam, & insuper priuantur commodis omnibus in testamento sibi ipsis telictis, patet ex eodem *Authentico*, §. si qui autem pro redemptione, vers. si autem qui hoc docet Panormitanus in cap. 3. de testam. num. 10. & 11. & cap. si heres, eodem tit. num. 5. Couarruias in dict. cap. de testam. num. 5. Sylvester verb. testamentum 2. quest. 8. & præter hanc penam executio testamenti eo ipso devoluitur ad Episcopum, vt potest ex dict. vers. si autem, qui hoc, citato, & ex l. ultim. tit. 10. part. 6. & ultra haec omnia, si post binam admonitionem executionem differant usque ad latam sententiam, condemnati possunt, vt soluant legatum duplum ex suo, vt deducitur ex §. ex maleficijs, versic. item mixta, *Instit. actionibus*, id assertunt Couarruias, & Panormitanus, vterque in prefato cap. 3. de testam. num. 5. & alij, quos referunt.

**13.** Similiter notabis, quando heredes, aut alij executores sunt in mora exequendi mandata, & voluntatem defunctorum ad quemlibet de populo spectare admonere Praelatos, vel iudices seculares, vt faciant prædicta testamenta exequi, & illi tenentur ex officio id efficere. 1. nulli, in fine, C. de Episcop. & cleric. & l. 7. tit. 10. part. 6. quæ generaliter loquitur eriam de non pia voluntate defunctorum. Couarruias in cap. si heres, de testam. num. 2. Gregorius Lopez l. 7. citata. Molina tom. 1. de iustit. disputation. 250. §. secundum est, in fine disputationis. Illustrissimus Contra Hispaniarum Primas 1. part. decreti. distinct. 88. ad cap. 5. vbi num. 2. docet, Episcopos non solùm legata pia posse executioni mandare, sed etiam illa, quæ non pia, vt iam diximus, & tradit Couarruias, quem refert, ac sequitur Cenedo pract. lib. 2. quest. 14. num. 2. & quest. 31. num. 5. & alij, quos refert Barbosa de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 82. num. 13. & num. 2. tradit idem Contra, & bene, curam, vt defuncti voluntas exequatur, & quæ, & promiscue pertinere ad Praelatum, & ad iudices seculares.

**14.** Vidi sepe dubitare ad quem iudicem pertineat in Lusitania facere inuentarium bonorum clericorum, & Episcoporum defunctorum in hoc Regno Lusitanæ, ad Ecclesiasticum ne, an ad secularem? & de hac re partita est opinio.

Prima docet in hoc Regno de iure ad iudices seculares pertinere: pro hac pugnat acerrime Cabedo 1. part. decis. 84. Fundamenta illius haec sunt. Primo, quia ita obtinuit antiquissima, veterissimaque consuetudo Regni Lusitanæ, & hanc consuetudinem confirmat ille nonnullis exemplis: nam in primis Inuentarium bonorum Episcopi Promontorij Arsinatij (Caboverde vocant Lusitani) anno Domini 1587. à ministris Regis maiestatis secularibus conditum fuit. Inuentarium similiter bonorum Episcopi Lamecensis Domini Antonij Tellez de Meneles ab iisdem ministris secularibus Regis maiestatis factum fuit anno 1598. In quibus cum dubium esset inter utrosque ministros seculares, & Ecclesiasticos, adiudicata fuit causa in senatu seculari supremo Olyssipponeensi pro ministris secularibus. Tertium exemplum, & antiquius apponunt testamenti Archiepiscopi Olyssipponeensis D. D. Georgij de Almeida, quod similiter per ministros seculares cœptum, & perfectum fuit, & quod semel, aut bis factum est, consuetum est.

Probat

## 544 De translat. dominij per vlt. volunt.

censetur celebratus in bonis Regalibus, quando Princeps sub certa pensione sibi soluenda, ea alicui vasallo donat; aut per contractum aliquod initum inter duos, vel plures contrahentes laicos, tunc quidem, si perueniant ad Ecclesiasticos, transeunt ad illos cum suo onere, & tenentur Ecclesiastici prefata onera soluenda, quia non aliter, nec alio modo contraherent. Ita Ioannes Beltranus de Guevara allegatus. Cardinalis Albanus in tract. de immunitate Ecclesiastica, habet ut tom. 3. tractatum iuris part. 2.

23. Nec obstant fundamenta primæ opinionis.  
Ad primum enim respondemus, quod nec vi, nec clam, nec precari, acquiritur possellio. cap. quia cognouimus. 10. quest. 3. cap. cum venissent. de insit. cap. cum tanto, de postulat. prælator. verb. legiūm prescripta. & exempla, quæ allegant, quibus intendunt probare acquisitam iam habere possessionem in hoc negotio ministros laicos, fuerunt introducta resistantibus, & reclamantibus ministris Ecclesiasticis, per vim & violentiam ministrorum laicorum cum Regia potentia.

24. Ad secundum dicimus, ad Reges, & Principes seculares tanquam Protectores Ecclesiærum viduarum, pertinere defensionem, & conservationem bonorum Ecclesiasticorum in defectum superiorum Ecclesiasticorum, qui id efficiant, quod patet ex cap. Regum, & cap. Principes, & cap. Administratores 23. quest. 5. velle autem iudices seculares substitutos à iure in defectum Ecclesiasticorum excludere prædictos iudices Ecclesiasticos, ad quos id primariò, & per se spectat ratione exemptionis bonorum Ecclesiasticorum, & personatum, vis est, ac violentia, maximè contradictibus, & repugnantibus iudicibus, ac superioribus Ecclesiasticis.

25. Ad tertium dico, non obstat, quod iudices seculares id efficiant, vt prædicta bona Ecclesiastica defendant à publicis rapinis, & latrociniis, vt illa illæsa seruent, ac conseruent futuris Episcopis, ad quos in Regno Lusitanæ spectant, quia id quidem locum haberet, quando deficerent iudices, ac ministri Ecclesiastici, qui id possint efficiere; cum vero illi non deficiant, non video rationem congruentem, ob quam ministri seculares se intromittant in alienam segetem.

26. Ad quartum responderetur, etiam ad iudices Ecclesiasticos primò, & per se pertinere arbitrium salarij obsequiorum, ac seruitionum, quæ Prælatis Ecclesiasticis ad suis famulis fuerunt impensa, ad seculares vero iudices secundariò, & in illorum defectum; & ideo non obstat rescripta, quæ allegant, quia ea extruduntur de facto ad usurpandam jurisdictionem Ecclesiasticam, non de iure, vt ex dictis patet.

### CAPUT V.

Continuatur materia de executione testamentorum: agitur de legatis relictis à defunctis, & de mutatione illorum. Quæritur an validum sit legatum, vel hæreditas, quam testator relinquit ei, qui sibi scribit testamentum.

*x Si testator non designavit executorem sui testa-*

- mentis, executio illius pertinet ad hæredes.*  
Quid si in eo legata relinquatur captiuus. ibid.  
2 Religiosi, an, & quatenus possint esse testamento cum licentia, & sine licentia suorum superiorum.  
3 Prælatus, qui dedit licentiam Religioso ad acceptandum munus executoris, potest eam renocare post acceptationem.  
4 Acceptatio Religiosi sine licentia sui superioris, & gesta illius sunt nulla.  
*An sufficiat tacita licentia, vt si superior videat, & sciat Religiosum officium facere executoris.*  
5 Ab ordinario puniendus est Religiosu delinquens in officio executoris.  
6 Quid si testator dicat in suo testamento, vt executor illius faciat hoc, aut illud de consilio, aut secundum consilium talis Religiosi, quid iurius tunc.  
7 Fratribus minoribus prohibitum est officium testamentariorum, non tamen dare consilium circa illud.  
8 Quid de Religiosis Societatis I E S V, & num. 9.  
10 Pluribus testamentariis relictis deficientibus, aut mortuis aliis, potest unus testamentum exequi.  
11 Nefas est testamentarium recedere ab honesta voluntate defuncti.  
12 Quando unum opus pium, quod testator reliquit, impleri non potest, mutandum est in aliud de licentia Episcopi.  
13 An quando testator relinquit ducenta pro malè ablatis, & solum centum inueniantur male ablata, an alia centum cedant hæredi, an in opera pia expendenda sint.  
14 Quid si quis relinquat calicem Ecclesia, non exprimendo cui, an legatum cedat hæredi, an expendendum sit in opus pium.  
15 Legata sub conditione licita, & honesta relicita, non pertinent ad legatarium, nisi conditione impleta: agitur de legatis conditionalibus, & de conditionibus, qua valeant, qua non valeant, & num. 16.  
*Quid de conditione non nubendi.* ibid. usque ad 19.  
20 Quid de conditione illa imposta filio, si de arbitrio, & voluntate patri, aut si arbitratu Titi nubas, & num. 21.  
22 Quid de legato relicto fæmina, si Religionem ingrediatur.  
23 Quid de legato relicto fæmina, vt matrimonium contrahat, an illud incretur, si Religionem ingrediatur.  
24 Quid si alicui relinquantur ducenta si nubat, & centum si fiat Monialis.  
25 Agitur de legato pro fæminis maritandis, si honesta sint, quid nomine honesta intelligatur, & de legatis modalibus. ibid. usque ad 38.  
39 An legatum modaliter relictum fæmina, vt Monialis fiat, cedat hæredibus illius, si illa moriarur, ante quam Religionem ingrediatur.  
40 An validum sit legatum, aut hæreditas, quam defunctus reliquit ei, qui sibi testamentum scripsit.

**E**XECUTOR testamenti, quem testamentariorum appellamus, communiter loquendo, à testatore designatur, quo casu ad eum, postquam munus acceperuit, pertinet execu-tio totius voluntatis defuncti, etiam quoad legata pia, atque adeò, quoad restitutionem malè ablatum, vt bene defendit Medina de rebus restituend. quest. 3.

## 544 De translat. dominij per vlt. volunt.

censetur celebratus in bonis Regalibus, quando Princeps sub certa pensione sibi soluenda, ea alicui vasallo donat; aut per contractum aliquod initum inter duos, vel plures contrahentes laicos, tunc quidem, si perueniant ad Ecclesiasticos, transeunt ad illos cum suo onere, & tenentur Ecclesiastici prefata onera soluenda, quia non aliter, nec alio modo contraherent. Ita Ioannes Beltranus de Guevara allegatus. Cardinalis Albanus in tract. de immunitate Ecclesiastica, habet ut tom. 3. tractatum iuris part. 2.

23. Nec obstant fundamenta primæ opinionis.  
Ad primum enim respondemus, quod nec vi, nec clam, nec precari, acquiritur possellio. cap. quia cognouimus. 10. quest. 3. cap. cum venissent. de insit. cap. cum tanto, de postulat. prælator. verb. legiūm prescripta. & exempla, quæ allegant, quibus intendunt probare acquisitam iam habere possessionem in hoc negotio ministros laicos, fuerunt introducta resistantibus, & reclamantibus ministris Ecclesiasticis, per vim & violentiam ministrorum laicorum cum Regia potentia.

24. Ad secundum dicimus, ad Reges, & Principes seculares tanquam Protectores Ecclesiærum viduarum, pertinere defensionem, & conservationem bonorum Ecclesiasticorum in defectum superiorum Ecclesiasticorum, qui id efficiant, quod patet ex cap. Regum, & cap. Principes, & cap. Administratores 23. quest. 5. velle autem iudices seculares substitutos à iure in defectum Ecclesiasticorum excludere prædictos iudices Ecclesiasticos, ad quos id primariò, & per se spectat ratione exemptionis bonorum Ecclesiasticorum, & personatum, vis est, ac violentia, maximè contradictibus, & repugnantibus iudicibus, ac superioribus Ecclesiasticis.

25. Ad tertium dico, non obstat, quod iudices seculares id efficiant, vt prædicta bona Ecclesiastica defendant à publicis rapinis, & latrociniis, vt illa illæsa seruent, ac conseruent futuris Episcopis, ad quos in Regno Lusitanæ spectant, quia id quidem locum haberet, quando deficerent iudices, ac ministri Ecclesiastici, qui id possint efficiere; cum vero illi non deficiant, non video rationem congruentem, ob quam ministri seculares se intromittant in alienam segetem.

26. Ad quartum responderetur, etiam ad iudices Ecclesiasticos primò, & per se pertinere arbitrium salarij obsequiorum, ac seruitionum, quæ Prælatis Ecclesiasticis ad suis famulis fuerunt impensa, ad seculares vero iudices secundariò, & in illorum defectum; & ideo non obstat rescripta, quæ allegant, quia ea extruduntur de facto ad usurpandam jurisdictionem Ecclesiasticam, non de iure, vt ex dictis patet.

### CAPUT V.

Continuatur materia de executione testamentorum: agitur de legatis relictis à defunctis, & de mutatione illorum. Quæritur an validum sit legatum, vel hæreditas, quam testator relinquit ei, qui sibi scribit testamentum.

*x Si testator non designavit executorem sui testa-*

- mentis, executio illius pertinet ad hæredes.*  
Quid si in eo legata relinquatur captiuus. ibid.  
2 Religiosi, an, & quatenus possint esse testamento cum licentia, & sine licentia suorum superiorum.  
3 Prælatus, qui dedit licentiam Religioso ad acceptandum munus executoris, potest eam renocare post acceptationem.  
4 Acceptatio Religiosi sine licentia sui superioris, & gesta illius sunt nulla.  
*An sufficiat tacita licentia, vt si superior videat, & sciat Religiosum officium facere executoris.*  
5 Ab ordinario puniendus est Religiosu delinquens in officio executoris.  
6 Quid si testator dicat in suo testamento, vt executor illius faciat hoc, aut illud de consilio, aut secundum consilium talis Religiosi, quid iurius tunc.  
7 Fratribus minoribus prohibitum est officium testamentariorum, non tamen dare consilium circa illud.  
8 Quid de Religiosis Societatis I E S V, & num. 9.  
10 Pluribus testamentariis relictis deficientibus, aut mortuis aliis, potest unus testamentum exequi.  
11 Nefas est testamentarium recedere ab honesta voluntate defuncti.  
12 Quando unum opus pium, quod testator reliquit, impleri non potest, mutandum est in aliud de licentia Episcopi.  
13 An quando testator relinquit ducenta pro malè ablatis, & solum centum inueniantur male ablata, an alia centum cedant hæredi, an in opera pia expendenda sint.  
14 Quid si quis relinquat calicem Ecclesia, non exprimendo cui, an legatum cedat hæredi, an expendendum sit in opus pium.  
15 Legata sub conditione licita, & honesta relicita, non pertinent ad legatarium, nisi conditione impleta: agitur de legatis conditionalibus, & de conditionibus, qua valeant, qua non valeant, & num. 16.  
*Quid de conditione non nubendi.* ibid. usque ad 19.  
20 Quid de conditione illa imposta filio, si de arbitrio, & voluntate patri, aut si arbitratu Titi nubas, & num. 21.  
22 Quid de legato relicto fæmina, si Religionem ingrediatur.  
23 Quid de legato relicto fæmina, vt matrimonium contrahat, an illud incretur, si Religionem ingrediatur.  
24 Quid si alicui relinquantur ducenta si nubat, & centum si fiat Monialis.  
25 Agitur de legato pro fæminis maritandis, si honesta sint, quid nomine honesta intelligatur, & de legatis modalibus. ibid. usque ad 38.  
39 An legatum modaliter relictum fæmina, vt Monialis fiat, cedat hæredibus illius, si illa moriarur, ante quam Religionem ingrediatur.  
40 An validum sit legatum, aut hæreditas, quam defunctus reliquit ei, qui sibi testamentum scripsit.

**E**XECUTOR testamenti, quem testamentariorum appellamus, communiter loquendo, à testatore designatur, quo casu ad eum, postquam munus acceperuit, pertinet execu-tio totius voluntatis defuncti, etiam quoad legata pia, atque adeò, quoad restitutionem malè ablatum, vt bene defendit Medina de rebus restituend. quest. 3.

quest. 3. causa 10. §. esto igitur. Si tamen testator expressè non designauit executorem sui testamenti, tunc hæredes censemunt executores ab eo instituti, si legata excipias pro redemptione captiuorum, quia in hoc eventu committuntur prædicta legata prouidentia Episcoporum, per *Authentic de Ecclesiasticus titulus*, §. si quis autem, quem textum Battolus ibi non improbabilitate ampliat ad quatuor alia legata pia, nec videtur ea ampliatio extra mentem Panormitanæ ad cap. nos quidem, de *testam. num. 4*. Sed Conarruicias ad idem cap. num. 8. eam ampliationem omisit. Possunt autem executores esse unus, vel plures, laici, aut clericci, seculares, aut Religiosi, feminæ, vel masculi, ultra etatem quidem 17. anno, ut obseruat hæc omnia Conarruicias, patim ex cap. tua nobis, de *testam. in eodem cap. patim ex aliis iuribus*.

2. Quid autem ius hac in parte circa Religiosos specialiter disponat, bene resolut Syluester verb. *testamentum 2. quest. 2. vbi ex illo*

Notabis primò, illum superiorem, Priorem, Abbatem, vel Guardianum, vel quacunque nomenclatura honoris causa nominetur, qui potest date licentiam suis subditis, ut testamentarij sint, non teneri eam petere, si ipsi executores instituantur, quia secum dispensare possunt in omnibus rebus, in quibus possunt cum suis subditis, & omnes eas licentias sibi assomere, quas possunt dare subditis, ne ipsi peccatis conditionis sint, nisi in constitutionibus suis aliter caueatur. ita docet Henriquez lib. 6. de *penit. cap. 4. num. 3*. Sancius lib. 8. de *matrimonio. disp. 3. num. 3. & 9*. Rodriguez tom. 2. *summa. cap. 30. num. 4*. Sà verb. *confessor. num. 6*. Soares de *censuris. disp. 41. sect. 2. num. 9. & Sayrus in thesauro. tom. 1. lib. 7. cap. 14. num. 5*.

3. Notabis secundò, Praelatum, quis subdito suo Religioso dedit licentiam ad acceptandum executores, & testamentarij munus, posse eam reuocare, tam te adhuc integra, quam iam coarta. ita idem Syluester dict. quest. 2. §. 2. & glossa in *clementina uirca. de testament. Quamvis enim superior malè efficiat, si sine causa, te iam incepta, licentiam reuocet, valet tamen reuocatio, cum Religiosus nec velle, nec nolle habeat, & illius voluntas semper, & assiduè pendeat à superioris voluntate, nec post talen licentiam definit esse subiecta*.

4. Notabis tertio, ex eodem Sylvestro inducto, si Religiosus sine licentia sui superioris officium testamentarij acceptet, valere gesta ab illo, iuxta Federicum, dum superior non contradicit, quod idem tenet videtur Battolus in *I. uniuersos. C. de decurion. lib. 10*. Communiter tamen in cap. 2. de *testam. lib. 6*. tenent omnes Doctores, executionem, & gesta à Religiosis, non petita prius, & obtenta ad id licentia à suis superioribus, esse omnino de iure nullam, quia verbum, potest, si praecedat negativa, non, reddit actum de iure impossibilem, & sine potentia factum, ut docet glossa in *reg. nemo potest, de regul. iuris in 6*. Sufficiet tamen tacita licentia, ut si superior videat, & sciatur, & non contradicat, quia taciti, & expressi eadem vis est, eademque virtus. Vnde non placet glossa in *clement. 1. de testam. quatenus ait, requiri licentiam expressam, & non sufficere tacitam, quia nullam rationem congruentem affert, nisi quia textus assertur, petira, & non obtenta, ad quod responderet, & optimè Syluester dicto verb. Testamentum 2. q. 2. dicto 3. duplicitet posse obtineri, expressè, & tacite.*

*Fagundez de Injustitia, &c.*

Notabis quartò, Religiosum etiam exemptum, testamentarium, seu executorem designatum, si in executione delinquit, puniri posse de iure ab ordinario, iuxta Clementinam *uincam. de testament. vbi etiam illi obligatio imponitur, rationem reddendi coram ordinario, & ut ille eam ab eo exigat; limitat tamen Richardus, & bene, in 4. diff. 15. modò Religiosus ex contractu, vel quali contractu conueniri possit; nam si ex priuilegio conueniri non possit, nisi coram suo superiori, tunc quidem ab ordinario ex hoc delicto puniri non poterit.*

Notabis quintò, solere sèpè testatores in suis testamentis disponere, ut executor, aut testamentarius dispendat certam sumمام pecunia, aut executioni prædictum testamentum mandet, vel tale, aut tale faciat, de consilio, cum consilio, aut secundum consilium certi Religiosi, quem in suo testamento nominat, quod valde animaduertendum est: nam si dicat, quod id exequatur, de consilio, aut cum consilio illius; tunc quidem huiusmodi executor tenetur solum consilium ab eo petere, non tamen sequi, & valent gesta, si illud non petat, licet possit propriè id puniri: si vero dicat, secundum consilium, aut iuxta consilium illius, tunc planè tenetur, non solum petere, sed etiam sequi, & non valent actus gesti, si aliter fiant: ita Albericus in *I. nulli. C. de Episcopis. Syluester verb. consilium. §. 4. & verb. testamentum 2. num. 2. §. sextum. Panormitan. in cap. 1. de consti. Molina Theologus tom. 1. de iust. diff. 207. fol. 126. 4. alter Molina de primog. cap. 15. num. 35. Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 1. diff. 34. num. 22. Gama decis. 314. num. 13. ex *I. cum rale*, §. si arbitraru. ff. de condit. & demonstrat. & ex *I. filie sue, & I. turpia*, §. 1 ff. cod. tit. Quoad primum casum constat etiam ex cap. dilectu 2. de pr. bendis, & ex glossa singulari in *clement. 1. de iure patronat*. Quoad secundum deducitur ex cap. sic capitulo, de concessione præbende, lib. 6. vbi dicitur, quod si Papa mandet canonicas, alioquin potestatem habentibus beneficium conferendi, ut illud conferant, secundum consilium dati executoris, quem nominat, non valere collationem, si sine consilio talis executoris conferant, quia per ea verba transfunditur potestas conferendi in executorem, quod notandum est, inseruit enim hæc doctrina ad resolutionem plurimorum casum.*

Notabis sexto, fratribus minoribus testamentorum executiones interdicuntur, patet ex *clementina*, ex*ini. de verborum significat.* in qua illis interdicti sunt, ut pro nulla re temporali possint in iudicium venire; huiusmodi autem executiones sèpè absque litigio, & iudicij contradictione, & absque administratione pecunia nequeunt expediri: non tamen illis prohibetur ibi, date consilium, quomodo prædictæ executiones rectè fiant, cum hoc illorum statui non repugnet, nec ex hoc illis circa bona temporalia aliqua actio, aut administratio resultet. Ita docet Syluester verb. *testamentum 2. n. 2. §. septimum. Geminianus in cap finali, de testament. lib. 6. Ancharranus, Baldus, Zabarella, & Cynus in authent. ingressi. C. de sacros. Eccles. & latè Barbar. in cap. tua nobis, de testament. in suo consil. 12.*

Religiosi Societas *I. 8. v*, iuxta suas constitutiones, sine superiorum licentia tacita, vel expressa, testamentarij, executores testamentorum esse non possunt; & quidquid absque tali licentia faciunt, infectum, inualidumque est, iuxta ea, quæ diximus num. 4. quem vide omnino.

Quamvis autem executor designatus, argue

Z z 3 testa

5.

6.

7.

8.

9.

testatore nominatus, non tenetur munus acceptare, si tamen illud suscepit, vel acceptavit, sive expresse, sive tacite acceptauerit, veluti exerceendo actum talis munoris, cogi potest ad persecutionem, ex cap. Ioannes, de testam. ut ibi notat Couartuuias num. 3: ac Doctores communiter: casu vero, quo munus non acceptet, clatum est, non lucrat p[re]mium, si quod forte testator pro ea opera ei legauit.

10. Pro autoritate vero, & obligatione executoris, in primis sciendum est, pluribus executoribus ab eodem testatore nominatis, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi nolente, posse aliurn (nisi testator alid expresserit) officium exequi: ita exprimitur in cap. Religiosus, de testamentis, lib. 6. quod optimè explicat Sylvestris vob. testamentum 2. quest. 5.

11. Deinde nefas esse executori recedere ab honesta defuncti voluntate, aut quod ille in unum causum reliquit, in aliun commutare, nec etiam ex autoritate Episcopi id fieri posse, quia talis commutatio expresse reseruatur. Sedi Apostolice, clementia, quia contingit, de religiosis domibus, excipe, nisi forte id supremo Principi laico competitat circa legatum reliquum ciuitati, v. c. pro instaurandis, ac reparandis manibus, aut muniendis viis, argumento l. legata ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertin. Couartuuias in cap. tua nobis, num. 7. de testamentis. Verum à nullo Principe, neque etiam summo Pontifice tales commutations absque iusta, & necessaria causa fieri debent, ut exprimit Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 6. de reformatione. Vbi etiam committitur Episcopis, ut circa commutations ultimatum voluntatum à Sede Apostolica obtentas, priusquam executioni mandentur, cognoscant, an fidei narratione fuerint postulata.

12. Quod tamen opus pium, pro quo testator aliquid legatum reliquit, impleri non potest, non proinde cedit heredi, sed arbitrio Episcopi, & executorum, commutandum est in aliud, retenta, quantum fieri potest, voluntate testatoris, ut si ille praecipisset edificari eadem sacram, in loco, vbi edificari nequeat, eligendus est alius; & ita notant communiter Doctores ad cap. nos quidem, de testamentis. & ipse textus cap. nos quidem, id clare habet & patet ex Couartuuia lib. num. 9. colligiturque etiam ex l. legatum ff. de usufruct. legato. vbi Bartolus infert, si pecunia legata pro opere pio ad illud non sufficiat, accidente similitet auctoritate Episcopi, & voluntate executorum, conuertendam esse in aliud opus pium; sufficit enim per equipollens opus satis fieri voluntati defuncti testatoris quando non potest alii et impleri ex verosimili mente ipsius, ut bene aut Reinosos obseruat. 7. n. 18. iuxta regulam textus in l. cum mater. C. de instit. & substit. licet enim voluntas testatoris ad vnguem obseruanda sit, tamen ea voluntas mutari potest, vbi impleri non potest eo modo, quo testator disposuit, ut patet ex textu in cap. nos quidem, de testam. ut doct[er] probat Reinosus num. 19. per multos, & multa iura, quae allegat ibi, in dict. cap. nos quidem. Quod si intra constitutum tempus, sive in loco, quo constitutum fuerat, impleri non potest, &c.

13. Simile iudicium est, si testator relinquat ducenda distribuenda pro male ablatis, & solummodo centum male ablata reperiantur, nec enim tunc reliqua centum hereditibus cedent, ut iam supra diximus, sed in causas pias expendenda sunt, quia sic interpretari oportet voluntatem defuncti, atque ita resoluit Couartuuias vbi supra, in cap. nos quidem, de testamentis. num. 9. post graues Doctores, quos ci-

ta, additique cum pluribus eorum, quod si testator non pro male ablatis, sed ex denotione iussit construi facillum erat, & opus minori summa perficiatur, quod superest ad heredes pertinere: sed in haec specie, censerem potius, illud etiam superfluum in facilli ornatum, aut altam piam causam conferendum, nisi de diversa testatoris mente probabiles essent conjectura, quia eo ipso, quod eam summam ad piam causam designauit, censendus est voluntis, eam totam in pia expendendam, nisi aliunde probabiles conjectura contrarium suadeant.

14. Consonem etiam ad praecedentes casus, si quis relinquat calicem, v. c. Ecclesie, non exprimendo cui, non propter ea legatum recidit ad fratrem, sed applicabitur Ecclesie loci, in quo testator domicilium habet, & sic nominauerit Ecclesiam, v.g. S. Petri, & in ciuitate sint plures eiusdem nominationis, dabitur pauperiori, nisi per conjecturas discernatur aliqua certa, videlicet, quod in ea habet sepulturam, aut frequentaret sacramenta. E contrario vero, si nulla ædes tali Sancto facta, neque in ciuitate, neque in territorio reperiatur, confertur in Ecclesiam domicilij testatoris. habentur hæc in §. si quis in nomine. dicit. Authentic. de Eccles. titulis. & ex patre explicitur à Couartuuia ad cap. indicante, de testament. num. 2. Conformater rufus ad prærogativam, quam huiusmodi dispositio defert loco domicilij testatoris, dicendum est, in caso, quo defunctus aliquam summam relinquat distribuendam in pauperes, non designando quos, censendum est, in pauperes eius loci distributionem fieri debere, ut amplius probat Couartuuias ad cap. cum tibi, de testament. num. 14. & Antonius Gomez ad l. 32. Tauri num. 4. Quod tamen non procedit, quando defunctus testamentario non commisit ipsam pauperum electionem. Potest autem, & debet testamentarius in ea distributione habere rationem præcipuum propinquorum defuncti, si sint pauperes, nec alia legata eis relinquuntur. Imò suis etiam propinquis, & sibi, si vere indigeat (in quo tamen periculum est, ne ipsi conscientia mentitur) poterit eleemosynam facere secundum eam proportionem, quam aliis distribuet, ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 9. Caietanus ibidem, & alij.

15. Existit autem præcipua difficultas circa impletu[m] legata conditionalia, & modalia, quam difficultatem iam ex parte tractauimus supra in cap. 3. num. 52. & lib. 1. de contractibus in genere toto cap. 8. & attigitus etiam aliqua lib. 4. de donat. cap. 2. hic autem ad integratatem doctrine aliqua breviter attingemus. In primis communis regula est, legatum sub conditione reliquum non acquiriri a legatario, nisi conditione impleta. Sed grauter dubitatur, an procedat etiam hoc, quando conditiones sunt turpes, & impossibilis, quas in testamentis, legatis, libertatibusque iuta omnia expresse decernunt, habendas esse pro non appositis, §. impossibilis. Instit. de hereditatibus. & alibi. Imò, & de possibilibus, sed in honestis idem disponunt, ut si mulier legetur aliquid sub conditione, si non nupserit, illaque nubat, nihilominus legatum ei adjudicatur, l. quoties. & l. Tertia. ff. de condit. & demonstrat. de qua re satis egimus dicto lib. 1. de contractibus in genere, toto cap. 8. Resolutio tamen nostra est, quoad conditiones impossibilis, & in honestas, si constet liquidò testatorem vere noluisse legatum valere, nisi illis impleris, non quidem esse indicandum validum (saltem in foro conscientie) nisi impleantur, & purifcentur prædicta conditiones, sicut prescribit

preferbit testator, quia in conditionibus primum locum obtinet voluntas defuncti, eaque est, que regit conditiones, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat. Item, quia contractus, cui apponitur impossibilis conditio, eo ipso est ittius, l. non solum, ff. de actionib. & obligationib. & quod similiiter huiusmodi conditio non vitiet legata, & testamenta fauore ultime voluntatis, dispositum est in iure, ut illa, quantum fieri possit, suum habeat effectum, ut notat glossa dicta leg. non solum, dicto §. impossibilis, & alibi. Bartolus ad l. 1. ff. de condit. insit. & ibi Doctores communiter, testante, & idem dicente Menchacam de success. 1. part. l. 3. §. 30. n. 76. & consonat etiam illa regula ff. de regulis iuris, quae sic habet: In testamentis voluntates testantur plenius interpretantur. ergo non est censendum mentem legum esse, ut neglecta conditione impossibili, & turpi, legata, & similes dispositiones valeant, quando constat contraria voluntatem testatoris; sic enim non fauor, sed damnum ultime voluntati afferretur, ut patet. Imò longè peioris conditionis essent testamenta, & legata, quam contractus, quod non est dicendum; siquidem cum hi, per conditionem impossibilem pro rursus videntur, illa tamen manerent valida, non curata conditione, contra expressam defuncti voluntatem.

15. Oportet igitur dicamus, tunc solum velle ius, ut huiusmodi conditiones in testamentis, & legatis habeantur pro non adiectis, quando presumi potest, testatores eas ioco apposuisse, aut omnino, non rigorose eis adhaesisse, quod regulariter presumendum est, si contrarium per sufficietes conjecturas non appareat. & confirmatur hoc, quia cap. ultimo. de condit. apposit. decernit, ut matrimonium sub conditione impossibili, aut turpi, quae non sit contra eius substantiam, habeatur validum; ac si fuisse absolutè initum, & sine dependentia à tali conditione, idque fauore matrimonij, quod tamen, ut testē sentit Sotus in 4. dist. 29. quest. 2. art. 3. quidquid alij variè dicant, necessariò est intelligendum, ut solum procedat, quando appetet contrahentes absolutè de presenti consensu in coniugium, conditionemque vel ioco, vel tanquam obligationem postea implendam, apposuisse, cum absque tali consensu matrimonium non constet, nec proinde absque indicis illius presumi debeat. Ita, quod fauor huius decreti pro matrimonio in hoc cernatur, quod cum regulariter contractus per conditionem impossibilem vicietur, excipiatur tamen contractus matrimonij, ut nihilominus valeat, modò tamen alias consensus contrahentium sufficietes sint. Eodem igitur modo, dum ita disponit, ut in legato, v.g. conditio impossibilis, aut turpis habeatur pro non apposita, ut ea, neglecta legatum proinde valeat, ac si fuisse purum, & sine conditione factum, interpretandum est, id solum procedere, quando possit presumi non repugnari voluntati testatoris, ita quod hic fauor ei praestet, quod non obstante tali conditione effectum habeat, à qua tamen, iuxta legem aliorum actuum, vitiari debet. consonat ad hanc rem cap. verum, de testament. vbi decernit, rem Ecclesie donata sub certo modo, & conditione reperi non posse, etiam conditione non impleta: nec huius decreti alia est ratio, nisi quod fauore Ecclesie presumatur, eum, qui donauit, non ita rigorose obligationem apposuisse, ut ea non impleta, vellet donationem non valere; & per haec magis confirmata relinquitur doctrina communis tradita in materia de donationibus, & dispositio cap. 13. quest. 2.

sic habentes, ultima voluntas defuncti modis omnibus seruari debet, & pro hac parte addimus etiam Menchacam de success. 1. part. §. 1. num. 24. & censores communium opinionum, lib. 6. tit. 13. de testam. in princip.

Quod artinet ad conditionem absolutam, non nubendi, vel nunquam nubendi, quidquid Medina illam interpretatur de rebus restit. vend. quest. 23. fateor eam in iure, saltum antiquo pro non adiecta habeti, quantumcumque contraria fuisse noscatur voluntas testatoris, id enim manifestè convincunt leges industr. l. quoties. & l. Titia, ff. de condit. & demonstrat. quod quidem fauore matrimonij factum est postposito fauore ultime voluntatis, nam matrimonio plus fauor ius Romanum pro amplificanda Republica multis hominibus legitimè progenitis, atque adeò antiquitus protendebatur is fauor, usque ad celibatum, cuius conditio etiam pro non adiecta habebatur, ut latè videbare licet apud Couarruuiam 2.p. Epitome, cap. 8. in principio. Vnde opportuit cum excessum postea corrigi, licet correctam est in C. de infirmand. panis calabrii, nam ea conditio fecit semper secum affert periculum incontinentia: in iis autem, qui se non continent, melius est nubere, quam viri, ut ait Paulus 1. ad Corinth. 7.

18. Sed & conditio illa, atque dispositio, non nubendi, renovata est, quo ad viduas, & viduos. l. l. C. de in dicta viduitate, & Authentic. de nupr. §. que verò nunc, vbi statuitur, ut si cui relictum fuerit à coniuge, vel alia persona, sub conditione, si ad secundas nuptias non transeat, non obtainere relictum, nisi seruata conditione, illudque amittere, si ad illas transeat; verum quoad personas non viduas, ius antiquum inuariatum persistit, ut notant communiter iuris interpretes; nam, ut supra iam diximus, olim de iure Romanorum conditio absolute, non nubendi, aut nunquam nubendi, vel legatis, vel institutionibus apposita, in fauorem matrimonij, ut Romana Respublica augeretur, pro non apposita ducebatur, siue viduus, siue non viduus apponenter, l. sed si hoc, §. ultim. cum duabus sequentib. ff. de condit. & demonstrat. l. Titia, ff. eodem, ibi, Titia, si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum legantur. Si nupserit mulier, ducenta petet. Ratio est, quia conditio illa, si non nupserit, habetur pro non apposita. Postea tamen de iure Authenticorum sanctum est, ut illa absoluta conditio, non nubendi, aut nunquam nubendi, siue à coniuge defuncto, siue ab aliquo extraneo viduæ apposita, vim haberet, quo sit, ut si hodie hereditas, vel legatum alicui viduæ, vel viduo (eadem enim est ratio de vitroque ut dictum manet, & patet ex l. ultima. C. de in dicta viduitate tollenda, docetque Molina tom. 1. de iust. disp. 207. §. que habentur,) relinquatur sub conditione, ne transeat ad secundas nuptias: si ipsa vidua, vel viduus ad illas transeat, eo ipsa illa amittat, teneturque ea restituere cum fructibus omnibus receptis, quare mortuo testatore, legata illis non sunt tradenda, nisi praetira cautione Mutiana, de illis restituendis, si ad secundas nuptias transiit: quod habetur expressè in Authentic. cui relictū, C. de in dicta viduitate tollenda, & Authentic. de nuptijs. §. que verò, & docet Molina lib. 1. de primog. cap. 11. num. 21. & alter Molina Theologus tom. 1. de iustit. disp. 207. §. postea de iure. Sylvestris verb. hereditas 4. §. ultim. Couarruuias lib. 1. var. resolut. cap. 19. num. 10. & num. 8. & 9.

Dixi, de iure antiquo Romanorum conditio nem illam absolutam, non nubendi, aut, nunquam nubendi, habitam fuisse pro non adiecta in fau-

## 548 De translat.dominij per vlt.volunt.

rem matrimonij , aut Republica Romana magis magisque augeretur , multisque hominibus legitime procreatis abundaret, ut Republicæ domini militæque inseruerint , quia si sit conditio non nubendi absolute , sed non nubendi alicui, aut aliquibus particularibus , valebat talis conditio , ut hodie valeret , vt optimè docet Molina *tom. 1. de iustitia tract. 2. disp. 207. initio, ad medium. Sancius tom. 1. de matrimonio, lib. 1. disp. 33. num. 3. Sylvester citatus, Couartuias item allegatus. Spino in speculo testamentorum. glossa 14. num. 70. Gutierrez quest. canonicae. lib. 2. cap. 15. num. 13. & multi alij, quos citat, ac sequitur Sancius inductus, quos in eo vide te poteris; & ratio est, quia adhuc liberum ei manet nubere, filiosque procreare, qui Republicæ inseruant: nisi tamen per modum pœnae imponeretur ad anserendum legatum, si cum illo, vel illa particuliari contraheretur, quia tunc inualida est ea conditio imposita per modum pœnae , ut habetur in *I. Tito centum, ff. de condit. & demonstrat.* Similiter, si adiiceretur conditio non nubendi, non absolute, sed temporalis, usque ad certum tempus, v. c. quoad usque filij prioris matrimonij ad annos pubertatis deueniant, valida erat conditio, ut habetur in *I. sed si hoc. §. ultimo, & duabus sequentibus.**

**20.** In hoc Regno Lusitanæ, docente Gama *decision. 314.* cum mater legaret filio certum quid, sub conditione, si de licentia patris contraheretur matrimonium, adjudicatum ei fuit legatum absque tali licentia contrahenti, eo quod conditio illa, si arbitratu *Titi nuperis*, habetur pro non apposita, iuxta Doctores communiter, & Molinam *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. §. in hoc tamen, tanquam impeditiu matrimonij, l. cum tale. §. rescriptum est, alias, si arbitratu. & I. filie, in principio, ff. de condit. & demonstrat. & I. turpia, §. 1. ff. de legat. 1. Illa vero conditio, si arbitratu patris matrimonium contraxeris, huic equipollit. nam illa conditio solum obligabat filium ad petendum consensum patris, non ad legatum amittendum , ut diximus hic num. 6.*

**21.** Dixi num. 18. quoad reliquias personas non vi duas, ius antiquum legis, *Titia, & I. quoties ff. de condit. & demonstrat.* in diolatum persistere, quia ius nouum Authenticorum, ut diximus, solum in fauorem matrimonij in viduis transeunribus ad secundas nuptias, illud temperauit, correxitque. Vnde si hodie virginis, vel ei, quæ nunquam nupsit, legatum relinquatur sub conditione, non nubendi, vel nunquam nubendi, si nubat, legatum percipiet, quia illa conditio in fauorem matrimonij pro non apposita indicatur: ita Couartuias *lib. 1. variarum resolut. cap. 19. num. 10.* vbi citat multos. Sylvester verb *hereditas 4. §. ultimo. Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 207. §. postea de iure, ad finem. ibi, In reliquis autem, quæ nunquam nupsierunt, retinet adhuc suam vim ius antiquum, nempe, ut conditio, si non nubat, att si nunquam nubat, habeatur pro non apposita, idque siue virgines sint, siue non sint; eo quod de iure Authenticorum solum de viduis contrarium sit sanctum. hæc ille, & id tenent omnes, quos citavimus num. 19.*

**22.** Si legarum alicui scemine relinquatur sub conditione, si Religionem ingrediatur, valida est talis conditio, quidquid in contrarium dicat Bartolus, quem estat, sed non sequitur, Couartuias *lib. 1. variarum resolut. cap. 19. num. 10.* ita idem Couartuias *ibi. Antonius Gomez lib. 1. variar. cap. 12. num. 78. Paulus de Castro, & alij, quos citant Molina tom. 1. de iustitia, disp. 207. §. si hereditas, aut legatum, & communiter Doctores.* Et ratio est, quia

fas est spe præmij allucere ad tam sanctum ingressum, per accidensque est, quod Religionis ingressus impedit matrimonium, neque præsumendum est voluisse ipsa etiam hanc conditionem in matrimonij fauorem annullare , ut pro fundamento assumptis Bartolus, contrarium assertens. Idem omnino dicendum est iuxta Molinam allegatum, cum legatum, aut hereditas alieni relinquitur sub conditione, si legatarius sacerdos esse voluerit, valebit enim similis conditio.

**23.** E contrario vero dubitatur, an si alicui personæ relinquatur legatum sub conditione , ut matrimonium contrahat , illaque Religionem ingrediatur, nihilominus legatum illi , vel monasterio dari debet? & responsio communis est affirmativa, argumento *Authentica de sanctissim. Episcopis. §. sed & hoc præmij. collat. 9. & ratio est, quia ea præsumitur voluntas legantis in fauorem Religionis, per eius ingressum , & professionem, quoddam quasi matrimonium spirituale contrahit.*

Dubium deinde est, an si cui legentur ducenta, si nupsit, & centum si Religionem ingrediatur, illaque Religionem ingrediatur, ducenda ei danda sint? Et in hoc puncto partita est opinio.

Prima affirmit, danda ei esse ducenta. hanc tenet Bartolus *ad l. 2 ff. de his, que pœna caus. Panormitanus cap. in presentia. de probat. à nun. 8. Sylvester verb. legatum 1. quest. 9. & verb. hereditas 4. quest. Ultima. Medina de rebus restituendis. quest. 23. & est communior sententia Iurisperitorum, ut ait Molina *tom. 1. de iustitia, disp. 207. §. Bartolus, nuntiatur his fundamentis, primo, quia magis fauendum est matrimonio spirituali, quam carnali. Secundo, quia in I. Titia, ff. de condit. & demonstrat. disponitur, ut si legata fuerint Titi ducenta, si non nupsit, & centum si nupsit, illaque nubat, ducenta nihilominus accipiat; vbi illa conditio, si non nupsit, habetur pro non apposita: ergo majori cum ratione si alicui legentur ducenta, si nupsit, & centum, si Religiosa sit, dabuntur ei ducenta, si Religionem ingrediatur, maior enim fauor tuis meretur matrimonium spirituale, quam carnale. Tertio, quia in Authentica de sanctissim. Episcop. §. sed & hec. & in Authentica, nisi rogari. C. ad Trebellian. disponitur, ut si quid donatum, aut legatum sit sub nuptiarum, aut liberorum conditione, & donatarius, vel legatarius sine nuptiis, & liberis Religionem ingrediatur, conditiones illas fauore Religionis, & matrimonij spiritualis, habendas esse pro non appositis, bonaque proinde sub illis relista monasterio aduenire.**

Secunda negat, & ait, si Religionem ingrediatur, debere illi solum centum. hanc tenet Couartuias *lib. 1. variarum resolut. cap. 19. à num. 7. usque ad 11.* cum multis aliis, quos citat, & cum Baldo tenet etiam Molina *tom. 1. de iust. disp. 207. §. tertia conclusio.* vbi dicit, hanc esse probabiliter, aliam tamen communiorum; hodie tamen Couartuias opinio probabilior censetur, quam ille probat grauissimis rationibus. Prima, quia testator animaduertens seculares ad plura onera tenebit, & majoribus indigere expensis, ideo plus illi, quæ nuptiis tradenda erat, reliquit, quam quæ Religionem erat ingressura, & ideo si Religionem ingrediatur, solum comparabit centum, non ducenta. Secunda, quia semper attendenda est voluntas testatoris, & ea obseruanda est, quando leges aliter ad fauorem publicum non disponunt; in iure autem in re de qua modò agimus, nihil tale dispositum est. Tertia, quia licet, & prudenter solent institutores maioratum, dum maioratus ad honorem

rem familie instituunt, excludere ab illorum successione clericos, & eos, qui Religionem fuerint ingressi, non quidem in odium sacerdotum Ordinum, aut Religionum, sed quia volunt conseruare familiam suam cum splendore seculari, qui maioribus bonis indiger, ut late probat Couartuias loco induito. Molina de primogen. lib. 1. cap. 12. num. 54. & alij, quos referunt: ergo etiam licet, honeste, & prudenter poterit quis legare plus ei, qua manet in seculo, & nuptiis traditur, quam quae ingressura est Religionem: conditiones autem licet, & honestas testatoris obseruandae sunt; quia rebus suis potest quis apponere omnes conditiones licetas, & honestas, quas voluerit, iuxta communem omnium Doctorum opinionem.

26. Ad primum fundamentum primae opinionis, respondendum est, magis fauendum esse matrimonio spirituali, quam carnali, quando testator, vel legator non habet bonas rationes, ut contrarium faciat: in casu autem praesenti optimis rationibus ductus id facit, videns pluribus indigere statum matrimoniale, quam moniale; neque ob id, quod plura relinquuntur pueræ nupturæ, quam Religionem ingressuræ, auocatur illa à Religione, nec talis est intentio legatoris, sed intentio illius est plura relinquere ei, qui pluribus eget.

27. Ad secundum & tertium respondebis, leg. Titia, & Authentic. nisi rogati, non loqui quando donator, aut legator expressè exclusit monasterium, aut Religionem, ut iste in casu praesenti exclusit, sed solum loqui, quando simpliciter aliquid legauit, aut donauit sub conditione nuptiatum, aut liberorum, quoniam tunc censendum est eam fuisse voluntatem talis testatoris, ut optimè notat Molina tom. 1. de iustitia, disput. 207. §. ad primum, in fine.

28. Dubitabis hic, an si alicui viduæ hereditas, vel legatum testamento legetur, sub conditione, si castè vixerit, amittat illud, si transeat ad secundas nuptias? Cui dubio breuiter, & resolutiè respondeo. Si legatum hoc sub ea conditione huic viduæ relictum fuit à marito illius, vel à consanguineo, propinquo, aut valde amico mariti, vel ab aliquo alio, cuius intererat ob honorem mariti, viduam illam seruare castitatem in mariti defuncti honorem, amittere illam legatum, si transeat ad secundas nuptias. Si vero relinquatur illud legatum ab alio, cuius id non intersit, vel à patre, aut fratre, aut consanguineo viduæ, dicendum est, non amittere illam praedictum legatum per transitum ad secundas nuptias. Ratio est, quia voluntas tacita testatoris ex conjecturis deducta habetur pro expressa, sed ex odio viri ad secundas nuptias vxoris aperte colligitur tacita eius mens esse, ut secundæ nuptiæ excludantur, nam licet ille sint in se castæ, & honestæ, & vidua secundò nubens te vera dicatur, castæ, & honestæ viuere, non habent tamen illæ eam castitatem specialem, quæ præsumitur velle virum relinquenter, ita docet Molina tom. 1. de iust. disput. 207. §. dubium est si alicui vidua. & Bettachinus in suo repertorio. litt. L. verb. legatum vxori. Ludouicus Lopez 2. p. Instruct. cap. 41. colum. 5. vers. denique ultimo. Couartuias in epitome, p. 2. cap. 3. §. 9. n. 12. Antonius Gomez ad l. 16. Tauri, num. 9. Sylvestr verb. legatum 1. quast. 5. Sancius, & omnes statim citandi. Accedit, quia per ea verba, videtur vit velle sibi fidem seruati, & iura prioris matrimonij inuolata persistere: vidua autem secundò nubens, non dicitur seruare fidem prioris matrimonij, ut patet ex Authentic. de non eligendo secundonubentes. In dubio autem æquali, illa possidet,

& melior est conditio possidentis, ut ait Molina citatus.

Et id ipsum dicendum est, & cum eadem distinctione respondendum, si præfate viduæ legatum relinquatur sub conditione, si vidua permanferit: ita Sancius tom. 2. de matrimonio. lib. 7. disput. 91. num. 16. 17. & 18. Baldus ad leg. cum filii. 5. qui Mutiana, num. unico, ff. de legatis 2. Mantica de conjecturis ult. vol. lib. 11. tit. 19. num. 31. & pluri- mi alij, quos refert, ac sequitur idem Sancius ibid. inter quos est Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 180. num. 36. ubi ille, & Sancius egregie hoc temperant, nisi coniux minimè consummasset primum matrimonium, nam si non consummasset, in conscientia non amittet vidua legatum per secundas nuptias.

Si tamen è contrario vxori moriens relinquat legatum viro, sub ea conditione, si castè vixerit, si viduus permanferit, non ille illud amittet per secundas nuptias, tertias, vel ulteriores, quia non tanta requiritur honestas in viris, quanta in fœminis: ita idem Sancius tom. 1. de matrimonio. lib. 7. disput. 89. num. 54. & disput. 91. num. 34. idem colligitur ex doctissimo Barbosa tom. 2. initio, p. 1. num. 98. ff. soluto matrimonio, ubi late probat, non requiri tantam pudicitiam in viris, & honestatem, quantum in fœminis.

Dubitabis etiam, an legatum relictum à viro vxori viduæ sub hac conditione, si cum filiis meis commorata fueris in domo mea; amittat illa per transitum ad secundas nuptias? Respondeo affirmatiè. Primo, quia per ea verba censemur interdictæ secundæ nuptiæ, habent enim tunc filii iustum causam separandi se ab habitatione matris, & per illos non stetit. Secundo, quia, dum vir relinquit legatum vxori, propter habitationem cum filiis, videtur filiorum speciali educationi prospicere, quam eis mater date non poterit, si secundò nubat, & per extraneas domos illam sequantur. ita Sancius tom. 2. de matrimonio. lib. 7. disput. 91. num. 21. & idem dicendum est de hac conditione, si legitum meum custodieris, quia tunc non servatur in uolatus torus prioris coniugij: ita idem Sancius dict. disput. 91. num. 23. Mantica de conjecturis ult. vol. lib. 11. tit. 19. num. 25. & alij, quos ille ibi allegat, patetque ex Authentic. de non eligendo secundonubentes, §. cum igitur.

Sed quid, si legatum fuerit relictum alicui fœminæ, quæcumque illa fuerit, sive vidua, sive non vidua, à quacunque persona illi fuerit relictum, sive propinqua, sive non propinqua, sub hac conditione, si castè, & honestè vixeris? Respondeo, non posse eam in conscientia legatum accipere, sed teneri in conscientia illum restituere cum omnibus fructibus suis à die acceptationis, si iam accepit, si castè, & honestè non viuat, patet hoc expressè ex Authentic. cum relictum, C. de iustitia viduitate, & docet Molina tom. 1. de iust. disput. 96. fine. Sancius tom. 2. de matrimonio. lib. 7. disput. 91. num. 3. Nauattus in summ. Lat. cap. 23. num. 62. Azeuedo lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 4. num. 18. Sylvestr verb. legatum 2. ad finem. Graffis decis. aurear. 1. part. lib. 2. cap. 11. num. 57. Ludouicus Lopez 1. part. Instruct. cap. 295. col. 13. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 56. num. 2. in commento. Beia in summ. casu 41. §. nibilominus tamen. Ratio est, quia prædictæ conditions sunt talis naturæ, sine quibus id non relinquatur: ergo si non seruentur, non potest legatum relictum accipi, aut acceptum retineri; voluntas enim testatoris, & legatoris est omnino implenda, & de iustitia tenetur legataria conditions implere

## 550 De translat. dominij per vlt. volunt.

implere propter contractum innominatum, do, ut facias, seu, lego, & instituo te hæredem, ut hoc facias.

33. Nec refert, quod oculè fornicetur, & non seruet conditionem, quia cum hæc conditio non sit pœna ad forum externum pertinens, non requiritur publicitas, aut probatio delicti in illa; imò hæc non est pœna, sed pura conditio, ut bene animaduertit Sancius inductus num. 4. Fumus verb. pœna, num. 1. ad finem. Cenedo collectan. 154 ad Decretales, num. 9. Azeuedo lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 4. num. 19. Veiga lib. 2. summ. casu 32. & casu 9. & lib. 1. cap. 94. casu 2. ad finem. Vnde non est audiendus Menchaca de success. creatu. in prefat. lib. 1. num. 931. qui, ut ait Sancius, solus contra omnes ausus est contrarium affirmare, sibi persuadens, ad amittendum legatum, & non acquirendum, hoc esse puram pœnam, & requirete probationem externam.

34. Inquires igitur, an hoc legatum amittatur, & non requiratur per unicam tantum fornicationem? Respondeo, amitti, si relictum sit à marito vxori sue viduæ, vel à mariti filiis, quamvis sint ex diuerso coniugio, & matre, vel à consanguineis tam ex parte viri, quam ex parte viduæ, vel ab alio quoque atq[ue] c[on]fissimo amicitie vinculo coniuncto tam viro, quam viduæ, cuius interest viduam illam omnimodam castitatem servare, & qui dehonestantur per illius fornicationem; satis enim est, tunc unica fornicatio, ut legatum in conscientia amittatur, & non recuperetur per redditionem ad meliorem frugem. ita idem Sancius tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disputatione 91. num. 23. Contra uicias in epitom. 2. part. cap. 6. 6. 8. num. 17. vers. undecimo. Nauattus in sum. Lat. cap. 23. num. 62. Sylvest. verb. legatum 2. in fine. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 188. n. 12. Lop. 1. part. instruct. cap. 193. col. 13. Veiga lib. 2. summ. cap. 32. casu 9. Manrica de coniectur. vlt. voluntatis, lib. 1. tit. 19. num. 35. Fundamentum est, quia unicus actus furandi sufficit, ut quis dicatur latro; unicus raptus, ut quis nominetur raptor; unica inebriatio, ut dicatur ebrius; ergo etiam unica fornicatio, ut quis dicatur fornicator, vel fornicatrix. Non tamen sufficit unica negotiatio, ut quis dicatur negotiator, nec unica citharizatio, ut quis dicatur citharcedo, nomina enim verba delicia importantia, unico contenta sunt actu, ut denominated suos actores; nomina autem importantia artem, vel officium, requirunt plures actus. Cum ergo in honeste vivere, sit nomen verbale importantis delictum, unicum tantum actum petet. Secundò, quia quamvis quænta verborum proprietate ea verba castè, & honestè vivere, habitum sonent, tamen ex tacita testatoris, & legatoris mente, qui grauitet ea fornicatione offenditur, colligitur aperte contrarium; unde quia ex illa, idem est castè vivere, ac seruare castitatem, perspicuum est, illam non seruare eam feminam, quæ semel fornicatur.

35. Non perditur tamen legatum in foro conscientia per unicam fornicationem, si relictum sit à quolibet alio extraneo, cuius non interest obseruatio omnimoda castitatis in legatoria, tunc enim aliqua aequaliter frequentia requiretur, & una tantum non sufficiet, ut bene notat Sancius dict. tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disputatione 91. num. 33. & ratio est, quia præfatae conditions, si castè, & honestè vixeris, frequentiam ex se important, & aliunde non apparet indicium, & vrgens aliqua coniectura, ex qua coniunctionem, specialem castitatem requirere testatorem in feminam, ut per unicum actum legatum amittat, cum sit extraneus, ac remotus.

Nou etiam amittitur in conscientia legatum, ut supra diximus, per unicam fornicationem, si vxor moriens leget aliquid marito sub predicta conditione castè, & honestè vivendi, aut à consanguineis vxoris, vel à quoconque alio ei relinquatur, quia non requiritur tanta honestas, & castitas in hominibus, quanta in feminis, ita Sancius tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disputatione 91. num. 34.

Rogas adhuc, an legatum relictum feminæ sub ea conditione, si castè, & honestè vixerit, amittat illa in conscientia per oscula, amplexus, & alios actus impudicos, & in honestos? Respondeo, non amitti per unicum, vel alterum actum huiusmodi, quia etiæ tales actus contrarij sint pudicitiae, & honestati viduali; tamen cum non sint actus consummati in genere impudicitiae, sed inchoati, & præiuæ dispositiones ad impudicitiam, non denominant simpliciter feminam in honestam, & impudicam, sed inchoatiè tantum. Secus, quando feminæ sepe in hos actus laberetur, ut iudicio boni viri possit dici impudicè, & in honeste vivere, ita docet Ludouicus Lopez 1. part. instructory, c. 293. col. 13. Sancius tom. 2. de matrimonio, lib. 7. disputatione 91. num. 40. quamvis Nauattus in sum. Lat. cap. 23. num. 91. initio. & in Hispania, cap. 28. in additionib. ad num. 67. in ea sit sententia, ut dicat, non amitti hoc legatum, nisi per copulam, & loquitur expressè de legato relicto à viro vxori proprio.

### De legatis modalibus.

38. Hæc, quæ haec tenus dicta sunt, intelliguntur de legatis conditionalibus; quoad modalia vero dubitatur, utrum legatum relictum feminæ, ut nubat, seu ad nubendum, mortua illa ante nuptias transmittatur ad ipsius hæredes, an potius cedat hæredibus testatoris, seu legatoris? Bartolus ad 1. quibus diebus, §. Terminus, num. 13 ff. de condit. & demonstrat. & alij, quibus accedit Contra uicias ad cap. nos quidem, de testam. num. 11. existimant cedere hæredibus testatoris. Sed sane Bartolus prædictum legatum accipit in sensu conditionali, ac si relictum fuisset puellæ sub hac forma, si nubat, & forte alij similiter illum sequentes, ita accipient, quo casu verum est deficiente conditione cedere hæredibus testatoris, vtique si non relinquebatur intuitu pietatis, nam si hoc intuitu relictum fuerit, etiam si puella à testatore designata, ac nomina moreretur, dandum esset legatum alteri puellæ pauperi in matrimonium collocandæ, ut pia testatoris intentio effectum habeat, ut supra iam diximus, cum de legatis piis ageremus. ita Panormitanus ad cap. nos quidem, de legatis, & alij communiter.

39. At nos supponimus, legatum fuisse modale sub hac forma relictum, ut nubat, seu ad nubendum, ut Monialis sit, seu ad ingrediendum Religionem. & ideo resolutius cum Ioanne Medin. de rest. quæst. 24. & cum Molina tom. 1. de iustit. disputatione 249. §. dubium est secundo, & communis Doctorum sententia, in proposito casu, deferendum esse prædictum legatum hæredibus puellæ, etiam si aliunde ex pietate ei relictum sit. Ratio est, quia modus non suspendit actum, ob idque mortuo testatore statim ius, & dominium talis legati trahiuit ad legatariam, etiam si adhuc modus, id est, nuptiæ penderent, ac proinde licet illa moreretur antequam nubet, aut antequam Monialis fieret, & Religionem ingredetur, iam transmittetur illud ius ad suos hæredes, idque quamvis testator dicat in testamento, ut pecunia

cunia deposita sit in manu alicuius tertij, quodvsque legataria nubat, aut Monialis fiat, iuxta Molinam citatum. Quo pacto autem sit discernendum, fuerit ne modale legatum, an conditionale, resolues per ea, quae tradidimus cap. 8. lib. 1. de contractibus in genere. vide quae diximus lib. hoc 6. cap. 3. num. 33. & 37. & præcipue per ea, quae diximus dicto cap. 8. de contractibus in genere. vbi hoc punctum satis tractauimus.

40. Grauis dubitatio hic est, an validum sit legatum, vel hæreditas, quam testator reliquit ei, qui sibi testamentum fecit, aut scripsit? Et communiter resoluunt Doctores non esse validam institutionem, in qua defuncti testatores instituunt hæredes eos, qui sibi testamenta scribunt, & consequenter dicunt non valere legata in eo testamento sibi reliqua, neque obstat quod id constet, & testator in testamento dicat scribentem à se rogatum, & vocatum testamentum suum scripsisse, & quod ipse testator coram testibus de manu sua propria illud tradat tabellioni approbandum, & dicat de illius mandato scriptum fuisse, quoniam ea declaratio, & protestatio non operatur, nec potest oportari valorem prædictæ institutionis, aut legati, & solum liberat hæredem, vel legatarium scribentem, à pena falsi. Quod constat ex prohibitione Senatus consulti Libonian, in quo cautum est, ne quis sibi aliquid scribat in testamento, quod ad rogationem testatoris scribit, l. 1. & per totum, C. de his, qui sibi scribunt in testam. & l. si quis legatum, cum multis alijs. ff. ad legem Corneliam de falsis. quae prohibitio est absoluta, & comprehendit omnes personas scribentes, etiamsi scribens sit filius Clericus, vt resoluit Reinosus obseruatio. 42. n. 10. & 14. Imò, etiamsi sit frater, vt testatur Antonius à Gama decision. 69. ad finem, ex textu in l. Deo, ff. ad legem Corneliam de falsis. Quod autem illæ protestationes, & declarationes solum liberant scribentem à pena falsi, & non valident prædictum testamentum, aut legatum, docet idem Reinosus citatus num. 20. Alexander conf. 147. num. 6. lib. 2. Vallascus consult. 178. num. 12. Barbosa in priuatis annotationibus ad textum in l. paris, & filij, num. 2. ff. de vulgari. Et quidem de hac re pro foto exteriori non dubito stando in iure communi, puto tamen aliud dicendum esse in foto interno.

## S V M M A R I V M.

De legatis relictis pro maritandis fœminis honestis. An possint dari viuis secundò nubentibus? An iam maritatis? An ingredientibus Religionem? An fœminis vnicam tantum fornicationem committentibus?

40. An legata pro maritandis fœminis honestis relictis possint dari ijs, qui vnicam tantum fornicationem admiserunt, cùm testatores non explicant, quod sint virgines.  
Et quid si sint consanguineæ testatoris, an non sint? ibid.  
41. An possint dari huiusmodi legata fœminis anteratam nubilem.  
42. An viuis honestis secundò nubentibus.  
43. An iam maritatis.

Quid si verba testamenti ita dicant: Denur mille pro dotandi pueris, an tunc possint dotari iam nuptæ. ibid. & dicto n. 42.

44. An possint dari fœminis ingredientibus Religionem.  
45. An possint dari fœminis, que monasterium ingrediuntur, quando testator legata relinqui pro aliquibus certis fœminis maritandis, quas in testamento nominat, sive sint consanguineæ, sive non.  
46. Quid, si ex coniecturis constet testatorem intellectus de nupijs carnalibus.  
47. Quid, quando puella à testatore nominata obiit, an possit dari alteri non nominatae volenti ingredi Religionem.  
48. Quid si testator dicat: Relinquo Petro centum, si cum Bertha matrimonium contrahat, an tunc comparet Bertha legatum Religionem ingrediens.  
49. An legatum relictum fœmina, vel viro, si Religionem ingrediatur, eis debeatur, si Religionem ingrediantur, & intra annum probationis, vel ante professionem egrediantur, & n. 50.  
51. An persona nominata pro executrice alicuius testamenti, postquam officium acceptavit, possit executionem alteri renuntiare, quando ex coniecturis constat, defunctum industram, & curam particularē illius elegisse, & num. seqq. usque ad 58.

**I**N VETERATA, & laudabilis consuetudo est apud piros, & fideles Catholicos, loca pia, & hospitalia, & domos misericordiae dotare, & edificare de bonis suis, in quibus pia opera erga pauperes, aduenas, & peregrinos exerceantur: non ita apud nostri temporis nouatores, qui obliti consilij D. Pauli ad Hebreos 13. initio, charitas fraternalis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam Angelos hospitio receptis, alludens ad Abraham, qui propter hospitalitatem erga peregrinos, Angelos Dei peregrinorum habitu meruit excipere, Genesess 12. Sed isti bibones, heluones, nati abdомini suo, quorum deus venter est, & guttas iminici crucis charitatis, & hospitalitatis Christi, ventrem curant, hospitalitatem non curant; nec mirum, sunt enim nati ad destruendum, non ad edificandum in Ecclesia Dei, & ideo extra illam, non intra sunt. Nonnulla hospitalia ex his obligationem habent iniunctam ab institutoribus, & dotatoribus, vt singulis annis tot fœminas honestæ vitæ, ac pauperes matrimonio collocent, assignata certa dotæ. Dubitate vidi sèpe, an hoc legatum relictum pro maritandis fœminis bona, & honestæ vitæ, ac fœmæ, non explicando, quod sint virgines, aut puellæ, possit dari fœminæ vnicam tantum fornicationem admittendi? Et ratio dubitandi erat, quia iuxta doctrinam superiùs traditam, dicendum videbatur, perdere illas prædictum legatum per vnicam fornicationem, si relinquatur fœminis consanguineis ex familia testatoris, atque dotatoris, quia ad illius honorem pertinebat eas castitatem, & omnem honestatem seruare; non tamen id curandum esse in aliis fœminis extraneis, qui illarum integra, & omnimoda honestas non usque ad eadē pertinet ad honorem prædictæ familie.

Resolutum tamen fuit per viros doctos, re bene considerata, non amittere illas, sive sint consanguineæ, sive extraneæ huiusmodi legata per vnam, aut alteram fornicationem seceram, & posse ad illa eligi ab administratoribus hospitalium, & reliquis testamen

## 552 De translat dominij per vlt volunt.

testamentariis, & sic tuta conscientia posse distibui inter huiusmodi foeminas, tam cōanguineas, quam non consanguineas. & hanc opinionem tenet Sancius tom. 2. de matrimon. lib. 7. disp. 91. num. 36. Fundamentum est, quia huiusmodi legata non relinquuntur alicui speciali foemina designata a testatore, vt inde colligamus, & coniecutur faciamus, desiderasse in illa testatorem specialem honestatem prospiciendo honori sanguinis, & cognationis suæ, sed relinquuntur consanguineis in perpetuum, quæ iam extra quartum gradum habentur velut extraneæ, nec fornicatio eatum resultat in considerabilem infamiam, aut dedecus testatoris. Adde, prædictas consanguineas in ea electione solùm ius præstationis habere, nam illis deficentibus, legata sunt distribuenda extraneis, ac proinde, cum sub iisdem verbis legata relicta sint pro foeminis maritandis absolute, non videtur maior castitas exigi in consanguineis, quam in extraneis ad prædicta legata obtinenda, distribuenda, & tuta conscientia retinenda, & ita sub his terminis loquuntur meo indicio illi auctores, quos citat allegatus Sancius num. 31. veluti Ancharranus in cap. unico, de vita, & honestate clericor. in 6. num. 1. post quartum notabile. Azuedo. lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 4. num. 19. & alij.

Legatum autem relictum pro foeminis maritandis, peti non potest ante ætatem nuptiis habilem, quia opus est, vt instet causam ob quam legatum relictum est: ea autem ætas est 12. annis, & deinceps in foeminis: ita docet Sancius tom. 2. lib. 7. de matrimon. disp. 2. num. 61. & 62. Mantica de coniecturis ultime volunt. lib. 11. tit. 25. num. 1.

**42.** An huiusmodi legata conferti possint viduis secundò nobentibus, dubitatum etiam fuit, & resolutum per vitos doctos, non posse, quia testatorum, & legantium verba de solis primis nuptiis intelligenda sunt. ita docet Mantica de coniecturis ult. vol. lib. 11. tit. 21. num. 5. Sancius citatus num. 55. Rossella verb. adulterium, n. 6. quidquid dicat Syluest. verb. legatum 1. quest. 5. num. 9. vbi ait posse id legatum dari secundò nubentibus, sed intelligendus est Sylvest in defectum nubentium pueratum, negat tamen idem Sylvest dari posse tertio, & quartò nubentibus, cuius tñi non video fundatum, si enim secundò nubentibus, iuxta illum, dari potest, cur non tertio, & quarto. Sancius citat ibi multos pro se, velut Baldum, Tiraquellum, & alios.

**43.** An possit dari iam maritatis, inquires? Respondeo, non posse, quia reuera illæ non sunt maritandas, & huiusmodi legata relicta sunt pro foeminis maritandis. ita Sancius dicit, tom. 2. de matrimon. lib. 7. disp. 91. num. 64. Baldus in 1. finali, num. 11. C. de sent. qua sine certa quant. Lopus in cap. per vestras, de donis. inter virum. & uxorem, notab. 3. §. 12. n. 8. Petrus lib. 5. ordin. tit. 2. lib. 1. fol. 79 vers. dubium est. Iason in 1. quominus, num. 133. versic. quinto pro eadem parte ff. de fluminibus. Si tamen verba testatoris ita dicant, dentur mille; v. c. ad puellas doctandas, & non dicat maritandas, possunt legata conferti iam nuptis sine dote, vel cum parua dote, quia adhuc subest causa pia, & vera necessitas oneris coniugij sustinendi, in cuis præcipuum finem illa milia destinata, & relicta fuerunt, & vere illud est dotare foeminas. ita sentiunt Baldus nouellus de dote, part. 5. num. 12. Iohannes Lupus, num. 79, & loco modo assignato, Sanciusque num. 62.

**44.** An possit dati foeminas ingredientibus Religionem? Respondeo primo, si legatum, vel legata relinquantur absolute pro puellis, vel foeminis ma-

ritandis, minimè posse dari, ac diuidi inter eas, quæ Religionem ingreditur, quia tunc non impletut legatum in forma certa, & determinata per scripta à testatoribus. Secundo, quia legatum fuit tunc relatum pro incertis foeminiis maritandis, & non pro aliqua certa, determinata, ac designata à testatore, cui voluit specialiter fauere, ac proinde nulla manet coniectura affectus specialis, ob quam iudicemus voluntate testatore illi specialiter fauere, vt insperata, & considerata memet testatoris, dicamus, fore illum contentum, vt talis eleemosyna illi donetur, si Religionem ingreditur, vel in donem, vel in iuueni dotis, ac proinde extra voluntatem testatoris, & legatoris erit id ipsum illis dare, qui Religionem ingrediantur. sic Sancius tom. 1. de matrimon. lib. 1. disp. 33. num. 32. Iohannes Lupus in cap. per vestras de donis. inter virum, & uxor notab. 3. §. 12. num. 20. Gutierrez de quest. canonice. cap. 32. num. 1. Menochius de presump. lib. 4. presump. 148. à num. 13. usque ad 16. patet ex 6. sed & hoc presenti, Authentic. de sacros. Episcop. collat. 9. & Authentic. nisi rogati, ad Senat consult. Tebellian. docet etiam Sylvest in verb. legatum 1. quasi. 9. Ratio est primò, quia præsumit ius, fore vt idem testator disponeret, si de Religione meminisset Religionis fauore, & ita in optimâ præsumptione testatoris fundata est dispositio Authenticæ allegata, iuxta Couarruianam, Menochium, & Molinam. Secundo, quia ex quo certam, vel certas foeminas nominavit, designauitque, visus est ex speciali affectu, & fauore in illas, hoc fecisse, voluntateque illis fauere, quantum potuit, & sub nomine matrimonij intellectisse etiam matrimonium spirituale, quale fit per professionem Religionis, posuisseque remunum matrimonij, tamquam demonstratio status, non tamquam præcisa, & mera conditio. Nec obstat, quod legatum sit adeò exiguum, vt non sufficiat ad integrum donem monasterij, sufficit enim, quod sufficiat, tamquam pars ipsius donis, & quod modis omnibus voluit testator foeminas à se designata fauere in ordine ad statum competenter, sive Moniale, sive matrimoniale.

**45.** Ex quo constat primò, vbi coniectura sunt, testatorum de nuptiis carnalibus intellectisse, non consequi legatum foemina Religionem ingredientem, quia cessat præsumptio voluntatis illius. Prima autem coniectura ad intelligendum præfatum testatorem de nuptiis tantum carnalibus, non spiritualibus intellectisse, est, quando legavit foeminas, vt nubat personæ certæ, v. c. Petrus, tunc enim intellecti nequit de nuptiis spiritualibus, & sic puella Religionem ingrediens, non obtinebit legatum. ita docet Baldus nouellus de dote, part. 6. præleg. 77. num. 3. Couarruianus in cap. 3. de testam. num. 11. vers. sexio ex proxima. Mantica tit. 18. de coniecturis volunt. lib. 11. num. 26. Menochius de presump. lib. 4. presump. 148. num. 23. Gutierrez de quest. canonice. lib. 1. cap. 32. num. 17. Sancius tom. 1. de matrimon.

## 554 De translat. domini per vlt. volunt.

ceptionem dimittere officium testamentariorum, executionemque testamentorum; ipsa autem erat testamentaria, simulque poterat non acceptare, & post acceptationem dimittere vocationem, & administrationem maioratus; & tunc casu, quod illam dimitteret, obligatio implendi testamentum, consequenter pertinebat ad hæredem, & ad Episcopum deficiente hærede, ut supra diximus.

53. Nihilominus respondi, ante acceptationem potuisse iam dimittere, & non acceptare tam vocationem ad administrationem maioratus, quam officium testamentaria: at post acceptationem, minime id facere potuisse.

Primo, quia institutor huius maioratus, & testator huius testamenti, quantum ex narratione causa intelligi potest, quæfuit antecedenter industriam, & fidelitatem personæ particularis, & specialis, quæ illius testamentum, & distributionem operum caritatis, quæ in eo fieri præcipiebat, prudenter, & fideliter exequeretur, & quando industria personalis alicuius personæ specialis eligitur ad rem aliquam faciendam, executionique mandandam, non potest persona electa post acceptationem electionis, dimittere acceptationem, præcipue re iam inceptra, ut est communis Doctorum opinio, & docet Innocentius in cap. finali, de officio legati. Sancius lib. 8. de matrimonio. disp. 27. num. 2. ¶ 25.

54. Et non solum procedit hoc in litibus, & materia iurisdictionis, atque adeo in electione iudicium, sed etiam in materia legatorum pietum, in qua sumus, quia tunc persona electa, electionemque acceptans, si postea dimittat executionem acceptatam, decipit personam eligentem, quæ de illius prudentia, & personali industria negotium confidit. ita glossa in cap. Religiosi, verb. expresserit, de testam. in 6. Sancius inductus num. 15.

55. Secundo, quia soror ista vocata post mortem fratris instituentis acceptauit hanc hæreditatem, & administrationem huius maioratus sub conditione diuidendi bona, quæ superfluerent ex edificatione capellæ competentis ad sepulturam testatoris, inter pauperes cognatos ipsius testatoris, & in praesidium pauperum, atque adeo tertij, non potest illa dimittere hanc administrationem, & hæreditatem absque consensu prædictorum pauperum cognitorum, de quorum præjudicio agitur, hæredi, & administratori statim post eam proximè successu, quia pauperes consanguinei post illius acceptationem, tamquam personæ interessentes ius acquisierunt ad meliorem distributionem, & perspicuum est, meliorem posse illos eam sperare, de illa, ut pote pia, femina, vetula, dives, exercita in operibus pietatis, quæ bona sua iam expendebat in pauperes) quam de hærede proximè successu, iuuene, & vxorato, post hanc enim acceptationem illius, acquisierunt omnes ius in hanc meliorem distributionem faciendam per illius personam, & non per aliam. ita Molina tom. 1. de iustis. tract. 2. disp. 2. verf. quando. Antonius Gomez tom. 1. variar. cap. 12. n. 8. patet ex 1. si pariem, §. si per fundum, ff. quemadmodum seruit, & quamvis omnes partes interessentes in hanc dimissionem consentiant, adhuc firmiter asserto, non posse illam tutu conscientia eam facere, quia deficit in fidelitate tacite per acceptationem promissa.

56. Tertio, quia post acceptationem videretur celebrari contractus quidam inter illam, & defunctum, innominatus, qui reduci potest ad hanc formam, id est, das, ut faciam, & ideo accepto honorem testamentaria, & utilitatem prouentuum maioratus

post hos quinque annos mihi euenturam, & me obligo ad exequendas conditiones, quas mihi imponis, egoque accepto; quare teneatur illa prædicto stare contractu, contractus enim solùm per eisdem personas tollitur, per quas sit. ita Molina tom. 2. de iustis. disp. 37. Antonius Gomez tom. 1. variar. cap. 2. num. 31. Quare cum hic contractus sit factus ex voluntate utriusque, & post ipsius instituentis mortem iam non detur voluntas, non poterit illa ab eo resilire. Nec obstat, quod illa acceptauit etiam post illius mortem, nam iam sibi constabat de defuncti voluntate, quam illa perinde ac si esset viuus acceptauit.

Quarto, quia uniusquisque potest ponere in rebus suis conditions licitas, quas voluerit, l. in remandata, C mandati, I. non usque adeo, ff. si quis à parente fuerit manumissus. Ordinatio Lusitana, in nouis lib. 4. tit. 52. regulæ iuriis communis: Quos honoro, grauo, & quos volo, sine iniuria excludo. Testator autem pro vita huius sororis, quæ acceptauit executionem sui testamenti, & administrationem huius maioratus, exclusit proximè illi subsecuturum, & ideo pro illo tempore vita prædictæ sororis, erat ille ex voluntate testatoris inhabilis ad succendum in tali maioratu.

Nec obstat, quod quis potest dimittere ex suo, quod voluerit, quia id intelligendum est de bonis illis, quæ carent ratione contractuum, & quæ causent præjudicio tertij. Quare mihi extra dubium est, non potuisse huiusmodi legatariam in præfatis terminis dimittere hanc eutam, & administrationem acceptatam, & ita subscripterunt Patres nostræ Societatis grauissimi, & literatissimi, & Doctores externi.

## CAPUT VI.

Ad quem pertineat visitatio hospitalium, & locorum piorum, ad iudices ne Ecclesiasticos, an ad saeculares?

1. Ad quem iudicem pertineat visitare hospitalia fundata à laicis de ipsorum bonis, ad iudices ne Ecclesiasticos, an ad saeculares.

2. Quid in hac re disponat ius Lusitanum.

3. Quid Concilium Tridentinum, & ius Canonicum.

4. Dispositio iuriis Lusitani directè aduersatur dispositioni Concilij Tridentini.

5. Episcops tenetur in conscientia hospitalia, & loca pia visitare, & aconomos remouere, si eorum bona dotalia dilapident: & consequenter ab eis ratiocinia petere, & num. 6.

7. Non suspenditur executio, si huiusmodi acomi, & administratores hospitalium per instrumentum grauaminu appellauerint in Lusitania ad indicem facultarem Coronæ Regie.

8. Quid si fundatores in fundatione, & testamento dicant se nolle ut Episcopi loca pia à se fundata visitent.

9. Potest quis disponere de bonis suis, prout volueret.

10. Hospitalia, quæ sine autoritate Episcoporum adificantur, licet non sint loca Religiosa, quæ gaudent immunitatem, sunt tamen loca pia.

11. An Episcopi possint visitare ea hospitalia, loca pia, & domos misericordia, quæ sunt sub immediata protectione Regis.

12. Quando

## 554 De translat. domini per vlt. volunt.

ceptionem dimittere officium testamentariorum, executionemque testamentorum; ipsa autem erat testamentaria, simulque poterat non acceptare, & post acceptationem dimittere vocationem, & administrationem maioratus; & tunc casu, quod illam dimitteret, obligatio implendi testamentum, consequenter pertinebat ad hæredem, & ad Episcopum deficiente hærede, ut supra diximus.

53. Nihilominus respondi, ante acceptationem potuisse iam dimittere, & non acceptare tam vocationem ad administrationem maioratus, quam officium testamentaria: at post acceptationem, minime id facere potuisse.

Primo, quia institutor huius maioratus, & testator huius testamenti, quantum ex narratione causa intelligi potest, quæfuit antecedenter industriam, & fidelitatem personæ particularis, & specialis, quæ illius testamentum, & distributionem operum caritatis, quæ in eo fieri præcipiebat, prudenter, & fideliter exequeretur, & quando industria personalis alicuius personæ specialis eligitur ad rem aliquam faciendam, executionique mandandam, non potest persona electa post acceptationem electionis, dimittere acceptationem, præcipue re iam inceptra, ut est communis Doctorum opinio, & docet Innocentius in cap. finali, de officio legati. Sancius lib. 8. de matrimonio. disp. 27. num. 2. ¶ 25.

54. Et non solum procedit hoc in litibus, & materia iurisdictionis, atque adeo in electione iudicium, sed etiam in materia legatorum pietum, in qua sumus, quia tunc persona electa, electionemque acceptans, si postea dimittat executionem acceptatam, decipit personam eligentem, quæ de illius prudentia, & personali industria negotium confidit. ita glossa in cap. Religiosi, verb. expresserit, de testam. in 6. Sancius inductus num. 15.

55. Secundo, quia soror ista vocata post mortem fratris instituentis acceptauit hanc hæreditatem, & administrationem huius maioratus sub conditione diuidendi bona, quæ superfluerent ex edificatione capellæ competentis ad sepulturam testatoris, inter pauperes cognatos ipsius testatoris, & in praesidium pauperum, atque adeo tertij, non potest illa dimittere hanc administrationem, & hæreditatem absque consensu prædictorum pauperum cognitorum, de quorum præjudicio agitur, hæredi, & administratori statim post eam proximè successu, quia pauperes consanguinei post illius acceptationem, tamquam personæ interessentes ius acquisierunt ad meliorem distributionem, & perspicuum est, meliorem posse illos eam sperare, de illa, ut pote pia, femina, vetula, dives, exercita in operibus pietatis, quæ bona sua iam expendebat in pauperes) quam de hærede proximè successu, iuuene, & vxorato, post hanc enim acceptationem illius, acquisierunt omnes ius in hanc meliorem distributionem faciendam per illius personam, & non per aliam. ita Molina tom. 1. de iustis. tract. 2. disp. 2. verf. quando. Antonius Gomez tom. 1. variar. cap. 12. n. 8. patet ex 1. si pariem, §. si per fundum, ff. quemadmodum seruit, & quamvis omnes partes interessentes in hanc dimissionem consentiant, adhuc firmiter asserto, non posse illam tutu conscientia eam facere, quia deficit in fidelitate tacite per acceptationem promissa.

56. Tertio, quia post acceptationem videretur celebrari contractus quidam inter illam, & defunctum, innominatus, qui reduci potest ad hanc formam, id est, das, ut faciam, & ideo accepto honorem testamentaria, & utilitatem prouentuum maioratus

post hos quinque annos mihi euenturam, & me obligo ad exequendas conditiones, quas mihi imponis, egoque accepto; quare teneatur illa prædicto stare contractu, contractus enim solùm per eisdem personas tollitur, per quas sit. ita Molina tom. 2. de iustis. disp. 37. Antonius Gomez tom. 1. variar. cap. 2. num. 31. Quare cum hic contractus sit factus ex voluntate utriusque, & post ipsius instituentis mortem iam non detur voluntas, non poterit illa ab eo resilire. Nec obstat, quod illa acceptauit etiam post illius mortem, nam iam sibi constabat de defuncti voluntate, quam illa perinde ac si esset viuus acceptauit.

Quarto, quia uniusquisque potest ponere in rebus suis conditions licitas, quas voluerit, l. in remandata, C mandati, I. non usque adeo, ff. si quis à parente fuerit manumissus. Ordinatio Lusitana, in nouis lib. 4. tit. 52. regulæ iuriis communis: Quos honoro, grauo, & quos volo, sine iniuria excludo. Testator autem pro vita huius sororis, quæ acceptauit executionem sui testamenti, & administrationem huius maioratus, exclusit proximè illi subsecuturum, & ideo pro illo tempore vita prædictæ sororis, erat ille ex voluntate testatoris inhabilis ad succendum in tali maioratu.

Nec obstat, quod quis potest dimittere ex suo, quod voluerit, quia id intelligendum est de bonis illis, quæ carent ratione contractuum, & quæ causent præjudicio tertij. Quare mihi extra dubium est, non potuisse huiusmodi legatariam in præfatis terminis dimittere hanc eutam, & administrationem acceptatam, & ita subscripterunt Patres nostræ Societatis grauissimi, & literatissimi, & Doctores externi.

## CAPUT VI.

Ad quem pertineat visitatio hospitalium, & locorum piorum, ad iudices ne Ecclesiasticos, an ad saeculares?

1. Ad quem iudicem pertineat visitare hospitalia fundata à laicis de ipsorum bonis, ad iudices ne Ecclesiasticos, an ad saeculares.

2. Quid in hac re disponat ius Lusitanum.

3. Quid Concilium Tridentinum, & ius Canonicum.

4. Dispositio iuriis Lusitani directè aduersatur dispositioni Concilij Tridentini.

5. Episcops tenetur in conscientia hospitalia, & loca pia visitare, & aconomos remouere, si eorum bona dotalia dilapident: & consequenter ab eis ratiocinia petere, & num. 6.

7. Non suspenditur executio, si huiusmodi acomi, & administratores hospitalium per instrumentum grauaminu appellauerint in Lusitania ad indicem facultarem Coronæ Regie.

8. Quid si fundatores in fundatione, & testamento dicant se nolle ut Episcopi loca pia à se fundata visitente.

9. Potest quis disponere de bonis suis, prout volueret.

10. Hospitalia, quæ sine autoritate Episcoporum adificantur, licet non sint loca Religiosa, quæ gaudent immunitatem, sunt tamen loca pia.

11. An Episcopi possint visitare ea hospitalia, loca pia, & domos misericordia, quæ sunt sub immediata protectione Regis.

12. Quando

11. Quando clare non constat ea hospitalia, & loca pia non fuisse adificata, & fundata auctoritate Episcopi, credendum est illa fuisse adificata.  
*Que signa sufficient, ut credamus auctoritate Episcopi fuisse fundata.*
12. Quid Senatores Regi tempore Regis Lusitanie Alfonsi V. circa hoc negotium tenuerint.
13. Ordinatio Lusitania nullum praesidium potest habere in resolutione predicatorum Doctorum.
14. Repudiatur Gabriel Pereira.
15. An talis, & contribuciones ad Ecclesias residiendas facienda sint per homines ad id deputatos ab Episcopis, & Prelatis, an per officiales Camera, seu conuentus ciuilis populorum.
16. Resolutur facienda esse per ministros deputatos ab Episcopis.
17. Non possunt ministri seculares hoc impedire Episcopos, & n. 19.

1. **S**OLONT multi in suis testamentis bona sua relinquere, ut loca pia, & hospitalia, in quibus pia opera exerceantur, edificantur, illaque dotare, assignatis cum certo salario praefectis, seu economis, & administratoribus illorum. Dubium ergo est, ad quem pertineat ea visitare, & petere ab eis in locis econominis ratiocinia, eos removere, si officium suum non compleant, & alios loco illorum ponere, qui iuxta voluntatem defunctorum pie compleant praedicta pietatis opera, ad iudicem ne Ecclesiasticum, an ad secularem.

2. Ratio dubitandi oritur ex nostris Lusitanis Ordinationibus, in nouis, lib. 1. tit. 62. §. 39. quæ expressè aiunt, posse iudices, visitato resque Ecclesiasticos ratiocinia tantummodo petere ab economis hospitalium, Abergatiarum, locorum piorum, capellatum, & confraternitatum, quæ fuerunt erectæ, ac fundatae auctoritate Praælatorum; non tamen posse illos praedictos economos amouere ab officiis suis, aut punire, si inuenient eos non completere, nec satisfacere officio suo iuxta voluntatem defunctorum, nec posse eis dare scripta libertantia, (quitationes vocat Lusitani,) sed hoc pertinere ad iudices laicos. Nec similiter posse ea hospitalia, & loca pia visitare, quæ fuerint erecta, & fundata à personis laicis de bonis laicis sine auctoritate Episcoporum; sed hoc similiter ad iudices laicos spectare. & Authores Lusitani motdicus hanc ordinationem volunt defendere ex antiquissima Regni consuetudine, quæ vtinam daretur legitima, & legitimè introducta, cessarent enim tot contentiones, & lites, quæ quotidie inter iudices Ecclesiasticos, & seculares oriuntur.

3. In contrarium stat decisio expressa facta sancti Concilij Tridentini, & sacrorum Canonum sessioni 22. cap. 9. de Reformatione, quæ iubet, ut singulis annis administratores, & economi piorum locorum, tam Ecclesiastici, quam laici teneantur reddere rationem administrationis predicatorum locorum Ordinario suo, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, priuilegiisque in contrarium datis; quod si ex consuetudine, priuilegio, aut constitutione aliqua loci, aliis personis ad id deputatis ratio reddenda sit, tunc cum talibus deputatis adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter data liberations dictis economis, aut administratoribus, nihil eis suffragentur, & valeant.

4. Quoniam ob rem dispositio hæc huius Ordinationis directè aduersatur predicta sessioni Concilij Tridentini, & sessioni 7. capituli ultimi, de Reformatione, Fagundez de Iustitia, &c.

matione, & sessioni 25. cap. 8. quæ sine villa distinctione statuunt, directè pertinere visitationem omnium, & quorumcumque locorum piorum, quæ à laicis fuerunt fundata de illorum bonis absque villa Praælatorum auctoritate ad Episcopos, ut constat ex locis citatis, & tenent Doctores in cap. de xenodochijs. de religios. domib. qui manifestè assertunt, nomine piorum locorum intelligi quoque xenodochia, hospitalia, confraternitates laicorum hominum, de illorum bonis fundatas, ac gubernatas, in quibus opera pietatis, & charitatis perpetua exercentur; & hi sunt Aloysius Riccius in prædicta Neapolitana, resolut. 353. fol. 399. Speculum tit. de confit. edit. 5. nunc aliqua. num. 62. versic. ut scias. Alexander conf. 209. col. 1. vol. 2. Abbas in cap. finali. de testam. notab. 2. Cardinalis in cap. Ioannes. cod. tit. quest. 7. Baldus in l. id quod paup. quest. 21. C. de sacrofam. Eccles. Lapis in trattat. de canonic. portion. conf. 11. vers. quero. Petrus de Petilio cod. tit. 9. 72. Ancharranus in cap. audistis. q. 11. de restit. in integrum, & alij.

Supposito igitur, quod sint loca pia, ut probavimus, infert Federicus de Senis consil. 3. incipit, *Quæstio talis est. non solum posse Episcopos ea visitare, sed etiam ad id teneti, quod idem tenet Sylvestris verb. Hospitalis, num. 9. & verb. visita. §. ultimo. Zerola in prædicta verb. hospitalis, 1. §. ad 2. ubi addit posse Episcopos amouere etiam economos, & administratores hospitalium, & locorum piorum, positos à testatoribus, & fundatoribus, & alios loco ipsorum substituere, si ipsi non rectè officio suo functi fuerint, & bona hospitalium, locorumque piorum iuxta voluntatem testatorum non expenderint. Unde miror planè Cabedum 1. part. decisione 204. ausum fuisse assertare loca pia, & hospitalia instituta à laicis de bonis prophaniis sine auctoritate Episcopi posse visitari ab Episcopis quoad opera pia, posseque ipsos Episcopos inquirere, & examinare, an illorum economi, administratoresve expendant redditus illorum iuxta voluntatem testatorum, non tamen posse eos amouere, & alios loco illorum substituere, quia non subsunt Episcopo in visitatione, nisi tantum, quoad inquisitionem piatum operarum, non tamen, quoad punitionem, quod id ipsum docet Lusitana Ordinatio lib. 1. tit. 62. in fine, & addunt Cabedo, & nostra ordinatio, posse solum Episcopos visitare opera pia, non posse tamen petere ratiocinia ab ipsis economis, nec illis date schedulas libertantia, seu quitationis, ut vocant nostri Lusitani.*

Quod planè mihi validè mirum est, quia inutile protinus erit visitare opera pia, & videre an redditus expensi sint in illis iuxta ordinem, & voluntatem testatorum, fundatorumque, & non posse praedictos economos punire, & amouere, si opus fuerit, eisque date libertantia, & ratiocinia petere: quam ob rem non solum possunt Episcopi per se, & suos visitatores visitare huiusmodi hospitalia, amouere illorum economos, si male bona, & redditus illorum expendent, & illorum heredes, sed etiam eos aliter grauerter punire, & ab illis ratiocinia petere, & schedulas liberationis dare, ut præter Zerolam in prædicta verb. hospitalis. 1. part. §. quintum dubium, docet Matanta 6. part. tit. de Inquisitione. num. 154. & alij communiter.

Quod si huiusmodi economi, & administratores videntes se constringi, & obligari ad reddendam hanc rationem, & ratiocinia appellauerint, vel instrumento grauaminis usi fuerint contra prædictos

5.

6.

7.

care id, quod resolutum fuerat contra illam, quod id ipsum in simili contingentia responsum fuit à Rege Dionysio, & à Nicolao IV. summo Pontifice, ut constat ex ultimo quadraginta capitulorum, que tunc contra prædictum Regem Dionysium Prælati huius Regni coram summo Pontifice obtulerunt.

<sup>14.</sup> Ex quibus constat, nullum præsidium, nullumque fulcimentum posse huiusmodi ordinationem habere ex resolutione, & iudicio prædictorum Doctorum, quibus Rex Alphonsus V. id resoluendum commisit, siquidem statim Prælati reclamarunt. Constat etiam hanc Ordinationem non posse allegare pro se consuetudinem Regni, siquidem huiusmodi lex, & consuetudo habuit principium, & progressum coactuum ex parte ministrorum Regum, & involuntarium ex parte Episcoporum; quare hæc consuetudo verè, & propriè, consuetudo legitima dici non potest, sed violentia, & corruptela; fuit enim hæc consuetudo à principio cum violentia introducta, & cum eadem violentia continuata, & sustentata.

<sup>15.</sup> Constat denique similitet corruere fundatum, quo Gabriel Pereira in manu Regia, cap. 17. vult defendere, hanc dispositionem nostræ Ordinationis circa prædictam visitationem hospitalium pertinere ad ministros Regios, & sacerdotes; nam ille illam defendit ex concordata facta tempore Regis Dionysij inter Regem, Prælatos, & clerum Regni, ubi in articulo 10. ex quadraginta, qui Romæ oblati fuerunt summo Pontifici contra prædictum Regem per Prælatos huius Regni concordatum fuit, & iuslum, ut circa visitationem hospitalium, locorumque piorum seruauerit dispositio juris communis canonici, & boni mores; sed non animaduertit Pereira, iuxta ius commune Canonicum, ut supra ostensum est, non solum posse Episcopos visitare hospitalia, & loca pia fundata à laicis, ex proprio bonis laicis, quoad opera pia, sed etiam, quoad ratiocinia, ut latè probatum manet; non animaduertit deinde, eo tempore nondum extare Concilium Tridentinum, ut modò extat, disponens eam visitationem & quoad opera pia, & quoad ratiocinia ad Episcopos pertinere, ut supra vidimus num. 3. & 4. facit etiam Gabriel Pereira ibi mentionem alterius concordatae factæ tempore Regis D. Petri in suo num. 3. & alterius factæ tempore Regis D. Ioannis I. habitæ inter Reges, & Prælatos huius Regni; sed nullam illarum ostendit fuisse à summo Pontifice confirmatam, quod necesse omnino erat, iuxta cap. si diligenti de foro compet. & tuto eo titulo, ac proinde nihil probat.

<sup>16.</sup> Similitet sepe dubitatum fuit in hoc Regno, an talis, & contributiones ad Ecclesiæ reficiendas faciendas sint per Concilia, seu conuentus laicos, (Cameræ appellant Lusitanæ) an per ministros deputatos ab Episcopis, & Visitatoribus Ecclesiasticis, sive laicos, sive Ecclesiasticos: nam nostræ Ordinationes nouæ lib. 1. tit. 6. 1. num. 76. ad procuratores laicos Cameratum, seu conuentum ciuilium, & joci, ac virium, & Regimen seculare id spectare contendunt; quod est falsum omnino. Primo, quia, iuxta cap. ultimum, de censibus, & cap. omnes Basilice, & iuxta ipsum Gabrielem Pereiram de manu Regia, cap. 17. num. 12. ad Episcopos, & illum visitatores ex officio pertinet in visitationibus examine, atque inquire, an Ecclesiæ sint prouise de rebus necessariis ad diuinum cultum, & ordinatum, an sufficienter sint capaces necne ad capiendos parochianos: ergo etiam consequenter ad Fagundez de Iustitia, &c.

Illos pertinebit diuidere talias, & contributiones, illasque imponere iuxta possibilitatem Parochiarum, & per ministros à se designatos colligere, eosque ad id obligare, & constringere. Et ratio huius rei est,

<sup>17.</sup> Primo, quia omnia hæc respiciunt cultum diuinum, & bonum regimen Ecclesiæ, quarum cuta iuxta ius Canonicum pertinet priuatè ad Episcopos, & Prælatos, cap. omnes Basilice. 16. q. 7. Concilium Arelatense I. cap. 19. Hostiensis cap. ad audientiam de Ecclesiæ adficiand. colum. 1. Cardinalis ibi, quest. 2. Ancharranus ibi, num. 5. Rebuffus tratt. de decimis. quest. 6. num. 22. Scaccia lib. 1. de indic. cap. 1. num. 16. volum. 2. Ergo colligere has contributiones, ministrosque constituere ad illas colligendas, ad Episcopos spectat ex officio, non ad ministros laicos.

Secundò, quia huiusmodi contributiones fiunt ad fabricam Ecclesiæ, nomine enim fabricæ, venit non solum fabrica ædificij, cum de novo fabricatur, sed etiam reparatio, & reædificatio illarum, ornamenta, vasa sacra, libri & reliqua necessaria ad cultum Ecclesiasticum, ut docet Zetola in præs. Episcopali. 1. part. verb. Fabrica Ecclesiæ. n. 1. initio, & Concilium Tridentinum sess. 22. de reformat. cap. 9. Congregatio Cardinalium num. 78. iubent, ut Episcopi accipiant ratiocinationem pecuniae expensæ, & conquisitæ ad fabricam Ecclesiæ; in omni autem rigore iuris, cui pertinet accipere ratiocinia pecuniae distractæ, pertinet etiam illius talias, & contributiones facere per parochianos.

Tertiò, quia Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 9. de reformat. & speciatim sess. 21. cap. 4. & 7. concedit potestatem Episcopis, & Prælatis ad compellendos parochianos laicos, ut parochias reficiant, atque ad distribuendas, vti dixi, prædictas talias, si fuerint necessariae ad reparationem illarum, quod ex his metà fundamentis haec tenus à nobis iactis bene probat Pereira de manu Regia, c. 18. num. 8. & 9. & Rebuffus ja. tratt. de decimis. quest. 6. n. 12. quanvis ipse Pereira statim, ut animo suum ostendat in Ecclesiæ, conetur alia ratione satis debili Lusitanam ordinationem defendere.

<sup>18.</sup> Quam ob rem, ut ex dictis constat, non possunt indices sacerdotiales impedire Episcopos, & Prælatos, ne efficiant prædictas contributiones, & ne elegant personas, quæ illas per singulos parochianos distribuant, colligant, & collectas dispensent in id, quod necessarium fuerit ad reparandas, reficiendasque parochias; nam cum aliquid in iure alicui commititur, committuntur etiam omnia, quæ ad illius expeditionem, & finem necessaria sunt, l. quicunque, s. si ei, ff. de inst. alt. 1 penultima, ff. de usufructu. Nauarrus in princip. de pœnit. dist. 5. à num. 28.

19.

## CAPUT VII.

Vtrum ex testamento minus solemnis ex defectu solemnitatis ad valorem illius requisitæ possit hæres in illo institutus retinere in foro conscientia hæreditatem: an teneatur illam dimittere hæredibus ab intestato successuris.

<sup>1</sup> Refertur prima opinio affirmans, testamentum minus solemnis ex solemnitate ciuili valere

care id, quod resolutum fuerat contra illam, quod id ipsum in simili contingentia responsum fuit à Rege Dionysio, & à Nicolao IV. summo Pontifice, ut constat ex ultimo quadraginta capitulorum, que tunc contra prædictum Regem Dionysium Prælati huius Regni coram summo Pontifice obtulerunt.

<sup>14.</sup> Ex quibus constat, nullum præsidium, nullumque fulcimentum posse huiusmodi ordinationem habere ex resolutione, & iudicio prædictorum Doctorum, quibus Rex Alphonsus V. id resoluendum commisit, siquidem statim Prælati reclamarunt. Constat etiam hanc Ordinationem non posse allegare pro se consuetudinem Regni, siquidem huiusmodi lex, & consuetudo habuit principium, & progressum coactuum ex parte ministrorum Regum, & involuntarium ex parte Episcoporum; quare hæc consuetudo verè, & propriè, consuetudo legitima dici non potest, sed violentia, & corruptela; fuit enim hæc consuetudo à principio cum violentia introducta, & cum eadem violentia continuata, & sustentata.

<sup>15.</sup> Constat denique similitet corruere fundatum, quo Gabriel Pereira in manu Regia, cap. 17. vult defendere, hanc dispositionem nostræ Ordinationis circa prædictam visitationem hospitalium pertinere ad ministros Regios, & sacerdotes; nam ille illam defendit ex concordata facta tempore Regis Dionysij inter Regem, Prælatos, & clerum Regni, ubi in articulo 10. ex quadraginta, qui Romæ oblati fuerunt summo Pontifici contra prædictum Regem per Prælatos huius Regni concordatum fuit, & iuslum, ut circa visitationem hospitalium, locorumque piorum seruauerit dispositio juris communis canonici, & boni mores; sed non animaduertit Pereira, iuxta ius commune Canonicum, ut supra ostensum est, non solum posse Episcopos visitare hospitalia, & loca pia fundata à laicis, ex proprio bonis laicis, quoad opera pia, sed etiam, quoad ratiocinia, ut latè probatum manet; non animaduertit deinde, eo tempore nondum extare Concilium Tridentinum, ut modò extat, disponens eam visitationem & quoad opera pia, & quoad ratiocinia ad Episcopos pertinere, ut supra vidimus num. 3. & 4. facit etiam Gabriel Pereira ibi mentionem alterius concordatae factæ tempore Regis D. Petri in suo num. 3. & alterius factæ tempore Regis D. Ioannis I. habitæ inter Reges, & Prælatos huius Regni; sed nullam illarum ostendit fuisse à summo Pontifice confirmatam, quod necesse omnino erat, iuxta cap. si diligenti de foro compet. & tuto eo titulo, ac proinde nihil probat.

<sup>16.</sup> Similitet sepe dubitatum fuit in hoc Regno, an talis, & contributiones ad Ecclesiæ reficiendas faciendas sint per Concilia, seu conuentus laicos, (Cameræ appellant Lusitanæ) an per ministros deputatos ab Episcopis, & Visitatoribus Ecclesiasticis, sive laicos, sive Ecclesiasticos: nam nostræ Ordinationes nouæ lib. 1. tit. 6. 1. num. 76. ad procuratores laicos Cameratum, seu conuentum ciuilium, & joci, ac virium, & Regimen seculare id spectare contendunt; quod est falsum omnino. Primo, quia, iuxta cap. ultimum, de censibus, & cap. omnes Basilice, & iuxta ipsum Gabrielem Pereiram de manu Regia, cap. 17. num. 12. ad Episcopos, & illum visitatores ex officio pertinet in visitationibus examine, atque inquire, an Ecclesiæ sint prouise de rebus necessariis ad diuinum cultum, & ordinatum, an sufficienter sint capaces necne ad capiendos parochianos: ergo etiam consequenter ad Fagundez de Iustitia, &c.

Illos pertinebit dividere talias, & contributiones, illasque imponere iuxta possibilitatem Parochiarum, & per ministros à se designatos colligere, eosque ad id obligare, & constringere. Et ratio huius rei est,

<sup>17.</sup> Primo, quia omnia hæc respiciunt cultum diuinum, & bonum regimen Ecclesiæ, quarum cuta iuxta ius Canonicum pertinet priuatè ad Episcopos, & Prælatos, cap. omnes Basilice. 16. q. 7. Concilium Arelatense I. cap. 19. Hostiensis cap. ad audientiam de Ecclesiæ adficiand. colum. 1. Cardinalis ibi, quest. 2. Ancharranus ibi, num. 5. Rebuffus tratt. de decimis. quest. 6. num. 22. Scaccia lib. 1. de indic. cap. 1. num. 16. volum. 2. Ergo colligere has contributiones, ministrosque constituere ad illas colligendas, ad Episcopos spectat ex officio, non ad ministros laicos.

Secundò, quia huiusmodi contributiones fiunt ad fabricam Ecclesiæ, nomine enim fabricæ, venit non solum fabrica ædificij, cum de novo fabricatur, sed etiam reparatio, & reædificatio illarum, ornamenta, vasa sacra, libri & reliqua necessaria ad cultum Ecclesiasticum, ut docet Zetola in præs. Episcopali. 1. part. verb. Fabrica Ecclesiæ. n. 1. initio, & Concilium Tridentinum sess. 22. de reformat. cap. 9. Congregatio Cardinalium num. 78. iubent, ut Episcopi accipiant ratiocinationem pecuniae expensæ, & conquisitæ ad fabricam Ecclesiæ; in omni autem rigore iuris, cui pertinet accipere ratiocinia pecuniae distractæ, pertinet etiam illius talias, & contributiones facere per parochianos.

Tertiò, quia Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 9. de reformat. & speciatim sess. 21. cap. 4. & 7. concedit potestatem Episcopis, & Prælatis ad compellendos parochianos laicos, ut parochias reficiant, atque ad distribuendas, vti dixi, prædictas talias, si fuerint necessariae ad reparationem illarum, quod ex his metà fundamentis haec tenus à nobis iactis bene probat Pereira de manu Regia, c. 18. num. 8. & 9. & Rebuffus ja. tratt. de decimis. quest. 6. n. 12. quanvis ipse Pereira statim, ut animo suum ostendat in Ecclesiæ, conetur alia ratione satis debili Lusitanam ordinationem defendere.

<sup>18.</sup> Quam ob rem, ut ex dictis constat, non possunt indices sacerdotiales impedire Episcopos, & Prælatos, ne efficiant prædictas contributiones, & ne elegant personas, quæ illas per singulos parochianos distribuant, colligant, & collectas dispensent in id, quod necessarium fuerit ad reparandas, reficiendasque parochias; nam cum aliquid in iure alicui commititur, committuntur etiam omnia, quæ ad illius expeditionem, & finem necessaria sunt, l. quicunque, s. si ei, ff. de inst. alt. 1 penultima, ff. de usufructu. Nauarrus in princip. de pœnit. dist. 5. à num. 28.

19.

## CAPUT VII.

Vtrum ex testamento minus solemnis ex defectu solemnitatis ad valorem illius requisitæ possit hæres in illo institutus retinere in foro conscientia hæreditatem: an teneatur illam dimittere hæredibus ab intestato successuris.

<sup>1</sup> Refertur prima opinio affirmans, testamentum minus solemnis ex solemnitate ciuili valere

- in conscientia. & non teneri heredem in eo institutum. hereditatem dimittere in conscientia. & post serventiam contra se latam, posse sibi occulte recompensare.
- 2 Referunt secunda opinio contraria; & quanam illi rum sit probanda.
- 3 Nonnulli Authores ultima sententia solū exsistit leges ciuiles concedere hereditibus ab intestato successuræ repetitionem hereditatis in foro externo; & retentionem in interno, datum in iudicio hereditatem repertum.
- Aly, non solū concedunt hoc, sed etiam acquisitionem dominij statim, ac sibi constat fuisse minus solemnē saepe ratione ciuilis.
- 4 Iudicium Authoris, & num. 5.
- Quod de testamento minus solemnē ex defectu solemnitatis vilis dicuntur, dicendum est etiam de quocumque contractu.
- 5 Qui ex minus solemnē testamento, integrā tamen voluntate defuncti rem possidet, tunc possidet in conscientia, & non tenetur defectum solemnitatis aperire, immo potest illum dissimilare.
- 7 Electio, que est valida de iure nature, & gentium, licet desit aliqua solemnitas, & circumstantia ad illius valorem, in conscientia est valida, & potest electus tunc beneficium revivere.
- 8 Leges, quae requirunt solemnitates ciuiles ad valorem testamenti, non sunt tam stricte accipiente, ut excludant in conscientia equitatem iuris gentium, & naturalis.
- 9 Voluntas defuncti regnat in testamentis, & pro lege seruanda est.
- 10 Quo hereditas est maioris momenti, quā legatum, magis difficile est illam possidentis ex voluntate defuncti, dimittere, & num. 11.
- 11 Si heredes successuræ ab intestato ex minus solemnē testamento habeant rationabilem causam dubitandi, interuenerit ne in minus solemnē testamento fraus aliqua, licet potest agere ad receptionem illius.
- 13 Quando talis causa dari poterit, & num. 14.
- 15 Blande preces in neutro foro includant violenter tiam, aut fraudem.
- 16 Doctrina tradita in testamentis procedit etiam in contractibus; & in quavis alia ultima voluntate, & num. 17.
- 18 Soluuntur argumenta contraria opinionis.
- 19 Solutiones ad argumenta contraria patentes, & num. 20. 21. 22. & 23.

**I.** VES TO HEC, ut est magni momenti, ita est vehementer controversa, ac ventilata, circa illam duas inueniuntur opiniones ē regione sibi contrarias.

Prima docet, voluntarem testatoris seruari debere etiam si deficient solemnitates requisiæ de iure ciuili ad valorem testamenti, ac proinde non teneri heredem in eo institutum hereditatem, vel legatum relinqere, aut dimittere, sed posse illud tutu conscientia in eodem conscientia foro retinere, ita docet Innocentius in cap. sicut de electione. & in cap. celebrata, de clericis excommunicatis. Abbas in cap. quia plerique ad finem, de immunitate Ecclesiar. & in cap. 1. de restituendis in integrum. Iason in l. nemo potest de legatis 1. num. 75. habetur expresse ex cap. ultima voluntas, caus. 23. quest. 2. deducto ex decretalibus D. Gregorij Papæ ibi, ultima voluntas defuncti modis omnibus seruari debet, quod intelligunt communiter Doctores, etiam in minus solemnē testamento solemnitate de iure ciuili ad illius valorem re-

quisita; ita præter citatos Bartolus in tract. de fractionib. minor lib. 1. cap. 3. ad l. nemo potest ff. de legatis 1. Panormitanus in cap. cion. effes, num. 10. de testam. Cornelius in consil. 19. lib. 2. num. 34. Alciatus in cap. nouis. num. 4. de iudicis. Anton. ibi, num. 66. Ripa in l. nemo potest, ff. de legatis 1. num. 102. Couartuias in cap. cum effes, de testam. num. 5. Menchaca de succession. creata 1. pari 9. 2. num. 10. Felinus in cap. 1. de constit. num. 39. Julius Clarus in §. testamentum, quæst. 90. num. 2. & 7. Sylvestris verb. testamentum 1. quæst. 4. & verb. hereditas 3. 6. 7. & verb. alienatio. quæst. 13. & verb. legatum 4. 9. 10. Costa in cap. si pater, verb. suo testam. num. 14. Burgos. de Pace l. 3. Tauri, a num. 1480. Gomez ibi, num. 120. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. pag. 106. Sotus lib. 4. de instit. quæst. 5. art. 3. Medina de rebus restituend. q. 23. ad finem. Adrianus quodlibet. 6. concl. 2. & alij, quos refert Couartuias allegatus, intelligent autem seruandam esse talē voluntatem ab eo, qui sciret, vel certò crederet eam veram esse libertam, sine dolo & fraude, factam, quæ opinio est receptissima, & illam tener etiam Molina tom. 1. de iustitia disp. 81. q. arque ut à testamentis, & deinceps, & q. terrium itaque. Probatur hæc opinio.

Primò, quia in foro animæ, qui est tribunal veritatis, non curatur, nee agitur de apicibus iuris, sed de voluntate testatorum, duobus saltem testibus idoneis probata, hæc est enim solemnitas iuris gentium, seu naturalis, vnde si hoc modo, aut alio certissimo de voluntate testatoris constat, ea est seruanda ad vnguem, ac proinde non tenetur hæres certificatus de veritate voluntatis testatoris hereditatem, vel legatum aliis restituere, qui erant ab intestato successuri proper minus solemnē testamentum.

Secundò, quia leges ciuiles, ex eo tot solemnitates considerant, & testium numerum, ut falsitatis deuidentur, & ut de voluntate testatoris clare constet, ut habetur expresse in l. finali, C. de fidei commiss. & in l. in benuis, C. de testam. sed voluntas testatoris probatur in foro animæ ex minus solemnē testamento, ut habetur in l. 2. C. de fidei commiss. ergo intentum.

Tertiò, quia ubi de veritate constat, iuris præsumptio cessat, sed veritas cessare facit iuris fictiōnem, iuxta textum in l. filium, quem pater, ff. de liberis, & posthum. ibi, ne imagine natura veritas obumbratur, ergo cum in foro animæ sit securius hæres, & habeat certam voluntatem testatoris pro se; sequitur quod possit hereditatem retinere, cessante solemnitate.

Quartò, (scilicet Molina validissimum argumentum,) quia solemnitates iuris civilis non sunt necessariae, ut testamentum in se, & pro foro animæ validæ sint, sed sunt necessariae tamquam probationes legitimæ pro foro extenso, quibus deficientibus non admittuntur aliae probationes pro eodem foro; voluerent enim Principes, ut testamentum non aliter in foro externo probarentur, quam per huiusmodi solemnitates, atque per solam confessionem illius, cuius interest ea fuisse nulla; quare testamentum minus solemnē validum est in foro conscientiae, & naturali obligationem inducit.

Quintò, quia in testamentis voluntas testatoris regnat, & expressa voluntas illius est omnino sequenda: expressa autem voluntas non solū est illa, quæ verbis exprimitur, sed etiam ea, quæ ex mente testatoris colligitur. glossa verb. expressum, in l. prator ait, §. 1. ff. de nouis op. nuntiat. & est textus in l. neminis, & rei, §. verbum ex legib. ff. de verbis. significat Molina lib. 1. de primog. cap. 17. n. 27. Gamma decis. 51.

*decis. 5. Reinosus obseruat. 48. n. 26. Mantica de conjecturis vti. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 8. Ergo vbi constiterit de voluntate testatoris, vel verbis expressa, vel ex apertis, & claris conjecturis deducta, tuta conscientia potest hereditas retinere, etiam si testamentum sit nullum ex defectu alicuius solemnitatis ciuilis.*

2. *Secunda, & contraria opinio docet, minus solemnia testamenta, hoc est, testamenta, in quibus aliqua solemnitas de iure ciuilis ad valorem illorum dicitur, esse in foro conscientia nulla, & nullam parere obligationem naturalem, quanvis de voluntate testatorum plenè aliunde constet, tenerique proinde heredem ex minus solemnis testamento hereditatem, aut legarum dimittere heredibus, qui erant ab intestato successuri. hanc tenet Ceualllos tom. 2. com. contr. com. quest. 71. num. 9. Baldus in l. 1. num. 55. C. de sacros. Eccles. Couarruias in cap. cium esses. de testam. num. 8. Antonius Gomez in l. 3. Tauri, num. 123. vbi dicit hanc opinionem veritatem esse, & tenendam. Spino in speculo testatorum. gloss. 8. principali. num. 69. Cenedo 2. part. collect. 67. ad Decretal. num. 2. Menchaca de successione creat. §. 2. num. 15. Gutierrez lib. 2. question. Canonici. cap. 25. num. 11. Cetuanus in l. 3. Tauri. num. 189. & 197. Ledesma 1. 4. quest. 18. art. 1. dub. 12. Victoria 2. 2. in princip. materia restitut. Sotus lib. 4. de iust. quest. 5. art. 3.*

3. *Sed dissidium est inter Autores huius secundae sententiae: quidam enim illorum volunt leges ciuilis hac de re loquentes, solummodo concedere heredibus ab intestato successuris ex minus solemnis testamento repetitionem in foro externo, & retentionem in interno, dum repetunt eorum, quae ex huiusmodi minus solemnibus testamentis eis competit, non tamen eis concedere dominij translationem in illos, sed illam impedit. & hinc sunt Sotus, & Victoria locis citatis, post Alexandrum, & quosdam alios, quos refert Couarruias in cap. cium esses. de testam. num. 10. & huius opinionis, ait Molina tom. 1. de iusfit. trait. 2. disp. 81. §. huius opinionis, se non videre aliud fundamentum, quam quod leges ciuilis, & Ecclesiasticae his de rebus loquentes non in eo rigore videantur intelligenda, ut concedere velint dominij translationem, aut aliud concedere, quam huiusmodi repetitionem, & retentionem, dum praefatae res repetuntur, sed neque Victoria, & Sotus hanc opinionem tanquam certam, sed solum tanquam sibi verosimilem sequuntur. Alij vero, vt Antonius Gomez ad l. 3. Tauri, num. 123. rectius loquentes, non solum eis concedunt praedictam repetitionem, & retentionem, sed etiam acquisitionem dominij, ita, vt possidentes hereditatem, aut legata ex minus solemnis testamento securi sint in conscientia, & non tenentur ipsa restituere. Sed re vera argumenta, quibus Sotus, Victoria, & alijs hanc impeditiōnem acquisitionis dominij intendunt probare, valida non sunt. Vero igitur sententia, quam ànum. 6. duabus propositionibus explicabimus, docet iura ciuilia, & Canonica non impedire praedictam dominij acquisitionem, translationemque, & validissimis argumentis potest probari.*

*Primum est, quia Principes ciuilis ob bonum commune remouendi fraudes à testamentis suorum subditorum, possunt suis legibus testamentum minus solemnne ita annullare, vt pro vitroque foro soli, & poli nihil valeat, de facto autem id videntur iam fecisse, nam l. hoc consultissima, C. de testam. sic habetur, Non subscriptum autem à testatoribus, ac non signatum testamentum pro imperfecto haberit*

*conuenit. Item, ex imperfecto testamento, voluntatem tenere defuncti non volumus. & Institutur, quibus modis testamenta infirmantur. §. penult. Testamentum imperfectum decernitur nullum; consonantque alii textus, qui de tali testamento minus solemnni agunt. Cum ergo huiusmodi testamentum prolus nullum per leges decernatur, nec in foro conscientiae quidquam valebit, siquidem leges iusta. Principum, etiam laicorum in foro etiam poli obligant, vt ait D. Thomas 1. 2. quest. 62. art. 4. Abbas, Felinos, & Decius in cap. quo iure, disp. 8. Sed leges ciuilis, quae solemnitatem testatorum inducunt, sunt iusta, & honesta, tendunt enim ad iustum & honestum finem, nempe ad exterminandas, & propellendas fraudes: ergo seruandæ sunt, & obligant in conscientia, & non est tueus heres institutus in minus solemnni testamento. Secundo, quia omnis voluntas consistit in voluntate, & potentia, cap. cum super, de officio delegati, l. testandi causa. C. de testam., ergo cum per leges Regni non possit testator valide testari, sine solemnitate requisita, & antecedenter inhabilitetur ad illud faciendum, sequitur, quod nec potentia, nec voluntas detur in testatore, quales ius requirit ad validè testandum, atque adeò, quod testamentum pro vitroque foro non obliget. Non potentia, quia antecedenter per leges inhabilitatur, & illi auferitur potentia ad testandum. Non voluntas, quia Principes declarant, non sufficere voluntatem sine solemnitatibus requisitis: ergo intentum. Tertio, quia alienatio, quam ipse pupillus absque autoritate tutoris facit, est nulla, etiam in foro conscientiae, vt Doctores consentiunt, etiam si pupillus sit iam firmati iudicij, & prudentiae, neque huius rei est alia ratio, quam quia leges talis alienationem irritam absolutè decernunt; si igitur de testamento minus solemnni, similiter statuunt, quomodo non etiam quoad forum animæ illud annullabunt. Si respondeas, quia præsumptio fraudis, quam solemnitatis omissione in foro externo inducit, cessat in foro interno, veritate competens, etiam præsumptio defectus iudicij, ob quam alienatio per pupillum facta annullatur, cessat, veritate iudicij competens, & explorata; neque tamen proinde etiam in foro animæ talis alienatio valet. Et ratio est, quia licet ratio legis in aliquo particulati euentu cesset, non proinde lex, quae in commune fertur, desinet etiam ibi vim suam exercere, vt in materia de legibus explicauimus, atque adeò quamvis leges annullantes testamentum minus solemnne, & alienationes à pupillo factas intendunt prospicere fraudibus, in quibus testamenta, ut plurimum periclitantur, & imperfectioni iudicij, qua pupilli communiter labant, & licet hec incommoda cessare competantur, non ideo minus vim habebunt in singulari euentu, quia cum factæ sint in commune, non desinunt obligare in quocunque euentu particulati.*

*Ita se habent huiusmodi opiniones, utraque satis probabilis, & quod de nullo testamento, seu minus solemnne dicitur, id etiam dicendum est de contra dictu iure ciuilis nullo, vt docent Autores utriusque opinionis, cum eadem sit ratio de vitroque casu. Verum ego veritatem harum opinionum, & id, quod sentio, duabus propositionibus aperiām.*

*Prima propositio, qui ex minus solemnni testamento, ex integra tamen defuncti voluntate tamen possidet, licet potest eam retinere, & defectum testamenti supprimere, & dissimilare, ne in foro externo illam restituere compellatur. hanc tenent omnes Doctores citati pro prima opinione, & ex confessione etiam Couarruias ad cap. cium esses, de testam. num. 5. est valde communis, tenet eam in primis*

## 560 De translat. dominij per vlt. volunt.

primis Bartolus in tract. de fratrib. minor. lib. 1. cap. 3. & in l. nemo potest num. 18 ff. de legatis 1. Panormitanus dict. cap. cum esses de testam. num. 10. & in cap. quia plerique de immunit. Ecclesiar. num. 43. Itenque summisstat omnes, nuncupatim Princeps Sylvestre verb. hæreditas 3. quest. 7. Angelus verb. hæres. 8. 5. Taberna verb. hæres 5. 4. & insignes Theologici, ut Adrianus quodlibet 6. art. 1. conclus. 2. Medina de resist. quest. 23. in fine. Sotus lib. 4. de iustit. quest. 5. art. 3. Molina tom. 1. de iustit. disp. 81. à §. atque ut à testamentis post Victoriam, eam etiam attribuitur. hanc tenet etiam doctissimus vir Plinius junior lib. 5. epistolar. epist. ad Calismum. ibi, hoc enim si ius aspicias, irritum; si defuncti voluntatem, ratum & firmum est. Mibi autem defuncti voluntas antiquior iure est, vereor tamen quam in partem Iuris consulti hoc, quod dixi, accipient. Hæc ille ibi, & lib. 2. epist. ad Annianum. Hoc ius, nec mibi quidem ignoratum est, cum sit ipsi etiam notum, qui nihil aliud sicut; sed ego propriam quandam legem mibi dixi, ut defunctorum voluntates, etiam siura deficerent, quasi perfectae tuerer. constat enim codicillos ipsos Attilianus manu scriptos esse; licet ergo testamento non sine confirmatis, à me tamen, ut confirmatis obseruantur. illud non eis adiutorio quo numeratur.

Probatur hæc nostra propositio his sequentibus rationibus.

7. Primo, ex dicto quodam Innocentij Pape in cap. quod sicut, & in cap. quia propter, de electione, quod valde commendat Panormitanus in cap. de integrum restit. ait enim Innocentius ibi, si electio aliqua inspecto solo iure naturali, & gentium valida sit, quamvis desit solemnitas aliqua ad illius valorum iure positivo requisita, validam nihilominus esse in foro conscientiae; quia ea solemnitas iuris positivi solum introducta fuit ad vitandas fraudes, & in foro conscientiae veritas naturalis preferenda est rigori iuris positivi. Probat id exemplo contento in cap. quod sicut, citato, nempe quando quis fuit electus à maiori parte Capituli, defuitque unus qui ad electionem non fuit vocatus, licet enim talis electio sit irritanda in foro externo, ut eo in cap. definitur, eo quod non omnes canonici fuerint vocati, iuxta regulam iuris, Quod omnes tangit, ab omnibus approbandum est; valida tamen est in foro conscientiae, & ideo is, qui ita fuit electus, tutus est in eodem conscientiae foro.

8. Probatur secundum nostra conclusio, primo, & principaliter ex naturali iuris aequitate, quæ omnino dictat leges solemnitatis testamentariae non esse in eo rigore accipiendas, ut obligent ad rem, tam arduam, duram, & difficultem, qualis est, quod possessor hereditaris, aut legati ex plena, & plena voluntate defuncti ob solum eius solemnitatis defectum ultra debeat se rati te abdicare, eamque heredi ab intestato cedere, contra illud naturale dictamen, quod Institut. de rerum divisione, §. per tradicionem, exprimitur: Nihil tam conueniens naturali aequari, quam voluntatem domini voluntate rem suam in alium transferre, ratam haberi, quod confirmatur, quia respectu etiam ipsius mortis durum quidem est, ut si tempore, & loco, quo moritur, non habeat testes, quot de iure positivo necessarij sunt ad valorum sui testamenti, inhabilis fiat ad relinquendum bona sua, cui velit, dispositione valida pro foro anime, bona, inquam, non obligata heredi necessario.

9. Probarur tertio, per textum optimum: nam Aubenijo. de nupijs, §. disponat, collat. 4. refertur ultimam defuncti voluntatem pro lege seuandam esse, & cap. ultima voluntas 13. quest. 2. hæc verba,

ut retolimus num. 1. habentur. Ultima voluntas defuncti modis omnibus seruari debet. Sed formalior est textus in l. inutiliter, C. de fideicommiss. ubi cōm Imperator dixisset, in minus solemnii testamento inutiliter fideicommissum relatum esse, quod videlicet ad illud exigendum actio in foro judiciali non concedatur, subdit statim, si hæredes comperta voluntate defuncti illud praestissent, reperi deinde non posse; & rationem reddit Imperator, quia non ex sola scriptura, sed ex conscientia relati fideicommissi voluntati defuncti satisfactum esse, videatur. Vide hic, quād perspicue ipse Imperator supponat valens in conscientia voluntatem defuncti, etiam minus solemnem. Vnde communissima est Iurisconsultum confessio, testamentum minus solemnem habere vim, ut legata in corollita non solum possint à legatario possidente in foro conscientiae possideri, & retinerti, sed etiam in judiciali defendi per legitimam exceptionem, ita Bartol. ad l. nemo potest, ff. de legatis 1. num 18. & alij, ut patet ex Gama de cīs. 347. num. 2. Julio Claro §. testamentum, q. 90. licet autem hic textus de legatis, & fideicommissis solum expressè procedat; vnde Jurisconsulti negant, referente Claro, competere hæredi per minus solemnem testamentum talis hæreditatis etiam possesse defensionem in foro externo. Nihilominus communis etiam est illorum consensus, fatente Covarruvia, & aliis, licere huiusmodi hæredi in foro conscientiae in sua possessione persistere.

10. Colligi etiam hæc potest ex decisione eorumdem textum, ponderando, quod quod hæredes majoris est momenti, quād legatum, eò magis contrarium esse voluntati ultime defuncti, magisque difficile possidenti per eisdem voluntatis beneficium, ut eam restituat hæredi ab intestato. Imò quod leges faueant, ut non solum in foro anime, sed etiam interdum in externo ipsa etiam hæreditas per ultimam voluntatem minus solemnem obtineatur. probat expressè §. ultimus, l. sū. de fideicommissariis hæredi his verbis, Si testator fidei sui hæredi commisit, & vel hæreditatem, vel speciale fideicommissionem restituit, & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero possit res manifestari, tunc si hæret perfidia tento adimplere fidem recusat, ne gardo ita rem esse subsecutam, necesse est, eum vel insurandum subire, quo nihil rale à testatore audiuit, vel recusantem ad fideicommissi, sine universalis, sine particularis solutionem coarctari, ne deparet ultima testatoris voluntas fidei hæredis commissa. Ecce quantum leges deferunt ultime voluntati defuncti, etiam minus solemnem, & confirmatur totum hoc argumentum, quia sicut secundum expositionem omnium fere Doctorum, electio, cui defuit tanta pars solemnitatis canonicae, ut aliquot suffragatores ad eam non sint vocati; si tamen alias iuri nature sit conformis, ut pote facta à maiori parte electorum, connumeratis etiam ipsis neglectis supponitur valida, quamvis in foro judiciali sit rescindenda: similiter igitur de testamento solemnis erit censendum.

Quarto, quia idem arguitur ex consuetudine virtutis que fori: nam in primis, quoad internum, nemo est etiam timoratus ex minus solemnii testamento rem possidens, quam sibi sciat, libera, & sincera voluntate à defuncto fuisse relatum, qui ultra eam restituat hæredib. intestato. Quoad exterum vero dicitur praxis habere, ut quando res auctoritate iudicis vindicatur à possidente ex testamento minus solemnem, non habeantur restituti fructus, etiam à multis annis peti pri; quod supponit

## 562 Detranslat.dominij per vlt. volunt.

quam in hoc regulatiter habeatur iuritum; nec est dubium plures leges ciuiles ad iolum usum fori judicialis referri, quales sunt plerique penales, quæ ante iudicis sententiam non obligant in conscientia ad poenam subeundam, neque etiam bonum commune postulat, ut testamentum minus solemnne, pro alio, quam iudicali foro decerneretur reiiciendum.

**19.** Ad secundum dicendum est, quando de re certa, & moraliter constat, non semper idem esse iudicium in foro interno, & externo; nimis quod probatio, quæ moraliter certitudinem facit in foro exteriori, non admittitur, quod saxe accidit, v. c. ut quando in lege Lusitana lib. 3. in veteribus ordinat. 111. 45. §. 2. disponitur, ut pacta, & conuenta, nisi quoad quasdam personas, honoris causa exceptas, per scripturam publicam celebrarentur, nec sine illa possint in iudicio probari, etiam per mille testes; & tamen, quod ordinatio supponat posse aliquin pactum manere validum in foro animæ, aper-te colligitur ex §. 5. & de iure communi postquam sententia transit in rem iudicatam, non admittitur contra illam in iudicio, etiam evidens probatio; & tamen si constet te ipsa fuisse iniustam, non valebit in conscientia: licet igitur iudex minus solemnne testamentum pronunciet inutilidum, etiam si moraliter certum sit eam fuisse defuncti voluntatem, quæ in eo exprimitur, quia nimis in eo foro non audiatur talis testamenti iustificatio, non proinde tamen illud in foro conscientiae vim amitteret. Adde in foro etiam externo, nonnullam ierdum talis testamenti rationem habeti, ut ex supra dictis patet: leges autem solum antecedenter inhabilitant testatores ausecumque ab aliis voluntatem, & potentiam ad valide testandum pro foro externo sine solemnitatibus requisitis ad valorem testamenti, non verò pro foro interno.

**20.** Ad tertium codem etiam num. 4. expositum dicendum est, illius difficultatem non minus negotium facere auctoribus secundæ sententia, quam nobis: nam si pro pupillo sit lata sententia, quæ transierit in rem iudicatam, nisi tutor eius executionem cureret, periclitabitur in reddenda ratione sui officij, & tamen à tali executione poterit illum deterre Religio, si compertum habeat ipsam sententiam fuisse iniustam. Dicendum igitur est, in huiusmodi caenibus debere tutorem alia commoda remedia tentare ad consulendum sua indemnitati, quando prosequatur tale ius apparet pupilli: si tamen nulla alia via se possit indemnem servare, videtur ei licitum, sicut, & iudicagere ex autoritate legis, qui compellit, & ob hanc legis necessitatem non imputabitur ei materialis iniustitia actionis, sicut nec iudicis quod non admittat in tali causa probationem alias evidentem, aut ferat sententiam secundum allegata, & probata contra veritatem, & iustitiam sibi priuatim notam, & ideo post tentatos conuenientes modos declinandi actionem talis iudicij, si illum declinare non potuerit, procedere debet secundum scientiam publicam.

**21.** Ratio verò, ob quam testamentum minus sedemne non reddatur per leges nullum in foro animæ, sicut redditur alienatio à pupillo sine auctoritate tutoris facta, est, quia leges absolute fecerunt pupillum esse inhabilem ad alienandum absque auctoritate tutoris; non fecerunt autem inhabiles ad testandum personas, quæ in testamentis praescriptam solemnitatem non obseruant, sed talis testamenti rationem haberi in foro exterpo noluerunt, quod ostenditur, quia aliud est personam esse

inhabilem ad testandum, ut sunt impuberes, quorum testamenta pro omni foro sunt irrita, aliud personam, cui testamenti factio competit, debere seruare in testamento solemnem modum: non est autem par ratio, ut praescriptæ solemnitatis omissione, perinde atque personæ in foro conscientia au-nullet dispositionem.

Non negamus tamen esse in Principibus facultatibus absolutis potestatem ad condendas leges, quibus testantes reddantur inhabiles ad testandum in foro conscientia, & idem de Rebus publicis absolutis; sed negamus de facto esse iam latam, quia illæ, quæ latæ sunt, procedunt solum in exteriori foro, atque ad effectum solum, ut in eo fidem faciant, ut exponunt I. ultima. de fideicommissis. & alia iura, quibus nostram sententiam corroborauimus.

**22.** Nec obstat, si dicas, huiusmodi leges esse iniustas, nisi pro foro conscientia sint nullæ; & similiiter esse iniustas, & iniquas, si pro eo foro sint validæ, quia earum virtute extraherent hæredes ab intestato, cum peccato graui, hæreditatem ab hærede extraneo constituto in minus solemnni testamento, atque adeò fuerent peccata, & iniustitiae, & iniquitatibus fauerent; nam quod inde occasionem homines nequam accipiant usurpandi id, quod in foro conscientiae usurpare non possunt, non est imputandum legibus, aut legislatoribus, sed nequit, & iniquitati abuentum, quia leges in commune bonum sanctæ sunt.

22.

23.

### CAPUT VIII.

Quam voluntarium debeat esse testamentum, ut sit validum; & an moribundi teneantur illud efficere, & in quibus casibus teneantur?

1. Ut testamentum sit validum non debet esse iniustarium mixtæ, sed mere liberum, & voluntarium.
2. Inutilidum est testamentum, in quo testator aliquem hæredem instituit, putans esse suum amicum, aut consanguineum, aut esse mortuum alium hæredem, quem in alio testamentio instituerat, cum tamen aliter sit.
3. Similiter inutilidum testamentum est, in quo aliquis per vim, aut fraudem instituitur, aut ei aliquid legatur.
4. Qui merum incutit testatori, ut se instituat, aut sebi aliquid legat, pœnam incurrit in foro externo priuationis hereditatis, vel legati, & applicationis fisco.
5. Non sufficit ad incurram pœnam pro foro externo merus leuis, sed requiriur gravis.
6. Rationibus prudentibus, & congruentibus potest quis suadere testatori, ut alium ab eo, quem designauerat, hæredem instituat, sine illa pœna, & peccato: idem in resignatione beneficij, & legati.
7. Quid si precibus. ibid.
8. Quid si rationibus falsis id faciat.
9. Quid si odio, & iniquo animo, veris tamen rationibus. ibid.
10. Quid si per preces importunas, & qua illæ sunt.
11. Quid si meru reverentiali.

10 Ptolef

## 562 Detranslat.dominij per vlt. volunt.

quam in hoc regulatiter habeatur iuritum; nec est dubium plures leges ciuiles ad iolum usum fori iudicis referri, quales sunt plerique penales, quæ ante iudicis sententiam non obligant in conscientia ad poenam subeundam, neque etiam bonum commune postulat, ut testamentum minus solemnne, pro alio, quam iudiciali foro decerneretur reiiciendum.

**19.** Ad secundum dicendum est, quando de re certa, & moraliter constat, non semper idem esse iudicium in foro interno, & externo; nimis quod probatio, quæ moraliter certitudinem facit in foro exteriori, non admittitur, quod saxe accidit, v. c. ut quando in lege Lusitana lib. 3. in veteribus ordinat. 111. 45. §. 2. disponitur, ut pacta, & conuenta, nisi quoad quasdam personas, honoris causa exceptas, per scripturam publicam celebrarentur, nec sine illa possint in iudicio probari, etiam per mille testes; & tamen, quod ordinatio supponat posse aliquin pactum manere validum in foro animæ, aper-te colligitur ex §. 5. & de iure communi postquam sententia transit in rem iudicatam, non admittitur contra illam in iudicio, etiam evidens probatio; & tamen si constet te ipsa fuisse iniustum, non valebit in conscientia: licet igitur iudex minus solemnne testamentum pronunciet inutilidum, etiam si moraliter certum sit eam fuisse defuncti voluntatem, quæ in eo exprimitur, quia nimis in eo foro non audiatur talis testamenti iustificatio, non proinde tamen illud in foro conscientiae vim amitteret. Adde in foro etiam externo, nonnullam ierdum talis testamenti rationem habeti, ut ex supra dictis patet: leges autem solum antecedenter inhabilitant testatores ausecumque ab aliis voluntatem, & potentiam ad valide testandum pro foro externo sine solemnitatibus requisitis ad valorem testamenti, non verò pro foro interno.

**20.** Ad tertium codem etiam num. 4. expositum dicendum est, illius difficultatem non minus negotium facere auctoribus secundæ sententia, quam nobis: nam si pro pupillo sit lata sententia, quæ transierit in rem iudicatam, nisi tutor eius executionem cureret, periclitabitur in reddenda ratione sui officij, & tamen à tali executione poterit illum deterre Religio, si compertum habeat ipsam sententiam fuisse iniustum. Dicendum igitur est, in huiusmodi caenibus debere tutorem alia commoda remedia tentare ad consulendum sua indemnitati, quando prosequatur tale ius apparet pupilli: si tamen nulla alia via se possit indemnem servare, videtur ei licitum, sicut, & iudicagere ex autoritate legis, qui compellit, & ob hanc legis necessitatem non imputabitur ei materialis iniustitia actionis, sicut nec iudicis quod non admittat in tali causa probationem alias evidentem, aut ferat sententiam secundum allegata, & probata contra veritatem, & iustitiam sibi priuatim notam, & ideo post tentatos conuenientes modos declinandi actionem talis iudicij, si illum declinare non potuerit, procedere debet secundum scientiam publicam.

**21.** Ratio verò, ob quam testamentum minus sedemne non reddatur per leges nullum in foro animæ, sicut redditur alienatio à pupillo sine auctoritate tutoris facta, est, quia leges absolute fecerunt pupillum esse inhabilem ad alienandum absque auctoritate tutoris; non fecerunt autem inhabiles ad testandum personas, quæ in testamentis praescriptam solemnitatem non obseruant, sed talis testamenti rationem haberi in foro exterpo noluerunt, quod ostenditur, quia aliud est personam esse

inhabilem ad testandum, ut sunt impuberes, quorum testamenta pro omni foro sunt irrita, aliud personam, cui testamenti factio competit, debere seruare in testamento solemnem modum: non est autem par ratio, ut praescriptæ solemnitatis omissione, perinde atque persona in foro conscientia annulet dispositionem.

Non negamus tamen esse in Principibus facultatibus absolutis potestatem ad condendas leges, quibus testantes reddantur inhabiles ad testandum in foro conscientia, & idem de Rebus publicis absolutis; sed negamus de facto esse iam latam, quia illæ, quæ latæ sunt, procedunt solum in exteriori foro, atque ad effectum solum, ut in eo fidem faciant, ut exponunt I. ultima. de fideicommissis. & alia iura, quibus nostram sententiam corroborauimus.

**22.** Nec obstat, si dicas, huiusmodi leges esse iniustas, nisi pro foro conscientia sint nullæ; & similiiter esse iniustas, & iniquas, si pro eo foro sint validæ, quia earum virtute extraherent hæredes ab intestato, cum peccato graui, hæreditatem ab haerede extraneo constituto in minus solemnni testamento, atque adeò fuerent peccata, & iniustitiae, & iniquitatibus fauient; nam quod inde occasionem homines nequam accipiant usurpandi id, quod in foro conscientiae usurpare non possunt, non est imputandum legibus, aut legislatoribus, sed nequit, & iniquitati abuentum, quia leges in commune bonum sanctæ sunt.

22.

23.

### CAPUT VIII.

Quam voluntarium debeat esse testamentum, ut sit validum; & an moribundi teneantur illud efficere, & in quibus casibus teneantur?

1. Ut testamentum sit validum non debet esse iniustum, sed merè liberum, & voluntarium.
2. Inutilidum est testamentum, in quo testator aliquem heredem instituit, putans esse suum amicum, aut consanguineum, aut esse mortuum alium heredem, quem in alio testamentio instituerat, cum tamen aliter sit.
3. Similiter inutilidum testamentum est, in quo aliquis per vim, aut fraudem instituitur, aut ei aliquid legatur.
4. Qui merum incutit testatori, ut se instituat, aut sebi aliquid legat, paenam incurrit in foro externo priuationis hereditatis, vel legati, & applicationis fisco.
5. Non sufficit ad incurram paenam pro foro externo merus leuis, sed requiriur gravis.
6. Rationibus prudentibus, & congruentibus potest quis suadere testatori, ut alium ab eo, quem designauerat, heredem instituat, sine illa pena, & peccato: idem in resignatione beneficij, & legati.
7. Quid si precibus. ibid.
8. Quid si rationibus falsis id faciat.
9. Quid si odio, & iniquo animo, veris tamen rationibus. ibid.
10. Quid si per preces importunas, & qua illæ sunt.
11. Quid si meru reverentiali.

10 Ptolef

# 564 De translat. dominij per vlt. volunt.

lentis, atque adeò contra charitatem in eum, non tamen contra iustitiam, & ideo ad nullam ei restitutionem tenebitur, vt est communis Doctorum, & alibi latissimè probauimus.

8. Possunt tamen preces adeò esse importunæ, vt genus sint coactionis, vt diximus num. 15, capit. præcedens, & adeò possunt esse molestæ, vt licet testator, vel designator non coniunctus mutet voluntatem, sed ideo illam mutet, ne molestiam illum patiatur, tunc quidem in eo euentu inuoluntariè mixtè disponet, & inualida erit talis dispolitio, tenereturque ipse institutus, & legatarius in foro conscientia hæreditatem, & legatum restituere ej, qui instituendus erat à testatore, nisi tales preces darentur. Idem de resignatio respectu beneficij, tenetur enim restituere arbitrio boni viri id, quod illa voluntas conferendi, aut resignandi alteri testiminetur; opus est tamen, vt notat Molin. tom. 1. de iustit. tratt. 2. disp. 135. §. si tamen preces. Et bene notar, vt institutor, legator, & resignator fuerit in ea quasi habituali, ac firma voluntate id faciendi alteri, nisi illæ preces darentur; nam si non sit in ea voluntate firma, sed postquam id propter preces fecit, alias non facturus, velit validam nihilominus esse suam dispositionem, tunc ille, qui preces adhibuit, peccabit contra charitatem, non contra iustitiam, & sic ad restitutionem non erit obligandus, quia euidentissimum signum est in eo casu voluntatem non fuisse adeò firmam, vt mutari non posset ad preces, aut congruas rationes alterius, si ei proponerentur.

9. Quod diximus de precibus importunis, que magnam molestiam patiunt, à fortiori dicendum est de metu reuerentiali vxoris respectu mariti, filii, vel filiae respectu patris, vel matris, maximè si vultu, verbis, subtractione verborum, vel rerum necessariarum regre patentes ferant id à filiis non fieri, quod ab eis perunt, sive sibi petant, sive aliis, ita communiter Doctores, quos modò receperint, non est opus.

10. Quod verò ad secundam partem tituli attinet, statuendum est, eum, qui bona habet, non teneri testati, & postle sponte sua licet, & sine ullo peccato discedere è vita sine testamento, maximè cum bona ipsius hereditibus ab intestato aduenire debeant. Excipe tamen, nisi quando ita est necessarium, vel ad exonerandam propriam conscientiam circa debita, que habet, que nisi exprimantur, sive non soluentur creditoribus testatoris, aut non nisi cum magnis expensis, & labotibus illorum, vel ad manifestandum aliquid ex cuius taciturnitate, & ignorance damnum aliquod tertio aduenier, cui sufficienter occuri aliter non poterit: vel deinde si scandala, odia, iurgia, aut lites sequantur, nisi testamentum codicillum ve fiat, his enim casibus obligandus est sub culpa mortali moribundus ad condendum testamentum; his verò cessantibus non est letalis culpa, sine illo discedere: ita Molina tom. 1. de iust. tratt. 2. disp. 135. instiq.

11. Postulat tamen recta ratio, & exemplum, vt pro quantitate bonorum disponat quis aliquid pro anima sua, quando non constat sufficienter hæredes id, pro illius anima facturos, regulariterque ad hoc fidendus est moribundus à confessatio; immo monendi sunt homines communites, vt dum sani sunt, beneque valentes id faciant, iuxta illud Dauid, *Venient vivens ipse confitebatur tibi, sicut & ego hodie. Pater filius noram faciet veritatem hanc*, ita enim continget, vt matuori consilio à molestis mortis tempore liberentur,

## CAPVT IX.

Qui testari possint, vel non possint:

1. Testamenti factio omnibus competit, qui iudicium, & bona habent, nisi per ius sint inhabiles.
2. Furiosi lucidum internum habentes, an testari possint.
3. An surdus, & mutus.
4. An contractus efficere.
5. Prodigii an testari possit, & num. seqq. Et quid ante, vel post durationem curatoris, ibid.
10. Impubes an testari possit.
11. Quid si malitia suppleat etatem.
12. An possit Princeps dispensare, vt impubes testetur.
13. An seruus testari possit, & n. 14.
15. An ad pias causas valeat testamentum hominis liberi, qui putabatur seruus.
16. Captivi, & obsides an testari possint.
17. Damnatus ad mortem de iure Caesaris an testari possit.
18. Quid de iure L. fitano, & num. seqq. usque ad 20.
21. Quid de consuetudine.
22. Quid de iure Regni Castelle.
23. Damnatus ob libellum famosum, an testari possit.
24. Quid de excommunicato publico, & non tolerato.
25. Quid de manifesto usurario.
26. An usurarius publicus donare possit causa mortis.
27. Filius familias, an testari possit permittente patre, & an causa mortis donare. Quid si bona habeat castræ. ibid.
28. An possit de bonis aduentis testari de consensu patris ad pias causas, & quid sine patris consensu, ibid.
29. Quid de clericis prima tonsura.
30. Respondetur ad alia dubia circa clericos filios familias, & seqq. usque ad 32.
33. An personæ omnes, de quibus usque adhuc locuti sumus, saltem pro foro animæ validè testari possint extra casus, in quibus id illis à iure permittuntur.
34. An damnatus ad perpetuum carcere, relegatus, & deportatus testari possint.
35. Quid discrimen sit inter relegatum, & deportatum.
36. Quid de bannito.
37. Quid sit bannitus simpliciter, & non simpliciter.
38. An omnes intestabiles aliiue, hoc est, qui testari non possunt, sint etiam intestabiles passiuè, hoc est, non possunt acquirere ex testamento, & hæredes, aut legatary institui.
39. Quid speciatum de publico usurario.

**C** V m testamenti factio de se sit licita, omnibus competit, qui plenum, & perfectum rationis usum habent, nisi iure prohibeantur; quoad personas autem habiles, laudabile est, vt testamentum condant, & interdum necessarium est, & sub mortali ad id tendent ad pacificandas lites, & dissensiones, quæ interdum inter hæredes excitantur,

# 564 De translat. dominij per vlt. volunt.

lentis, atque adeò contra charitatem in eum, non tamen contra iustitiam, & ideo ad nullam ei restitutionem tenebitur, vt est communis Doctorum, & alibi latissimè probauimus.

8. Possunt tamen preces adeò esse importunæ, vt genus sint coactionis, vt diximus num. 15, capit. præcedens, & adeò possunt esse molestæ, vt licet testator, vel designator non coniunctus mutet voluntatem, sed ideo illam mutet, ne molestiam illum patiatur, tunc quidem in eo euentu inuoluntariè mixtè disponet, & inualida erit talis dispolitio, tenereturque ipse institutus, & legatarius in foro conscientia hæreditatem, & legatum restituere ej, qui instituendus erat à testatore, nisi tales preces darentur. Idem de resignatio respectu beneficij, tenetur enim restituere arbitrio boni viri id, quod illa voluntas conferendi, aut resignandi alteri testiminetur; opus est tamen, vt notat Molin. tom. 1. de iustit. tratt. 2. disp. 135. §. si tamen preces. Et bene notar, vt institutor, legator, & resignator fuerit in ea quasi habituali, ac firma voluntate id faciendi alteri, nisi illæ preces darentur; nam si non sit in ea voluntate firma, sed postquam id propter preces fecit, alias non facturus, velit validam nihilominus esse suam dispositionem, tunc ille, qui preces adhibuit, peccabit contra charitatem, non contra iustitiam, & sic ad restitutionem non erit obligandus, quia euidentissimum signum est in eo casu voluntatem non fuisse adeò firmam, vt mutari non posset ad preces, aut congruas rationes alterius, si ei proponerentur.

9. Quod diximus de precibus importunis, que magnam molestiam patiunt, à fortiori dicendum est de metu reuerentiali vxoris respectu mariti, filii, vel filiae respectu patris, vel matris, maximè si vultu, verbis, subtractione verborum, vel rerum necessariarum regre patentes ferant id à filiis non fieri, quod ab eis perunt, sive sibi petant, sive aliis, ita communiter Doctores, quos modò receperint, non est opus.

10. Quod verò ad secundam partem tituli attinet, statuendum est, eum, qui bona habet, non teneri testati, & postle sponte sua licet, & sine ullo peccato discedere è vita sine testamento, maximè cum bona ipsius hereditibus ab intestato aduenire debeant. Excipe tamen, nisi quando ita est necessarium, vel ad exonerandam propriam conscientiam circa debita, que habet, que nisi exprimantur, sive non soluentur creditoribus testatoris, aut non nisi cum magnis expensis, & labotibus illorum, vel ad manifestandum aliquid ex cuius taciturnitate, & ignorance damnum aliquod tertio aduenier, cui sufficienter occuri aliter non poterit: vel deinde si scandala, odia, iurgia, aut lites sequantur, nisi testamentum codicillum ve fiat, his enim casibus obligandus est sub culpa mortali moribundus ad condendum testamentum; his verò cessantibus non est letalis culpa, sine illo discedere: ita Molina tom. 1. de iust. tratt. 2. disp. 135. instiq.

11. Postulat tamen recta ratio, & exemplum, vt pro quantitate bonorum disponat quis aliquid pro anima sua, quando non constat sufficienter hæredes id, pro illius anima facturos, regulariterque ad hoc fidendus est moribundus à confessatio; immo monendi sunt homines communites, vt dum sani sunt, beneque valentes id faciant, iuxta illud Dauid, *Venient vivens ipse confitebatur tibi, sicut & ego hodie. Pater filius noram faciet veritatem hanc,* ita enim continget, vt matuori consilio à molestis mortis tempore liberentur.

## CAPVT IX.

Qui testari possint, vel non possint:

1. Testamenti factio omnibus competit, qui iudicium, & bona habent, nisi per ius sint inhabiles.
2. Furiosi lucidum internum habentes, an testari possint.
3. An surdus, & mutus.
4. An contractus efficere.
5. Prodigii an testari possit, & num. seqq. Et quid ante, vel post durationem curatoris, ibid.
10. Impubes an testari possit.
11. Quid si malitia suppleat etatem.
12. An possit Princeps dispensare, vt impubes testetur.
13. An seruus testari possit, & n. 14.
15. An ad pias causas valeat testamentum hominis liberi, qui putabatur seruus.
16. Captivi, & obsides an testari possint.
17. Damnatus ad mortem de iure Caesaris an testari possit.
18. Quid de iure L. fitano, & num. seqq. usque ad 20.
21. Quid de consuetudine.
22. Quid de iure Regni Castelle.
23. Damnatus ob libellum famosum, an testari possit.
24. Quid de excommunicato publico, & non tolerato.
25. Quid de manifesto usurario.
26. An usurarius publicus donare possit causa mortis.
27. Filius familias, an testari possit permittente patre, & an causa mortis donare. Quid si bona habeat castræ. ibid.
28. An possit de bonis aduentis testari de consensu patris ad pias causas, & quid sine patris consensu, ibid.
29. Quid de clericis prima tonsura.
30. Respondetur ad alia dubia circa clericos filios familias, & seqq. usque ad 32.
33. An personæ omnes, de quibus usque adhuc locuti sumus, saltem pro foro animæ validè testari possint extra casus, in quibus id illis à iure permittuntur.
34. An damnatus ad perpetuum carcere, relegatus, & deportatus testari possint.
35. Quid discrimen sit inter relegatum, & deportatum.
36. Quid de bannito.
37. Quid sit bannitus simpliciter, & non simpliciter.
38. An omnes intestabiles aliiue, hoc est, qui testari non possunt, sint etiam intestabiles passiuè, hoc est, non possunt acquirere ex testamento, & hæredes, aut legatary institui.
39. Quid speciatum de publico usurario.

**C** V m testamenti factio de se sit licita, omnibus competit, qui plenum, & perfectum rationis usum habent, nisi iure prohibeantur; quoad personas autem habiles, laudabile est, vt testamentum condant, & interdum necessarium est, & sub mortali ad id tendent ad pacificandas lites, & dissensiones, quæ interdum inter hæredes excitantur,

- excitantur, ut supra diximus cap. precedenti, num. 20. Sequitur ergo, ut iam explicatis solemnitatibus ad valorem testamenti necessariis, videamus, quae personae testari possint, quae non possint, tam actiue, quam passim, id est, quae testari possint, & quae institui possint, vel non possint.
2. Inhabiles autem ad testandum actiue sunt de iure quidem naturae, quicunque pleno usu, & potestate rationis carent. Vnde furiosi testari non possunt, nisi in lucido intervallo, si illud habeant, id quod etiam exprimit l. furiosum, C. qui testamenta facere possunt. & l. 2. ff. de testamenti. Idem est de phrenetico, & mente capro, ut testatur, & probat late Antonius Gomez ad l. 3. Tauri, num. 6. & 7. hi enim cum furiosis computantur. Baldus in l. humanitatis. C. de impuberibus, num. 1. 5. ubi Angelus, & Iason colum. 2. Si autem dubitetur, an testamentum fecerit tempore sanæ mentis, vel furoris, atque aded in lucido intervallo, an extra illud, tunc inspiciendum est, an fuerit vicinus, & proximus temporis, quo furore, & phrenesi corripi solet, & consideranda sunt verba testamenti; si enim ex illis arguatur defectus iudicij, presumitur, censeturque factum tempore furoris, & non valens, si vero tempus furoris erat validè remotum à factio- ne testamenti, & maximè si verba testamenti sint ordinata, & benè cohærentia, arguitur sana mens, & presumitur testamentum factum fuisse in lucido intervallo extra tempus furoris, valebitque, ac finium erit, argumento textus in l. Tuia, in fine, ff. de legat. 3. & in l. patroni. 5. finali, ff. eodem. & ita tenet Baldus in dicta l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. Antonius Gomez inductus dicto num. 8. post Bartolom, Imolam, & Aretinum, & alij, quos citat.
3. Iure autem humano, & positivo in primis surdi sunt, & mutus à natura, testari non possunt, si vero eos defectus ex accidenti habeant surdi, & muti, possunt per scripturam propria manus, si scribere sciant, testamentum facere. Surdus autem, siue à natura, siue ex accidenti, si non sit mutus, valide testabitur, si aut verbis suis, aut scriptis propriæ manus voluntatem suam exprimat. Item mutus, non surdus, si scribere sciat, & propria manu id fieri velit, validè testandum, quæ tota iuri dispositio distincte, clareque habetur l. discretus, C. qui testamenta facere possunt. Qui autem nec scribere sciant, nec articulatum loquuntur, & intelligi per verba non possunt, iure testandi priuantur, l. iubemus, C. de testament. Excipe si surdos, & mutus à natura, natiuitateve, sint milites, aut testentur ad pias causas per nutus, & signa, & huiusmodi signa intelligentur, iuxta textum in 5. quinimum. Institut. de militari testa- mento. iuncta glossa, & l. 4. ff. eodem, & Panormitanus ad rubricam de testamentis, num. 9. & tota fere haec doctrina est Antonij Gomezij ad l. 3. Tauri, num. 16. Bartoli in l. filium, ff. de bonor. pos- sess. Pauli, & moderniorum in leg. 1. ff. de verbo- rum obligat.
4. Alios vero contractus, & actus, qui consensu celebrantur, benè possunt tales muti, & surdi facere, si mentem, & intentionem suam possint explicare signis, alijs vero non, datur tamen illis curator, per quem haec possint gerere, & aliter de iure positivo, invalidè contractus celebrant, ut late diximus lib. 1. de contrallibus in communi, cap. 12. & 13. & ita docet Antonius Gomez ad l. 3. Tauri, num. 16. Bartolus, & Paulus modò citati, & com- munitet Doctores.
5. Circa prodigum conspirant fere omnes Docto- Fagundez de Instituta, &c.

res, valere illius testamentum, siue ad pia, siue ad non pia, factum antequam ei detur curator, & consequenter antequam ei interdicatur libera suorum bonorum dispositio; per donationem enim curatoris ei interdictitur, vnde post dationem curatorum, & interdictionem libera administratio- nis bonorum non valere testamentum pro foro externo, valere vero pro interno, docet Iulius Clarus lib. 3. 6. testamentum, quasi. 33. ibi, & 12 commento, littera A. Molina tom. 1. de instituta, tractat. 2. disput. 137. initio. Antonius Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 14. patetque ex h. item prodigus, Institut. quibus non est permis. facere testament. & ex leg. 13. 11. 1. part. 6. & absolute loquentes de celebratione contractus, & de quacunque alia bonorum dispositione: ita docent Bartolus, Baldus, & Angelus ad leg. 14. cui. ff. de testament. Caldas in l. si curatorem, C. de in integr. restit. verb. cum non assimilis. num. 4. & nos late id pro- bauimus, lib. 1. de contrallibus in genere, cap. 11. num. 11. quem locum vide. Et fundamentum est, quia prodigis, probata illorum prodigalitate in iudicio, non dantur curatores, eo quod iudicio careant, sed dantur in peccatum, ut resipiscant; aliqui dabo etiam curatore validè non contraherent, nec facerent testamentum de consensu curatorum, & iudicis auctoritate, & ideo simul, ac prodigis ea vexatione resipuerit, cessabunt curatores, & interdictiones dispositionis bonorum suorum; sic enim adueniente etiam pabertate pupillorum, cessat, & finitur tutela, & ingreditur curatorum prouisio. Institut. quibus mo- duis tutela finiatur. & finitis 25. annis, cessant cu- ratores. Instit. de curatoribus, & reddita sana mente furioso, cessat etiam illius cura, leg. 1. ff. de curat. furioso. ibi, & tandem erunt in curatione, quan- dius sana mente non receperint.

An vero prodigus inhibitus, hoc est, post da- tionem curatorum possit validè testari pro foro externo ad pias tantum causas? partita est opinio.

Prima affirmat, ita tenet Baldus in leg. 1. C. de sacrosanctis. Eccles. colum. 8. mos. 17. quem refert, sed non sequitur Antonius Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 4. ad finem. Fundamentum illius est, quis testando ad pia cessat ratio, ob quam testamenti factio prodigo in iure interdictur, primo, ne bona sua dissipet; secundo, ne inutiliter de illis disponat: testando autem ad pia pro anima sua, non inutiliter disponit; testando vero post mortem, non potest sua bona dissipare, ita ut ei congrua sustentatio deficiat in vita, & sic cessante causa, cessat ef- fectus.

Secunda negat, eam docet idem Baldus ad di- gam leg. 1. C. de sacrosanctis. Ecclesiæ lectura 1. colum. 4. Panormitanus in rubricam de testamentis, à num. 9. Molina tom. 1. de instituta, disputat. 137. initio, in quam videtur inclinare idem Antonius Gomez inductus. Ratio illius est, quia prodigalitas arguit defectum iudicij, & intellectus, & ideo prodigis, cui interdicta est per dationem curato- toris bonorum suorum administratio, non repu- tatur à iure integra, & perfecta persona ad dispo- nendum de bonis suis, absolute loquendo, nec etiam via testameti. Confirmari hoc potest ex doctrina Aristotelis, quem refert Antonius Gomez dicto num. 14. ita afferentis, Prodigus est, quasi pro- cul à regimine rationis.

Ex his opinionibus prima est probabilior, & te- nenda, neque enim causa ob quam interdictur

prodigis libera suorum bonorum dispositio, est defectus iudicij necessarij ad disponendum de rebus suis, sed ut ea vexatione, & pena resipiscat à prodigalitatis vitio, vti diximus, nec Aristoteles sequens est, non enim quis dicitur prodigus, quia procul est à regimine rationis, sed quia nimis liberatilis est, ultra regulas moderata rationis. Qui sequutus fuerit hanc secundam opinionem, cum fundetur in carentia iudicij, & rationis, consequenter debet dicere, neque piè, neque profanè posse prodigum validè testari post prohibitionem administrationis suorum bonorum. Imò neque etiam ante hanc prohibitionem, quia carebat iudicio.

9. An vero post praedictam prohibitionem possit validè testari inter liberos, dubium etiam est, quod affirmatur testabuit Baldus consil. 235. volum. 1. Alexander in additionib. ad Bartol. in dicta leg. is cuius lege, ff. de testament. & Antonius Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 14. in fine. Si enim potest ad pias causas, consequenter inter liberos, cum illi natura-liter heredes sint: qui tamen secuti fuerint secundam opinionem, hoc etiam consequenter negabunt propriæ defectum iudicij, in quo fundatur ea opinio.
10. Impubes etiam testari validè non potest; hoc est, masculus, qui decimumquartum annum, secunda, quæ duodecimum non compleuerit, ipso tamen ultima die incunte praedicti duodecimi, & quatuordecimi anni, validè testabuntur, leg. qua erat, ff. de testament. quod locum habet, & procedit, etiam si ipse impubes sit miles, ex leg. ultima, C. de testament. militis. & quanvis velit disponere ad pias causas, ex Panormitanum in rubrica de testament. num. 9. & Molina tom. 1. de iustitia, dis-put. 136. in fine. & communiter Doctorum, quæ satis colligitur ex cap. Icet. de sepulturis. lib. 6. quatenus ibi Pontifex ait, actum eligendi sepulturam impuberi non competere: & de inhabilitate impuberum habetur. *Institut. quibus non est permis- facer. testam.*
11. Quanvis autem ad alios aetus malitia supplet aetatem, ad hunc tamen non supplet, quo si, ut licet in aliquibus impubetibus longe maior maturitas iudicij, solertia, & prudentia, quam in multis senibus, & puberibus repertari, testari non possint, ut docet Antonius Gomez ad leg. 3. Tauri, num. 5. Molina tom. 1. de iustitia. tractat. 2. dis-put. 136. §. præterea impuberis. & Gomez plu-ros, inter quos est Bartolus, pro hac parte alle-gat. Ratio est, quia licet ius hoc inhibeat impuberibus, eo quod presumantur, censemurque non habere integrum, ac perfectum iudicium, tale, quale ad eum actum requiriunt, in §. præterea, *Institut. quibus non est permis- facer. testam.* quod post illud tempus 14. annorum in masculis, & 12. in feminis, ordinari soleat evenire, & ante illud non, ita ordinari, id tamen non habet vim ex sola, & præcisa presumptione, sed ex statuto iuri politivi merito id disponentis ad tol-lendas lites, & præscindendas, amputandasque dif-ficultates.
12. Potest tamen Princeps dispensare, ut impubes aliquis testetur, ut docet Antonius Gomez ad l. 3. Tauri, num. 3. & 4. Bartolus in l. si queramus, 2. ff. de testamentis, colum. 6. Paulus de Castro in l. rescripta. C. de pre. ib. Imperat. off. end. colum. 2. Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. dis-put. 136. §. præterea impuberis. quidquid Baldus, & alij dicant, non quid Princeps possit dispensare in defectu iudicij, sed quia tempus illud quatuordecim, & duo-

decim annorum in feminis, & masculis pender ex merito iure positivo, poruitque constituvi, & assignavi maius, vel minus à Principe, & interuenire potest causa rationabilis, ob quam, cum aliquo, de quo constet, maiori iudicio pollere, quam multi pu-beres, dispensetur.

Servus non potest testari, l. filius familias, ff. de testament. cap. illud. 13. quæst. 2. nec etiam ad cau-sas pias, secundum Panormitanum in rubrica de testament. num. 11. quia seruus non habet bona propria, ex quibus testari possit, quidquid enim acquirit, domino acquirit; cum tamen non repugnet seruum habere dominum in bona aliqua, ut supra diximus, poterit de illis disponere ad pias causas, & non pias; nam licet serui regulariter lo-quendo, quidquid acquirunt, dominis acquirant, ut iura prescriventur; in aliquibus tamen ceteris, qui videtur possunt apud Molinam tom. 1. de iustitia, tract. 2. dis-put. 38. sibi ipsis acquirunt, verumque dominum comparant; nequa hoc cum iure Cesareo dissentit, imò consentit, dum mani-feste docet, seruos habere bona sua propria, posse que de illis libere disponere, & pactum cum do-minis inire: etenim l. 1. §. serues. ff. de offic. Pre-fect. orbis. inter alia, de quibus dicitur cum posse cognoscere, hec verba reperiuntur. *Seruos, qui sua pecunia emptos, ut manumittantur, de dominis quarentes, audiet.* & in l. vix ff. de iudicis. intet alios euentus, in quibus permittitur seruis agere in iudicio cum dominis suis, hec verba etiam re-peries. *Sed & si qui, suis munibus redemptos se, & non manumissos, contra placidi fidem assenerant.* Supponitur ergo illos posse proprias pecunias ha-bere, ex quibus se redimant, & emant à dominis; quare iura, quæ docent, seruos non sibi, sed do-minis acquirere, regulariter intelligenda sunt, & quando aliunde contrarium non constet; ut no-tat Molina citatus, & Illusterrimus Hispaniaturum Primas D. Rodericus à Cunha Archiepilcop. Bra-charens. 1 part. Decreti. pag. 718. cap. 8. dis-put. 87. num. 3.

Et ideo, quando Molina dicto tom. 1. de iustitia, dis-put. 137. initio, & alij Doctores communiter dicunt, seruos tam piè, quam profanè testari non posse, adeò, ut si post testamentum tempore ser-uitutis factum, libertatem comparant, adhuc te-stamentum sit nullum; & adeò, ut si seruus liber-factus sit à domino, si tamen libertum se esse ignoret, aut de statu sue libertatis tempore confectionis testamenti dubitet, adhuc etiam testa-mentum nullum sit, iuxta dispositionem l. qui testame-to domini, & legis seq. ac l. filius familias 2. ff. de testament. & cap. illud 13. quæst. 2. Id tamen intelligendum est, regulariter loquendo, quando scilicet bona non habet, de quibus testari pos-sit; at quando illa habet independenter à domi-no, ut se vera habet in omnibus casibus à Molina relatis tom. 1. de iustitia, dis-put. 38. cur de illis valide testari non possit piè, & profanè, sicut potest contractus facere cum aliis de illis, & cum ipso etiam domino, seque ab illo emere? Profectò non video, qua ratione id negari possit, nam bona ha-bet propria independenter à domino, iudicium perfectum habet, contractus de illis bonis cele-brare potest. Leges vero ciuiles solum id ei negent ex defectu bonorum, quia quidquid servi acqui-runt, dominis acquirunt, quod verum est, ordinari lo-quendo, non tamen absolute verum; quare in omnibus casibus, in quibus bona habent, & acqui-runt propria, independenter à dominis, sine dubio testari possunt.

Notant

Notant tamen Doctores, & bene, ad pias causas validum esse testamentum factum ab homine verè Ibero, quanvis ipse se esse liberum ignoret, aut ea de re dubitaret, ignorans suum statum, ita Panormitanus ad finem rubrica de testament. & Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 137. § seruus item, argumento legie, ex militari. § similes ff. de militari testamento. vbi militi conceditur priuilegium testandi, etiamsi ambigat, an sui iuris sit, & longè maiori cum ratione ei hoc ipsum priuilegium concederetur ad testandum ad pias causas, ut bene animaduertit Molina citatus. quod inde magis patet, quia huiusmodi testator, quanvis suum statum ignorauerit, aut de illo dubitaret, verè erat dominus bonorum, de quibus disposuit, quia servituti verè non erat subiectus, atque in præiudicium domini non disposuit; quare non est credendum dispositionem iuris Cæsarei ad testamentum ad pias causas esse extendendam.

16. Testari item validè non possunt ij, qui apud hostes sunt, sive capti, sive obsides, quandiu in eo statu sunt; testamentum tamen, quod ante fecissent, valet, sive illi redeant ad suos, sive in eo statu & vita discedant, l. eius, l. obsides, & l. lex Cornelia, ff. de testamentum. Institut. quibus non est permis. faver. testament. §. ultimo. quod intelligit Panormitanus in rubrica de testament. num. 7. de obsidibus loco captiuorum datis, qui pro captiuis reputantur, qui tamen captius esset in bello iniusto, quales sunt nostri, qui à Turcis, & Saracenis captiuantur, cùm verè sint liberi, validè testari possunt, etiamsi in eo statu testentur. ita Molina tom. 1. de iustit. disp. 135. §. qui captius, ad finem, & disp. 118.

17. Item, nec damnatus ad mortem testamentum facere potest, de iure Cæsareo, nec valeret testamentum, quod antea fecerit, quæ dispositio est. Se iure Digestorum, vt patet ex l. eius. ff. de testament. citata. & refertur non solum ad damnatos ad mortem naturalem, sed etiam ad ciuilē, vt ad metallā, aut deportationem, quasi hi etiam censentur ferri pœnae, sicut & illi censentur, l. qui ultimo. ff. de poena. Iure tamen recentiori per Authentice. sed hodie, C. de donatio. inter vivum, & uxorem, statuitur, vt nemo natus ingenuus per supplicium efficiatur seruus pœnae: & excipiunt glossa, & Doctores communiter, nisi supplicium sit mortis naturalis, ex dicta l. qui ultimo, vnde Conuertuias ad rubricam de testament. part. 3. num. 17. & Antonius Gomez ad l. Tauri, num. 3, cum pluribus aliis colligunt iure communi Codicis, damnatum ad mortem naturalem reddi intestabilem, sicut ius antiquum disponebat, non tamen damnatum ad mortem ciuilē. Verū Panormitanus, ubi proximè, absolūtè dicit, etiam damnatum ad mortem ciuilē carete iure testandi; & consonant Bartolus, & alij citati à Conuertuias, qui id exprimunt de damnato ad perpetuum carcerem.

18. Sed illud pro Lusitania magis est considerandum, quia lib. 1. Ordinat. in veteribus. tit. 67. §. 21. in nouis. lib. 4. tit. 81. intet eos, qui testari non possunt, numerantur indistinctè damnati ad mortem, tum naturalem, tum ciuilē. Videndum ergo est in Lusitania, quæ pœna, aut quod supplicium censetur, ac reputetur mors ciuilis; & an damnatus ad talēm pœnam testari possit de consuetudine, nec ne? Communiter enim audio, decem annos exilij Angolæ, & tritemum, mortem esse ciuilē, & quasi æquipollere morti naturali. Dubito tamen, an hi intestabiles sint de con-

Fagundez de Iustitia, &c.

suetudine; imò magis verū puto, esse testabiles: videmus enim illorum testamenta quæ in Angolæ Regno conduntur, facta ab illis, qui ex hoc ad decennium in exilium pulsi sunt, in hoc Regno seruari, & valere.

Confert etiam videre Iulium Clarum lib. 3. §. Testamentum, q. 2. 1. vbi tria dicit. 19.

Primum, damnatum ad mortem absolutè, sive damnatus sit secundum ius commune, sive secundum statuta, ac leges Regni, & loci, in quo damnatur, sine dubio esse intestabilem, quantum ad bona sita in eo territorio: quo ad alia verò bona, quæ alibi extra Regnum, & territorium habet, effici etiam intestabilem, si fuit condemnatus ad mortem, seruata in processu, & sententia, dispositione iuris communis: & allegat Baldum in leg. finali. C. si à non comp. indic. quem refert Apostillat. ad Angel. de malef. in verb. & ibi caput, num. 20. Sed non approbo id quod ait, si fuit damnatus secundum ius vnius Regni, & territorij, & processus factus fuit secundum ius commune, esse intestabilem, quoad bona sita extra illud regnum, & territorium, quando Regni, & territorij leges aliter disponunt, quām disponat in eo casu ius commune, & Cæsareum, secus si in eo seruetur præfatum ius commune, & imperiale.

Secundum dicit Iulius Clarus, non valere etiam testamentum de iure Cæsareo, quod damnatus ad mortem ante damnationem, & condemnationem per sententiam ad pœnam mortis, fecit, iuxta l. si qui filio. §. irritum, ff. de iustit. rupto. non valere, inquam, quoad bona sita intra illud territorium, & Regnum, non autem quoad alia, quia sententia illa condemnatoria accipit vim, & robor à legibus illius territorij, & ciuitatis, in qua damnatur reus, & non ab legibus iuris communis, vnde non potest habere effectum extra illud Regnum, & territorium, & in hoc bene docet, & ita tenendum est.

Tertium dicit de consuetudine vbiique ferd contrarium obseruari, quia etiam illi, qui ad mortem statim damnandi sunt, testamentum faciunt, heredesque instituunt, quando illorum bona non publicantur; sed loquitur de consuetudine Regni Neapolitani, in quo scripsit, & citat pro se Imolam in cap. quia ingredientiu, num. 30. in fine. de testament. quem refert Natta in conf. 177. num. 4. Quare quanvis huiusmodi testamenta horum damnatorum ad pœnam mortis, iuxta ius non valeant, valent tamen iuxta consuetudinem, à qua non erit recedendum, vbiunque illa detur, quia consuetudo legitimè introducta, hoc est, videntibus, & dissimilantibus Magistratibus Regiis, ad quos id spectat, contra ius positivum præualet, iuxta communem Doctorum.

In Regno autem Castellæ conceditur damnato ad utramvis mortem, tam ciuilē, quām naturalem potestas testandi, quando illius bona non publicantur, fiscove applicantur, vt constat ex leg. 4. Tauri. Porro autem, quando de iure damnatus ad mortem in pœnam delicti intestabilis redditur, statim post latam mortis sententiam eam inhabilitatem incurrit. Vnde

Sequitur primò, valere illius testamentum factum in vinculis ante ipsam mortis sententiam datam; quām opinionem ego iudico meliorem, quia ante illam, pœnam inhabilitatis ad condendum testamentum non contraxit.

Sequitur secundò , si vincitus , carcerem , ante latam mortis sententiam effugiat , vel morte naturali eam præueniat , non eam inhabilitatem incurere .

Sequitur tertio , si post latam sententiam appellauerit , & pendente appellatione testamentum fecerit , & ita è vita discesserit , valere testamentum , l. quia à lauro nbus , s. si quis , ff. de testam. nam legitima appellatio suspendit causam , & eam ad antiquum statum , in quo erat ante latam sententiam , reducit . Si verò appellatum non fuerit , post latam sententiam , & contractam inhabilitatem , nec ad pias causas de iure testari poterit , vt iam diximus , & docet Clarus §. testamentum , q. 5. num 6. Bartolus in repetit. l. 1. num. 6. C. de sacros. Eccles. Abbas in rubrica de testam. num. 11. versic. de damnato. Panormitanus in rubrica de testam. n. 11. & citat etiam Iulius Clarus pro hac opinione Alexandrum in allegatione consilij 182. post numer. 5. Sed fallitur , quia Alexander ibi non attestatur hoc , sed solum refert argumentum , quo Baldus virutur , tenens hanc opinionem . Est tamen communis hæc opinio : & ratio est , quia per sententiam , & post sententiam condemnatoriam iam contraxit inhabilitatem ad testandum absolute , & est factus servus pœnæ , & amisit libertatem ad testandum , & aliquando bona , quando scilicet applicantur fisco ; & si ad fiscum de iure non sint applicata , statim ad damnati hæredes deueniunt : nostræ tamen Ordinationes Lusitanæ in veteribus , lib. 5. tit. 94. in nouis lib. 4. tit. 83. damnatis ad mortem facultatem ad testandum concedunt de suo tercio ad pias tantum causas , veluti ad redimendos captivos , ad matrimonio collocandas orphanas , subleuanda eleemosynis hospitalia , celebrandas Missas , reficienda monasteria , & ædes sacras , non autem ad alia opera pia , quod intelligo , nisi constet , & quæ esse pia , quam ordinationem bene explicat Caldas de nominat. quest. 5. num. 31. Excipiuntur tamen damnati ob crimen hæresis , prodictionis , sodomie , & quia hæc exceptio exprimitur , dubitatur de aliis criminibus , & criminosis , quotum bona publicentur ? Ego verò sic dico , eos post condemnationem sententiam testari posse de sua tercia parte bonorum in Lusitania ad pias tantum causas : ante latam verò sententiam , & promulgatam licet eis testari ad quascumque causas pias , & profanas de iure Lusitano , etiamsi tali criminis sit ipso iure decreta pœna publicationis bonorum , quia ead pœnam non incurruunt nisi post latam mortis sententiam , si excipias damnatos ob crimen hæresis , prodictionis , & sodomie , de quotum confiscatione iam satis alibi egimus , quia illorum bona publicantur post latam sententiam , à die criminis commissi , vt latè diximus in primo tomo Decalogi , vbi de pœnis temporalibus hæresis tractauimus : quatenus verò de iure Lusitano miles damnatus ad mortem possit testari , etiamsi sit filius familiæ , vide nostram nouam ordinationem lib. 4. tit. 83. num. 2.

Item damnatus ob libellum famosum testandi iure pī iatur . l. is cui , s. si quis , ff. de testam. quia infamis est . Ex diuersa tamen , & alia culpa infames eo iure non priuantur , ex Bartolo ibi & communi Doctorum , quam refert , ac sequitur Iulius Clarus lib. 5. §. testamentum , quest. 2. 5. Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 137. Sylvestr verb. testamentum 1. quest. 3. Angelus cod. verb. num. 1. unde reiiciendus est Couarruias in relef. de homicidio 1. part. §. 1. num. 6. absolute dicens ipso iure testandi potestate priuati , cùm tamen hoc solum prohibi-

beatur infamibus , qui ex famosis libellis contrahunt infamiam .

Excommunicatus eo iure non priuatur , secundum communem , cui Iulius Clarus quæst. 2. 4. quoad excommunicatum occultum , & toleratum , indu dubitanter adhæret ; quoad publicum verò , & non toleratum , nihil resoluit : Couarruias tamen ad rubricam , de testam. 2. part. num. 18. candem sententiam , quod scilicet excommunicatus testari non prohibeatur , docet , nisi quando excommunicationi ea etiam pœna in canone additur , vt in cap. excommunicamus 1. §. credentes , de hereticis . & cap. Felicis , de pœnis , lib. 6. ait etiam ex autoritate multorum , quos citat , nihil ad id referre , sit ne publicè an occultè excommunicatus , notorius , aut non notarius , quando in canone ita exprimitur , quod ita tenendum est , vt docet Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 137. Panormitanus in rubr. de testam. Sylvestr verb. testamentum 1. quæst. 3. pronunciate 9. Antonius Gomez ad l. 3. Tauri , num. 15. Bartolus , & alij , quos citat Molina ; nam quando pro aliquo delicto ultra excommunicationem statuitur , & exprimitur in canone , vt delinquens testari nequeat , quo pacto statuitur in predicto cap. Felicis , de pœnis , in 6. vt qui hostiliter insecurus fuerit Cardinalem sanctæ Romanæ Ecclesiæ , vel cum percusserit , vel ad aliquid horum fuerit cooperatus , testari non possit ; sed id tunc non prouenit ex communicatione , sed prouenit ex eo , quod ultra pœnam excommunicationis , hæc etiam non testandi additur : & quo etiam pacto in dict. cap. excommunicamus de hereticis , hæc etiam pœna intestabilitatis hereticis , & illorum credentibus imponitur , quæ quidem pœnæ non incurunt nisi post sententiam latam declaratoriam criminis .

Manifestus etiam usurarius testari non potest , nisi prius vel soluat usururas , vel præstet cautionem de illis soluendis . cap. quamquam , de usuris , lib. 6. ita Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 137. vers. testamentum manifesti . Couar. lib. 3. var. resolute cap. 4. num. 4. Ital. Clat. lib. 5. §. usurpa , num. 13. & lib. 3. §. testamentum , quest. 26. Usurarius autem manifestus ille dicitur , qui palam , & publicè usurpas exercet , ita ut propter ipsum facti evidentiam excusari non possit : ita sentit Bartolus in l. fur est manifestus , num. 3. ff. de furis . Couar. allegatus dict. num. 4. Item ille , qui eorum sacerdote & testibus publicè fatetur se esse usurarium , & prædictas restitui mandat usurpas , vt ait glossa in dict. cap. quamquam , de usuris , inibi , verb. manifesti . Socinus consil. 127. num. 1. lib. 3. & ille etiam , qui in iudicio fatetur se esse usurarium , aut damnatus à iudice de usuris fuit . ita Couar. citatus num. 4. vers. quartò etiam , glossa in dict. cap. quamquam , de usuris , in verb. manifesti . Si autem talis cautio post testamentum iam factum præstetur , communior opinio tenet , tale testamentum conualescere . ita Alexander ad l. Gallus , §. ille causus , licet dicat , contrariam opinionem esse de iure firmiore , & sustentabiliorem , quam sequitur Elinius in cap. cum dilectus , num. 3. de accus. & De cius in l. quod in initio , num. 1. 2. ff. de regul. iuriis . & Couarruias in cap. 3. de testam. num. 9. versic. 12. propter regulam iuris , quæ assertit . Quod in initio inuidum est , nunquam postea conualescit . & quicquid tamen est prima opinio , quia hæc intestatio manifestis usurariis ponitur in pœnam delicti propter detinendum terræ , quod cessat omnino præsita cautio ne post factum testamentum .

An autem usurarius publicus validè donare pos fit causa mortis ? affirmit post alios , quos citat , Couarruias ad rubric. de Testam. 3. part. num. 11.

num. 11. Negat Julius Clarus lib. 5. §. usurpa, numer. 14 dicens hanc esse magis communem. Et ego ei accedo, non solum ut communiori, sed etiam, ut veriori, quia regula est glossae communiter receptae ad l. tam is. in verb. non facit. ff. de mortis causa donat, cui non licet testari, non licet causa mortis donare, quam corroborat plana, ac cūdēns ratio, quia per tales donationes excluderetur testandi prohibitio, & quod usurpati per unam viam negaretur, donaretur per aliam. Vnde ab hac regula non sit exceptio, nisi ex iure specialiter colligatur; pro manifesto autem usurpatio nullibi in iure talis exceptio habetur, atque adeō exprimunt Angelus verb. Testamentum, §. 2. Sylvestris verb. Testamentum 1. quest. 4 & alij, etiam ea donatio à tali usurpatio fiat in pias causas, irritam esse, & verò, quanvis usurpatius ab officio esset, & iam non exerceat usurpas, adhuc validè testari non poterit, nisi præstata cautione, aut soluerit priùs prædictas usurpas, ut docet Julius Clarus lib. 3. §. Testamentum. quest. 26. num. 4. vbi citat alios, quos ibi videre poteris.

27. Nec filiusfamilias testamenti factio de iure Cæsareo & Lusitano competit, etiam permittente patre, l. qui in potestate, ff. de testament. Excipitur, nisi miles sit, & habeat peculium castrense, aut quasi castrense. Institut. quibus non est permis. facer. testament. in principio. Ordinationes Lusitanæ lib. 4. in nouis, tit. 83. num. 1. & 2. quas vide, hac tamen de re diximus lib. 1. de contractib. in genere, à num. 10. Donare verò ex mortis causa de aliis bonis potest, patre expressè consentiente, l. tam is, §. filiusfamilia. ff. eodem. Quæritur tamen, an de bonis aduentitiis testari possit ad pias causas? Et respondetur, de pattis consensu, haud dubie posse; absque illo tamen non posse, etiam quando ipse pater in talibus bonis usurpatum non habet, sed pleno iure pertinent ad filium, videlicet, quoad usum, & quoad dominium: ita Molina tom. 1. de iustitia, disput. 138. §. penultimo. ita habet communis opinio relata, & approbata à Couartuia ad dictam rubricam de testamento. 3. part. numero ultimo, & à Julio Claro §. Testamentum. question. 5. quæ satis claram habetur ex cap. licet. de seculi. lib. 6. Diximus tamen lib. 1. de contractib. in genere, cap. 5. num. 8. §. aut quarimus. etiam ad profana de consensu expresso patris de his bonis aduentitiis, quæ pleno iure ad filios spectant, testari posse, quam sententiam adhuc sequitur, licet enim vitaque sit probabilis, illa tamen semper mihi probabilius visa est. Adde, quodd si talis filius in testamento ad pias causas de consensu patris facto, aliqua legata non pia instituat, ea in hac opinione, nec erunt valida, nec causæ pia accepte, sed heredi ab incestato, ex Julio Claro ibi: in alia verò opinione, quam lib. 1. de contractib. in genere, secuti fuimus, valent.

28. Est tamen peculiaris difficultas, quando filius est clericus? Ad quam dicendum est, liberè posse talem filiusfamilias testari ad quosvis usus de quibusvis bonis post clericatum acquisitis, quanvis enim per eum ordinem suscepimus non eximatur à pattia potestate, bona tamen omnia, quæ ad eum deinceps deuenient, habentur quasi castraria. Authentica Presbyteros. C. de Episcop. & Clericis. & ita obseruat Couartuia ad cap. non dicatis. num. 87. Pinellus ad l. t. C. de bon. mater. 1. part. num. 43. Sylvestris verb. Clericus 4. quest. 14. num. 10. Panormitanus ad cap. in presentia de probat. num. 12. Molina tom. 1. de iustitia, disput. 138. §. licet Clericus. Ac proinde quanvis filii sunt familiæ Fagundez de iustitia, &c.

lias, ad eos pertinet eorum administratio, & usus, possuntque de illis testari, & donare, dummodo si filios legitimos habeant, illis relinquant suas legitimas portiones; si vero non habeant, relinquant suis ascendentibus: ita exprimitur in dicta Authentica, ibi, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, & letores (quos omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad eorum dominium aduenientes, habere in sua potestate precipissus ad similitudinem castrorum peculiorum, & donare cui volunt, secundum leges, & in his testari, licet sub parentum potestate sint; sic tamen, ut horum filii, aut filii non existentibus, parentes eorum legitimam ferant partem.

29. Planè Couartuia citatus, cum aliis, quos refert, ait, hoc intelligi etiam de Clericis solum primam tonsuram habentibus, & hanc opinionem sequitur Sancius lib. 7. Decalogi, cap. 13. num. 35. id quod alij negant: prædicta tamen Authentica, Clericos in prima tonsurâ, & minoribus tantum constitutos videtur comprehendere, quia cantores & letores exprimit. Putat tamen Molina allegatus, de consuetudine hodie solos etiam Clericos primæ tonsuræ, & in minoribus comprehendendi, qui vel beneficium habent, vel servitio alicuius Ecclesiæ de mandato Episcopi addicti sunt, iuxta sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 6. de reformat. quia hi solum, iuxta idem Concilium, gaudent priuilegio fori; sed non bene putat, iuxta ea, qua docet Sancius lib. 7. Decalogi, cap. 13. num. 35. quem sequenti fuimus lib. 1. de contractib. in genere, cap. 14. num. 6. vbi loqui fuimus de iure, & de hac consuetudine, de qua loquitur Molina, non constat.

30. Doubtant Doctores, an hoc priuilegium respectu Clericorum intelligendum sit solum de bonis, quæ ipsis post Clericatum aduenierunt, an etiam de illis, quæ ante Clericatum iam habebant? Cui dubio dicendum puto, in primis patrem per aduentum Clericatus sit, non amittere usurpatum, quem antea habebat in bonis aduentitiis illius, deinde talem filium Clericum, sicut habet dominium, & administrationem sui patrimonij, ad eius titulum initiatus est, quanvis à patre illud accepit, sic etiam posse de illo testari, sicut de aliis bonis, quæ post clericatum acquisuerit. Tandem & tertio, filium liberè posse disponere de tercia parte suorum bonorum, computando etiam bona, in quibus parti competit usurpatum: in reliquis autem duabus partibus necessariò succedent parentes: ita Molina tom. 1. de iustitia, disput. 138. §. penultimo.

31. Ex dictis patet, quæm hallucinatus sit Antonius Gomez ad leg. 48. Tauri, num. 7. assertens, neque eorum bonorum, quæ Clericus filiusfamilias acquisit post Clericatum, habere ipsum filium usurpatum, & administrationem, sed omnia spectare ad patrem, eaque de causa, neque testari, neque disponere de illis posse, oblitus iuris apertissimi Authenticae, quam citamus.

32. Atque hæc de testamento filiusfamilias ex iure communi constituta seruanda etiam sunt de iure Lusitano, ut bene notat Molina tom. 1. de iustitia, tractat. 2. disput. 138. initio, quia in Regno Lusitanæ nihil in contrarium statutum est, & vbi de eodem iure Lusitano nihil dispositum contra ius commune inuenitur, ius commune sequitur. An vero & quatenus filiusfamilias miles possit validè testari de iure nostro Lusitano, vide ordinationes nouas lib. 4. titul. 83. num. 2. De iure autem Castellæ in leg. 5. Tauri, sit potestas

probato prius criminis fugae per latam iudicis sententiam, quia ante illam, non est adhuc factus seruus poenæ: & addit in hoc omnes concordare, consentireque, iuxta Aretinum in pref. leg. eius qui §. 1. post n. 3. vers. unu est fieri, inquam, intestabilem de omnibus bonis, quæ habet acquisita, non autem de illis, quæ post hanc confiscationem acquisierit, iuxta modò dicta.

Illi vero banniti, qui fuerunt damnati ad peccatum mortis, præsentes, auditæ, & defensæ, licet effugiant, manent tamen intestabiles, eo quod iam sint facti servi poenæ, & quam per sententiam fuerunt damnati, & per fugam non illam effugient, ut optimè docet Iulius Clatus lib. 3. § testamentum, num. 2. & ideo, neque intra territorium, & regnum, in quo fuerunt damnati, neque extra illud testari validè possunt, siue de bonis contentis intra illud territorium, & regnum, siue de bonis contentis extra illud, quia talis sententia lata iustè, & iuridicè illum intestabilem fecit absolutè, & vbiique locorum; affectit enim ea sententia personam illius hominis delinquentis vbiunque illa sit, & bona illius, vbiunque etiam sint, & reddidit illam incapacem, & inhabilem ad testandum, & seruam prædictæ poenæ, ut de se paret; sic publicè excommunicatus, declaratus, & minimè toleratus in uno loco, vbiique est excommunicatus, cum constiterit de illius excommunicatione, & declaratione facta in alio, quia excommunicationis personam illius hominis affectit absolutè, & independenter à loco, ut alibi diximus.

Sunt etiam alii banniti, qui in absentia indefessi ad mortem damnantur, positis publicis edictis, ut appareant intra certum terminum, & se defendant, qui postea labente tempore ipsi se listunt, & in iudicio præsentant, appellantes à data sententia, ut sua causa de novo videatur, & in iudicio tractetur: & hi quidem meo iudicio, testari possunt, antequam secundò ad eandem mortem damnantur: & ratio est primò, quia per appellationem à prima sententia data in eorum absentia res redacta fuit ad priorem statum, ac perinde se negotium habet, ac si nunquam agitata fuere causa illius, ut diximus supra num. 2. Secundò, quia non fuit auditus, nec defensus, nec stetit per illum non auditæ, & defensi, quia cum tanto vitæ periculo non tenebatur tunc apparere, & obedire præcepto apparendi in publicis edictis positò, ut latè probauimus in quinto præcepto in nostro primo tomo in Decalogum.

38. Ad finem huius capituli superest dubium grave contentum in titulo illius, an scilicet, omnes intestabiles actiù, nimitem, qui testari non possunt, & quibus est inhibita testandi potestas, sint etiam intestabiles passiuè, hoc est, non possint institui heredes, & hereditatem, aut legatum accipere ex testamento: & quidem questionem hanc tangit Iulius Clatus lib. 3. §. testamentum, quest. 34. num. 2. & breuissimè respondet eum hac distinctione: nam aut quis intestabilis est, & prohibitus facere testamentum ex aliquo crimen, vel propter aliquod crimen in poenam illius, ut crimen heresis, læsa maiestatis, prodictionis, latrociniij, vel aliud quodcumque crimen dignum poenæ mortis: aut est intestabilis propter aliquem defectum, & excessum, qui non cadit in crimen, ut est pupillus, mutus, surdus, prodigus, filius familiæ, impubes, & alii similes. & de primis ait, nec testari actiù posse, nec heredes institui posse passiuè: secus de secundis, quia hinc prohibeantur actiù testari, non tamen prohibentur institui heredes passiuè, & nullam ratio-

nem huius rei reddit: citat tamen pro hac sua opinione glossam in l. is cui. §. 1. & glossam final. in fine, ff. de testament. & ait illas approbare communiter Doctores, & de hac communis approbatione testatur etiam Aretinus in dicta l. is cui, in eo §. 1. colum. ultima. vers. in glossa ultima. Ratio tamen esse potest, quia in reliquis personis, quæ non sunt criminis, non apponitur ea prohibitio in poenam, & grauamen alicuius criminis, sed apponitur in utilitatem illarum, non ut puniantur propriè, sed ut illis, & illorum bonis consulatur: in reliquis vero personis criminis apponitur ea prohibitio tanquam pura pena delicti, & ideo diximus n. 2. non incurri, nisi post latam sententiam.

Est tamen speciale dubium de publicis, & manifestis usuratiis. Sed re bene considerata, mihi videtur eos post sententiam latam, non incurrire poenam intestabilitatis ob crimen usuræ, quia hæc etiam inhabilitatis pena non illis imponitur in puram poenam delicti, sed in utilitatem earum personarum, quæ ab illis in necessitate usuratas petierunt; & magis ea prohibitio habet rationem respectationis boni alterius, quam rationem castigationis, & supplicij proprij delicti, quod probatur, quia, ut diximus num. 2. illi puniuntur hac pena, non simpliciter, & absolute, sed sub conditione, si nolint usuratas solvere, aut cautionem præstare soluendi, & restituendi dammum alterius, & ideo non simpliciter redundunt intestabiles, quemadmodum redundunt alii criminosi, sed conditionate, nisi prius usuratas soluant, aut cautionem præstent; nec simpliciter illa prohibitio in illis, est pena, sed est restitutio iuris naturalis: & si mavis, usurarium manifestum post latam sententiam incurtere poenam intestabilitatis, dicemus illam incurtere propter contumaciam, quia noluit obedire præcepto præstandi cautionem de restitutione illarum, aut de restituendis usuratis, non propter peccatum illarum, quia, ut diximus num. 2. non simpliciter huiusmodi usuratiis imponitur hæc pena, sed conditionate, si nolint restituere.

39.

## CAPUT X.

De testamentis Clericorum. An Prælati, & Clerici possint testari? Agitur de Tamois Indis ad Caput frigidum habitantibus, an sint captiui iure belli, & in scruntute nati?

- 1 Qui nomine Clericorum pro instituto præsenti intelligantur, an etiam Clerici prima tonsura, & Episcopi.
- 2 Qua bona venire possint in considerationem, de quibus Clerici possint testari.
- 3 Olim initio nascientis Ecclesiæ Clerici cum Episcopis viuebant ex communi bonorum Ecclesiæ. Postea circiter tempora D. Hieronymi, & D. Augustini diuisa sunt bona Ecclesiastica in quatuor partes: attributa fuit una Episcopo, altera Clericis; altera fabricæ Ecclesiæ; altera pauperibus; hodie confusa est pars pauperum cum parte Prelatorum, & Episcoporum. ibi.
- 4 Possunt, & fas est Episcopi, Clerici, & beneficiarii testari actiù, & profanè de bonis suis patrimonialibus acquisitis tam ante Clericatum, quam post illum.

probato prius criminis fugae per latam iudicis sententiam, quia ante illam, non est adhuc factus seruus poenæ: & addit in hoc omnes concordare, consentireque, iuxta Aretinum in pref. leg. eius qui §. 1. post n. 3. vers. unu est fieri, inquam, intestabilem de omnibus bonis, quæ habet acquisita, non autem de illis, quæ post hanc confiscationem acquisierit, iuxta modò dicta.

Illi vero banniti, qui fuerunt damnati ad peccatum mortis, præsentes, auditæ, & defensæ, licet effugiant, manent tamen intestabiles, eo quod iam sint facti servi poenæ, & quam per sententiam fuerunt damnati, & per fugam non illam effugient, ut optimè docet Iulius Clatus lib. 3. § testamentum, num. 2. & ideo, neque intra territorium, & regnum, in quo fuerunt damnati, neque extra illud testari validè possunt, siue de bonis contentis intra illud territorium, & regnum, siue de bonis contentis extra illud, quia talis sententia lata iustè, & iuridicè illum intestabilem fecit absolutè, & vbiique locorum; affectit enim ea sententia personam illius hominis delinquentis vbiunque illa sit, & bona illius, vbiunque etiam sint, & reddidit illam incapacem, & inhabilem ad testandum, & seruam prædictæ poenæ, ut de se paret; sic publicè excommunicatus, declaratus, & minimè toleratus in uno loco, vbiique est excommunicatus, cum constiterit de illius excommunicatione, & declaratione facta in alio, quia excommunicationis personam illius hominis affectit absolutè, & independenter à loco, ut alibi diximus.

Sunt etiam alii banniti, qui in absentia indefessi ad mortem damnantur, positis publicis edictis, ut appareant intra certum terminum, & se defendant, qui postea labente tempore ipsi se listunt, & in iudicio præsentant, appellantes à data sententia, ut sua causa de novo videatur, & in iudicio tractetur: & hi quidem meo iudicio, testari possunt, antequam secundò ad eandem mortem damnantur: & ratio est primò, quia per appellationem à prima sententia data in eorum absentia res redacta fuit ad priorem statum, ac perinde se negotium habet, ac si nunquam agitata fuere causa illius, ut diximus supra num. 2. Secundò, quia non fuit auditus, nec defensus, nec stetit per illum non auditæ, & defensi, quia cum tanto vitæ periculo non tenebatur tunc apparere, & obedire præcepto apparendi in publicis edictis positò, ut latè probauimus in quinto præcepto in nostro primo tomo in Decalogum.

38. Ad finem huius capituli superest dubium grave contentum in titulo illius, an scilicet, omnes intestabiles actiù, nimitem, qui testari non possunt, & quibus est inhibita testandi potestas, sint etiam intestabiles passiuè, hoc est, non possint institui heredes, & hæreditatem, aut legatum accipere ex testamento: & quidem questionem hanc tangit Iulius Clatus lib. 3. §. testamentum, quest. 34. num. 2. & breuissimè respondet eum hac distinctione: nam aut quis intestabilis est, & prohibitus facere testamentum ex aliquo crimen, vel propter aliquod crimen in poenam illius, ut crimen hæresis, læsa maiestatis, prodictionis, latrociniij, vel aliud quodcumque crimen dignum poenæ mortis: aut est intestabilis propter aliquem defectum, & excessum, qui non cadit in crimen, ut est pupillus, mutus, surdus, prodigus, filius familiæ, impubes, & alii similes. & de primis ait, nec testari actiù posse, nec heredes institui posse passiuè: secus de secundis, quia hinc prohibeantur actiù testari, non tamen prohibentur institui heredes passiuè, & nullam ratio-

nem huius rei reddit: citat tamen pro hac sua opinione glossam in l. is cui. §. 1. & glossam final. in fine, ff. de testament. & ait illas approbare communiter Doctores, & de hac communis approbatione testatur etiam Aretinus in dicta l. is cui, in eo §. 1. colum. ultima. vers. in glossa ultima. Ratio tamen esse potest, quia in reliquis personis, quæ non sunt criminis, non apponitur ea prohibitio in poenam, & grauamen alicuius criminis, sed apponitur in utilitatem illarum, non ut puniantur propriè, sed ut illis, & illorum bonis consulatur: in reliquis vero personis criminis apponitur ea prohibitio tanquam pura pena delicti, & ideo diximus n. 2. non incurri, nisi post latam sententiam.

Est tamen speciale dubium de publicis, & manifestis usuratiis. Sed re bene considerata, mihi videtur eos post sententiam latam, non incurrire poenam intestabilitatis ob crimen usuræ, quia hæc etiam inhabilitatis pena non illis imponitur in puram poenam delicti, sed in utilitatem earum personarum, quæ ab illis in necessitate usuratas petierunt; & magis ea prohibitio habet rationem respectationis boni alterius, quam rationem castigationis, & supplicij proprij delicti, quod probatur, quia, ut diximus num. 2. illi puniuntur hac pena, non simpliciter, & absolute, sed sub conditione, si nolint usuratas solvere, aut cautionem præstare soluendi, & restituendi dammum alterius, & ideo non simpliciter redundunt intestabiles, quemadmodum redundunt alii criminosi, sed conditionate, nisi prius usuratas soluant, aut cautionem præstent; nec simpliciter illa prohibitio in illis, est pena, sed est restitutio iuris naturalis: & si mavis, usurarium manifestum post latam sententiam incurtere poenam intestabilitatis, dicemus illam incurtere propter contumaciam, quia noluit obedire præcepto præstandi cautionem de restitutione illarum, aut de restituendis usuratis, non propter peccatum illarum, quia, ut diximus num. 2. non simpliciter huiusmodi usuratiis imponitur hæc pena, sed conditionate, si nolint restituere.

39.

## CAPUT X.

De testamentis Clericorum. An Prælati, & Clerici possint testari? Agitur de Tamois Indis ad Caput frigidum habitantibus, an sint captiui iure belli, & in scruntute nati?

- 1 Qui nomine Clericorum pro instituto præsenti intelligantur, an etiam Clerici prime tonsura, & Episcopi.
- 2 Quæ bona venire possint in considerationem, de quibus Clerici possint testari.
- 3 Olim initio nascientiæ Ecclesiæ Clerici cum Episcopis viuebant ex communi bonorum Ecclesiæ. Postea circiter tempora D. Hieronymi, & D. Augustini diuisa sunt bona Ecclesiastica in quatuor partes: attributa fuit una Episcopo, altera Clericis; altera fabricæ Ecclesiæ; altera pauperibus; hodie confusa est pars pauperum cum parte Prelatorum, & Episcoporum. ibi.
- 4 Possunt, & fas est Episcopi, Clerici, & beneficiarii testari actiù, & profanè de bonis suis patrimonialibus acquisitis tam ante Clericatum, quam post illum.

## 572 De translat.dominij per vlt. volunt.

- 5 De bonis, que clerici ex proprio officio clericali acquirunt, vel ut ex missis, cantu officiis mortuorum, concionibus, confessionibus, ex munere capellam, & ex alijs, que scola, & superpelliceo clericando comparant, pie, & profane testari etiam licet, & valide possunt.
- 6 De bonis immobilibus Ecclesia, ut de pradiis, maneribus, casalibus, & foris: iure de bonis mobilibus Ecclesia applicatus, ut de calicibus, & alia supellefili Ecclesiarum, nec licet, nec valide testari possunt.
- 7 Dominum harum rerum mobilium, & immobilium Ecclesia, apud quem sit.
- 8 Siclericus, vel Episcopus de suis bonis patrimonialibus, vel de iis, de quibus liberè testari poterant, aliquam partem contulit Ecclesia in recompensationem illorum; de tanta parte ex bonis Ecclesie testari poterit licet, & valide, & pie, & profane.
- 9 De distributionibus quotidianis possunt beneficii licet, & valido pie, & profane ad libitum testari.  
Quae illa dicantur. ibid.
- 10 De fructibus beneficiorum, que supersunt ex competenti clericorum sustentatione, & de illis rebus que cum illis acquiruntur, fac est beneficiarii testari ad pia tanum opera, & ad remunerationem servitorum sibi impensorum de consuetudine, non de iure.  
Excipe Episcopos, in quibus non viget talis consuetudo. ibid.
- 11 Si Episcopi ex fructibus relicti sibi, & sue familia sustentande aliquid subtraxerint, parcios vivendo, & comedendo, de his rebus, qua sibi subtraxerint possunt ad libitum pie, & profane testari.  
Quid si eo animo facerent, ut amplius darent pauperibus. ibid.
- 12 Idem si fructus extet, & beneficiati eos villos habent; & num. 13.
- Quid id de fructibus pendebit. ibid.
- 14 Quomodo arbitrabitur, quantum ad unumquaque Episcopum, & beneficiatum necessarium sit ad congruentem sustentationem.
- 15 Qui laboriosius Ecclesia seruitio incumbunt, ea maior pars eis debetur.
- 16 Quidquid post hanc decentem applicationem ad congruam sustentationem eius superest, in usus pios expendendum est, & num. 17.
- 17 Es magis, & fructus obligamus ad pauperes, qui maiores redditis, & sacerdotia magis operantia habent.
- 18 Idem dicendum est de fructibus beneficij, atque de bonis ex illis emptis, & questiis.
- 19 Quid de pensionariis. & num. 21.
- 20 Quo dicuntur vere, & propriæ distributiones quotidianæ.
- 21 Cui cedant de iure bona Prelatorum, & clericorum, qui de eodem iure testari non possunt.  
Quid in Italia, & Castella. ibid.
- 22 Quid in Portugallia, Gallia, & Germania.
- 23 An clericati beneficii de consuetudine testari possint, & an ad usus profanos se extendat ea consuetudo, & num. 26.
- 24 Quid de hac consuetudine in Castella circa honestos beneficiarios.
- 25 Agitur de vi consuetudinis circa negotium praefecus.
- 26 Consuetudo est varia pro variis diocesisibus, & num. 30. & 31.
- Quid in Eborense trahi in Lusitaniam, a. num. 29.

Videnda sunt constitutiones synodales circa ilam, d. n. 28. fine, & 29. initio. ibid.

- 32 Res, que inserunt ad sacros apparatus, ut calices, vestimenta, ornamenta, & similia facta ab unoquoque beneficiato ad suum priuatum usum, etiam si fiant, & pro priuatis oratoriis, de iure ad Ecclesiam, ubi erat beneficiatus, pertinent.

- 33 Quid de consuetudine.

- 34 An beneficiatus, qui ad pronosticatur, quando nec de iure, nec de consuetudine licet id facit, ad restitucionem tenetur. & num. 35.

- 35 Tamoi Indi ad Caput frigidum habitantes, an sint capitini inter bellum, & nati in servitute.

**D**e Clericis, Episcopis, & Prælatis loquitur titulus, quia de omnibus Clericis generaliter procedit quæstio, quæ & ratione personarum, & ratione materiæ est grauissima, ut illam appellant communiter Doctores. Nomine vero clericorum pro instituto presenti intelligentur etiam omnes iniciati in minoribus ordinibus, atque adeò in sola prima tonsura, modò priuilegio fori gaudent, iuxta formam decreti Concilij Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 6. in quo statuitur, ut priuilegio fori non gaudeat constitutus in prima tonsura, aut minoribus ordinibus, nisi aut beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, tonsuramque deferens alicui Ecclesie ex mandato Episcopi inseriat, aut in seminario clericorum, vel in aliqua schola de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines inseriat.

Huiusmodi igitur clerici, cum exempti sint à foro ciuili, non oportebit, quod in testando servent solemnitatem iure ciuili requisitam, quia sine illa, iuxta cap. cum esses, de testam. eorum testamenta in foro Ecclesiastico admittentur; ad cautelam tamen obseruentur, quæ praxis hac in re habet. Difficultas potissima huius articuli est, de quibus bonis licet, aut non licet clericis testari: & verò quinque, vel sex bonorum genera venire possunt in considerationem; nimirum bona propria, seu patrimonialia ipsius clericci, vel Prælati. Item bona Ecclesie, sive beneficij mobilia, vel immobilia. Item bona quesita, & comparata ex beneficij fructibus. Item fructus collecti ex bonis Ecclesie. Item quotidianæ distributiones, quas clericus percipit in Ecclesia, cui inseruit. Denique bona, quæ ex proprio officio clericali acquirit, ut ex Missa sua, ex officiis defunctorum, ex cantu, & superpelliceo, atque ex concionibus suis, & confessionibus, clericando comparat.

Deinde præmittendum est, in initio nascentis Ecclesie cum clerici, & Episcopi viuerent in communi, & de eodem cumulo bonorum Ecclesie, tum ipli, tum fabricæ, & pauperibus autoritate quidem Episcopi prouideretur, cap. dilectissimis, cap. scimus, cap. videntes, & alijs 12. quæst. Postea tandem circa tempora D. Hieronymi, & Augustini introductam fuisse quadripartitam bonorum Ecclesiasticorum divisionem, attributa una parte Episcopo, altera clero, tercua fabricæ, quartua pauperibus, cap. quatuor, cap. de redditib. & alijs 12. quæst. 2. Quæ divisione hodie magis obscurum facit ius clericorum in bona Ecclesiastica, cum rationabiliter sèpè dubitet, fuerit ne rursus confusa portio fabricæ, & pauperum, cum portione Episcopi, & cleri, maximè vbi tara, & minimè locupletia visuntur pauperum hospitalia, è contra verò Episcopatus, & inferiora beneficia sunt pinguisima. His positis, sit

Prima conclusio. De bonis propriis, patrimonialibusque

1.

2.

3.

4.

nialibusque, acquisitis tam ante Clericatum, quam post illum, fas est Clericis, beneficiariis etiam, & Episcopis testari ad quoscunque usus pios, & profanos, ac si essent laici: itemque de iis, quae ex iustis contractibus, & decentibus opificiis acquirunt, & de bonis, quae ex his omnibus emptione comparantur, est communissima. Probatur clare ex cap. quia nos. & ex cap. relatum 2. de testament. cam docet Couartuicias in cap. 1. de testament. à num. 1. Molina tom. 1. de iustitia, disp. 142. §. Clericorum bona in initio questionis. & quest. 147. in initio, etiam conclus. 1. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, q. 27. num. 1. Nauarrus in *Apolog.* quest. 1. monito 22. num. 1. & 3. & quest. 3. monito 1. Molina Iurisconsultus de primog. cap. 12. num. 27. latè Honcalia in tractat. de redditibus Eccles. cap. 2. quaf. 1. num. 15. Vallascus de partitionibus. cap. 35. à num. 1. Molina tom. 1. de iustitia. disp. 141. Leonardus Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 4. dub. 6. num. 36. & probat ordinatio Lusitana lib. 2. tit. 18. §. 7. Probarur etiam aper- tè ex cap. Episcopi. 12. quest. 1. ibi, *Episcopi de rebus propriis, vel acquisitiis. intellige, acquisitis cum iisdem rebus propriis; vel quidquid de proprio habent, hereditibus suis, si voluerint, dereliquerint.* Probatur etiam ex cap. placuit. 12. q. 1. & cap. sixum, 12. q. 5. Nec obstat cōtra hanc conclusionem c. Episcopi qui filios. 12. q. 2. quatenus ait, alium, quam Ecclesia non relinquat heredem, quia, ut bene notat Iul. Clarus citatus, huiusmodi textus, & alii similes sunt potius consilij, quam præcepti, ut sentit etiam glossa ibi, nam ratio ipsa suadet, ut quisque de rebus suis liberam disponendi habeat facultatem, ut optimè ait Barb. de *præstantia Cardin.* quest. 3. 1. part. post num. 40. & hoc est potissimum, ac præcipuum fundamentum huius communis conclusionis.

5. Secunda conclusio. De bonis quarti generis, hoc est, de bonis, quae Clerici ex proprio officio Clericall' acquirunt, veluti, ex Missis, ex cantu, ex officiis defunctorum, ex confessionibus, atque con- cionibus, ex munere capellani, & ex aliis, quae ex officio, & superpelliceo clericando comparant, testari etiam piè, & profanè possunt, etiam si filii familias sint, & Clericatus eos non eximat à patria potestate, patet ex *Authentica Presbyteros* 1. C. de Episcop. & Clericis. docet Molina Theologus tom. 1. de iustitia, disp. 138. §. licet Clericatu. & disp. 147. conclus. 1. ad finem. Panormitanus, & Couartuicias in cap. quia nos, de testament. Nauarrus in manuali Latino. cap. 17. num. 142. Pinellus ad l. 1. C. de bonis materna. 1. part. num. 47. Sylvestris verb. Clericus 4. quest. 14. num. 10. & ratio est, quia hæc bona computantur cum bonis quasi castrenisibus, ut patet ex dicta *Authentica Presbyteros*, ibi, *Presbyters, Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, & Lectores, quos omnes Clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes, habere in sua potestate precipitum ad similitudinem cajrensum peculiorum, & donare cui volunt secundum leges, & in his testari, licet sub parentum potestate sint; sic tamen, ut horum filii, aut ipsi non existentibus parentes eorum legitimam ferant portionem.* hæc *Authentica.* Quæ licet sit Principis seculatis, qui nihil potest in Ecclesia, & summis Pontificibus, iuxta cap. Ecclesia sancta Maria, de constitut. hæc tamen semper fuit approbata. Cum autem de bonis castrenisibus, aut quasi castrenisibus de iure communi, & etiam in hoc nostro Regno Lusitanæ filii familias ad libitum testari possunt, ut latè probat Molina tom. 1. de iustitia, disp. 138. initio. per multos, & multa iura, sequitur, ut Clerici de prædictis bonis, quae cum castrensi-

bus, aut quasi castrenisibus computantur, liberè quoque piè, & profanè testari possint, quanvis filii sint familias, & clericatus eos à patria non eximat potestate, ut re vera non eximit, ut alibi probauimus, & docet Reinosus observat. 17. num. 14. Probatur deinde, quia hæc bona sic à Clericis acqui- sita æquiparantur eorum bonis patrimonialibus, ut probat Nauarrus in *Apolog.* de redditib. Eccles. q. 1. monito 22. num. 3. Ex quo fundamento postea que- stion. 3. in principio, conclusionem hanc evidenter deducit.

Tertia conclusio. De bonis immobilibus Ecle- siæ, ut prædiis, & fortis, aut mobilibus ad eius usum iam applicatis, nec licet, nec validè testati possunt. Probatur ex dicto cap. relatum 2. de testament. ut omittamus alios textus, & insuper hac etiam pro- batur ratione, quia circa has bonorum species, Cle- ricci, etiam Priors, Abbates, & beneficiarii nullum habent dominium, sed simplicem tantum admini- strationem, & procriptionem. Idem dicendum de bonis hospitalium, aut similibus, quae Clerici interdum administrant. Item de illis, quae ipsi acqui- sierunt nomine Ecclesiæ, aut proprio nomine, sed postea in Ecclesiam per donationem, aut alium ti- tulum transtulerunt, ita docet Molina tom. 1. de iust. disp. 247. §. Secunda conclusio. colligitur ex omnibus iuribus conclus. 1. citatis. docet etiam Nauarrus in *Apolog.* de redditib. Eccles. quest. 1. monito 22. n. 2. & de spoliis Clericorum, §. 6. num. 4. cap. sunt qui opes. 17. quest. 4. cap. cum res 12. quest. 1. Conci- lium Tridentinum de reformat. sess. 25. cap. 1. Co- uartuicias lib. 3. variar. cap. 7. num. 5.

Si autem queras, penes quem sit dominium ha- ram rerum, quae sunt proprie Ecclesiæ. Nauarrus in *Apolog.* quest. 1. monito 34. & sequentib. post Maiorem in 4. dist. 24. quest. 16 putat esse penes Christum Dominum, non verò penes Ecclesiam, cui sunt applicatae. Fundantur, quia prædicta bona in cap. cum ex eo. de election. lib. 6. & in cap. cum secundum, de probandis. eodem lib. 6. appellantur pa- trimonium Christi, & cap. qui abſulerit 12. quest. 2. appellantur pecunie Christi, & in Conc. Trident. sess. 25. cap. 1. de reformat. appellantur res Dei. Di- cendum tamen est, dominium harum rerum esse penes Ecclesiam particularē, cuius sunt, ut optimè docet Turrecremata lib. 5. sum. cap. 118. pro- pos. 6. Cajetanus 2. 2. quest. 43. art. 8. innuitque satis D. Thomas ibi. Adrianus in quest. de restitu. que incipit, *Pro clarior intelligentia. conclus. 4.* Molina tom. 1. de iustitia, disp. 142. §. quoad prium horum, nomine verò Ecclesiæ particularis, intelli- gitur communitas cum suo capite, ut Prior, vel Abbas, cum beneficiariis, Monasterium cum Præ- lato. Quatenus autem vnaquaque Ecclesia parti- cularis pars est Ecclesiæ Romanae vniuersalis, do- minium horum bonorum est penes illam, & pe- nes summum Pontificem, qui est illius caput su- premum.

Quarta conclusio. Si Clericus, vel Episcopus de suis bonis patrimonialibus, vel de iis, de quibus liberè testari poterat, aliquam partem contulit Ec- clesiæ, in recompensationem illorum tantam par- tem accipere potest ad testandum in quosvis usus pios, & profanos de bonis Ecclesiæ, hoc est, de fructibus Ecclesiæ, quantam de suis iidem Eccle- siæ contulit: sic Episcopus, qui de suis bonis patri- monialibus aliquam partem expendit in pauperes, vel in res alias, quibus redditus Episcopatus obli- gati erant, de tanta parte piè, & profanè testari po- terit, de bonis Ecclesiæ, quanta fuit illa, quae de suis patrimonialibus cum illis expendit. hæc ferè in

in terminis habet ut in cap. si Episcopus 12. quest. 5. obseruarque Nauarrus in Apolog. de redditibus Ecclesie iust. quest. 3. monit. 4. num. 3. & Molina tom. 1. de iustitia. idem affirmans diff. 247. §. quarta conclusio. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, quest. 27. num. 3. ad finem. Et ratio est, quia sibi potest recompensare, & quia talis dispositio testamentaria in eo casu perinde est, ac si fiat ex bonis propriis patrimonialibus, vel sua industria acquisitis; nam quae in elemosynas expendunt de suis bonis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus, licitum est illis, impunite redditibus Ecclesiasticis, atque adeo tantumdem de illis sumere ad testandum pie, & profanè pro libitum, ut bene etiam probat Perusinus, quem citat Nauarrus inductus. Hæc omnia intelligenda sunt, ut animadvertisit Molina, modò cùm id fecerint, animum habuerint recompensandi.

**9.** Quinta conclusio. De distributionibus quotidianis possunt clericis beneficiari licet, & validè ad libitum pie, & profanè testari. ita Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, quest. 27. num. 10. Parisius consil. 33. num. 8. & sequentib. lib. 4 vbi plurimos allegat. Nicolaus de Vbaldis, & Gnilermus de Monte laudato, quos citat ipse Iulius Clarus, & hodie est communissima opinio, & ratio est, quia licet huiusmodi distributiones, quodammodo dicantur bona Ecclesiastica, & acquisita intuitu Ecclesiæ; dicuntur tamen tales lato modo, & impropriè; presbiter enim, & propriè dantur intuitu personæ propter diuturnum laborem, & continuam operam, & ideo proprie sunt stipendia, seu salaria quotidiana respondentia operi personali, & labori corporali diuturno; & hodie ita obseruantur in practica judiciali, à qua non est recedendum, ut bene animadvertisit Iul. Clarus, quod inde facilè probatur, quia distributiones quotidianæ non possunt dari absentibus à choro, non obstante quavis etiam consuetudine immemoriali, ut docet Garcia de beneficis, part. 3. cap. 2. num. 430. quæ reprobatur ex cap. unic. de clericis non resident. in 6. non aliam ob causam, nisi quia dantur intuitu personæ laborantis propter operam, & laborem diurnum, ut etiam docet Contrauias lib. 3. variar. cap. 13. à num. 2. Duefisi reg. 206. & 134. limitat. 6. & Hoieda de incompatibilitate benef. cap. 17. à num. 5. & quia iuxta meliorem opinionem, quam sequitur Caput aquensis decis. 6. §. num. 3. & Flaminius Parisius de resignation. beneficij. lib. 5. quest. 6. num. 131. Ut beneficium dicatur competens ad sustentationem beneficiarij, & ad arbitrandum valorem illius, non corouantur distributiones diuinæ quotidianæ.

**10.** Sexta conclusio. De fructibus beneficiorum, quæ supersunt ex competenti, & decenti sustentatione beneficiariorum, & de illis rebus, quæ cum illis acquituntur, fas est illis testari moderate ad pia tantum opera, & remunerationem seruitiorum sibi impensatum, de consuetudine, non de iure. Probatur ex consuetudine vniuersali admissa in d. cap. relatum 2. de testam. docet Nauarrus in Apolog. de redditibus Eccles. quest. 3. monit. 1. num. 2. initio. Molina tom. 1. de iustit. diff. 147. §. quinta conclusio. vers. ab hac tamen. Contrauias in cap. quia nos, de testam. num. 4. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, quest. 27. num. 4. vbi docet de iure non posse, non tamen loquitur de consuetudine.

Exciuntur tamen Episcopi, quia quoad illos non vigeret talis consuetudo, saltem in Hispania, & Lusitania, ut id faciant absque Papæ dispensatione, ut ait Contrauias ad cap. cum in offic. de testam. num. 9. & Nauarrus citatus dict. quest. 3. monit. 4. num. 1. adhibui autem illam particulam, moderate,

quia ipse textus illam innuit; significat enim textus, nec etiam ad pia opera licere clericis testari, nisi moderatè, hoc est, ita ut pauperes non indigent, iuxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. quest. 185. art. 7. ad 2. & Caietanus ibi. Unde non excessiuæ moderationes eis licebunt, sed quanto minores esse, ratio postulet. Ratio autem, ob quam beneficiarij, & Episcopi non possint de iure testari ex fructibus beneficiorum suorum, quæ supersunt ex congrua, & decenti sustentatione illorum, est, quæ assignatur, deduciturque ex cap. videntes 12. quest. 1. quia bona Ecclesiæ, & fructus beneficij sunt testuati primò ad congruentem, & honestam sustentationem beneficiariorum, deinde, ut ex illis, qui de hac congruenti sustentatione remanserint, egentibus subueniatur: de consuetudine tamen approbata in d. cap. relatum 2. de testam. poterunt, & quia hæc consuetudo in tota Hispania, & Lusitania, quoad Episcopos tantum, non fuit adhuc introducta, ideo illi nihil possunt testari, nec etiam ad pia de predictis fructibus absque licentia summi Pontificis, quam sine dubio possunt summi Pontifices concedere, ut ait Decius consil. § 21. post num. 3. & Iulius Clarus citatus num. 5. in dict. quest. 27. quia, ut est regula communis omnium, Papæ in beneficibus omnia possunt; debent tamen ex honestate summi Pontifices animaduertere, ne id faciant sine causa, nam quamvis omnia licent, non tamen omnia expedient.

**11.** Septima conclusio. Si tamen Episcopi, aut Ecclesiastici ex fructibus sibi ad suam portionem, & congruentem sustentationem relictis, aliquid subtraxerint ex ventre, & decenti famulatus splendore, parciius comedendo, & non tot famulos habendo in familia, de his rebus, & pecuniis, quæ sic acquisierint, & sibi subtraxerint, poterunt licet ad libitum testari pie, & profanè. hæc est D. Thomæ 2. 2. quest. 43. art. 8. Caietanus ibi. Molina tom. 1. de iustit. diff. 147. conclusio 3. Nauarrus in Apolog. quest. 1. monit. 30. num. 2. & monit. 78. num. 3. & monit. 80. num. 2. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 4. dub 6. num. 39. Sotus lib. 10. de iust. quest. 4. art. 3. conclusio 6. Probatur, quia ea bona, & portio fructuum beneficij, quæ est applicata congruenti sustentationi præcisè, & decenti famulatu beneficiorum, & Episcoporum, pertinent ad illos pleno iure, & non sunt obligata eagentium sustentationi, neque ulli alteri oneri; quare si quid ex ore, & ventre, & decenti famulatu subtrahunt, rectè de illo liberè disponere poterunt pie, & profanè, cùm de suo disponant, & nulli præiudicium fiat, idque etiam si habeant bona patrimonialia, ex quibus possit decenter vivere, iuxta illud 1. ad Cor. 9. nemo militat suis stipendijs. Ergo quantum ex ea summa, clerici suæ sustentationi subtraxerint parciius vivendo, tantundem in morte de redditibus Ecclesiæ poterunt vindicare, & in quoquis usus velint relinquere. Nec obstant nonnulli canones sacri, quid id iritum insinuant, quia ij explicantur, de tempore, quo clerici viuebant in communi. Inde, quia clericorum sustentatio non consistit in indubibili, sed suam latitudinem habet, sicut iusta rerum pretia, quando ad illam in istissimo gradu requirerentur, v.c. mille aurei, & in strictissimo 800. si clericus haec strictissima decencia sit contentus, reliquos 200. aureos in quoquis usus, siue in vita, siue in morte, verete non prohibetur. ita Nauarrus in Apolog. quest. 1. monit. 32. num. 1.

**12.** Quare si fructus extent, & beneficiarius illos vicit, & cadentes habeat, poterit liberè de illis disponere in quounque usus, siue in vita, siue in morte,

morte, si de congrua sua sustentatione illos sibi subtraxit, ut dictum manet; si vero non subtraxit, sed reuera superflui fuerint ex honesta, & congrua sustentatione, tunc solùm in pauperes, & ad pia opera, & in modicam remunerationem seruitiorum sibi impensorum de consuetudine approbata in cap. relatum 2. de testam disponere poterit in testamento, si non disposuit in vita, ut diximus num. 6. Et ratio est, quia ea bona erant obligata pauperum etiam sustentationi. Excipe in toto Hispania, & Lusitania, ubi non fuit adhuc introducta talis consuetudo; quare in Hispania reseruantur ea bona, & pertinent ad Cameram Apostolicam deductis debitis, & expensis funerum, & salariis servorum: in Lusitania vero iisdem deductis, futuris Episcopis reseruantur.

13. Idem de fratribus pendentibus, & non collectis, iuxta tempus, quo beneficiarius, & Episcopus decedens eos vixerat, illique cadunt, & acquiruntur.

14. Ceterum difficile est arbitrii, quantum ne ad decentem sustentationem, sive Episcopi, sive inferiores clericorum, licet ex redditibus Ecclesie accipere, quia nec quantitas reddituum, nec dignitas clericorum, aut indigentia status cuiusque, sunt semper aequalia, secundum proportionem personarum ad redditus: quare non potest unius salis regula assignari, sed remittendum id est ad arbitrium boni, ac prudentis viri, & consuerudini clericorum piz, timor atque conscientia. Illud tamen generaliter statui potest, nobilitatem, ac literaturam, & huiusmodi dores egregias, considerari debere ad arbitrandum clericu laxiorem sustentationem ex redditibus Ecclesie: quod probatur, quia ipsa etiam iura concedunt nobilioribus viris, & literatis potius, quam vulgaribus plus, & vt plura beneficia habent: semper tamen seruanda est illa admonitio, & iusso Concilij Tridentini sess. 25. cap. 12. de reformat. ut Episcopi, Cardinales, & quicunque alij beneficia Ecclesiastica obtinentes, modesta mensa, & supellectili utantur, ut nihil in eorum vita generi, & domo appareat, quod vanitatem, contemptumve praebat: unde elicitur discriminatio inter decentiam status ministri Ecclesiastici, & splendorem ministri laici nobilis, aut magnatis; cuius admonitionis, & præceptionis vis, tunc maximè virger, quando necessitas pauperum, aut Ecclesie presentem opem desiderat; quia absurdum est, & scandalosum aedes sacras, incultas, & sulas aquatas non curari, & Priorem, Abbatem, aut Commendatorem de bonis Ecclesie laice, & splendide vivere.

15. Item, quod diligenter, & laboriosius beneficiatus in Ecclesia seruitum incubuet, eo plus nomine sustentationis lucrati poterit, iuxta illud 1. ad Timoth. 5. qui bene presum Presbyteri, duplice labore, (hoc est, maiori stipendio) digni habeantur, & notat id egregie Nauarrus in Apolog. de redditibus Ecclesie, quest. 1. monit. 78. num. 3. Animaduertendum etiam est cum eodem Nauarro ibi, in ipsa decentia status includi, quod clericus habeat, unde hospites, quando charitas, & humanitas postulat, excipiat, & moderata coniuia amicis exhibeat, & aliqua munuscula ad eos mittat, ut beneficia sibi praestita moderate remuneret, & similia, quae honestam, & laudabilem politiam sapient, ut præter alios notat Nauarrus ead. quest. 1. monit. 77. in fine, & monit. 82. num. 6. & Abulensis super Matth. cap. 8. quest. 74.

16. Porro autem, quidquid post hanc decentem applicationem ad sustentationem ex redditibus Ec-

clesiasticis, remanet, in pauperes, aut alios viros pios, qualia sunt opera misericordia, & quæ ad diuinum cultum, & spiritualem salutem ex se referunt, expendendum est, ut latè tradit Nauarrus dicit. quest. 1. monit. 29. per totum. & quod talis debet esse dispensatio illius superflui, habetur ex illa Domini sententia, quod superest, date elemosynam, Luc. 11. num. 41. Quæ quamvis omnibus fidelibus in eo loco sit à Christo præcepta, peculiariter tam canticis, & in ordine ad bona Ecclesiastica conuenire, intellexerunt Patres antiqui, nam in ipsis statim Ecclesie primordiis Canones Apostolici obseruante Concilio Tridentino sess. 25. cap. 12. de reformat. prohibuerunt clericis, ne res Ecclesiasticas in consanguineos conferrent, sed si pauperes essent, iis, ut pauperibus subvenient, opulenturque, & posteriores Pontifices, ac Patres sèpè postea hanc obligationem erogandi superflua in pauperes, & pia opera clericis intimaverunt. hinc D. Gregorius relatus in cap. quia tua fraternitas 12. quest. 1. Omne, inquit, quod superest necessitatibus in causis piz, & religiosis, erogandum est, & cap. final. 16. quest. 1. dicitur, quidquid habent clericis, pauperum esse, hoc est, quidquid habent de redditibus Ecclesie, deductis necessariis in pauperes, aut pia opera esse conferendum, & cap. Episcopus 12. q. 1. Episcopus si contentus vellit, & vestitu non fuerit, conuerat autem res Ecclesie in suos usus, pana imponenda decernitur. Plures in hanc tem textus allegat Nauarrus in Apolog. de redditibus Ecclesie, q. 1. monit. 27. apud quos, si interdum legas, bona Ecclesie esse pauperum, & clericos esse eorum dispensatores, ne inde arguas, clericis non competere dominium in redditus suorum beneficiorum saltem quoad partem superabundantem post decentem ipsorum sustentationem, aut si eam partem in pios viros non expendant, manere obnoxios restitutio- ni, quia validè probabile est, clericos nec dominio carere in suos redditus, etiam quoad superfluum; nec de iustitia obligari ad eam piam superflui obligationem erogationis, ut illa non impleta eis incombatur restitendi onus, & pro asserendo illo dominio adduci potest textus in cap. vera, de clericis non residentib lib. 6. Vbi circa quotidianas distributiones statuitur, ut beneficiati, qui officiis dimis in Ecclesia non intersunt, non requirant eatum dominium, nec faciant eas suis, atque adeò superponitur eos, qui intersunt, acquirere dominium in illis: fateor tamen, quoad huiusmodi distributiones, cum dentur per modum mercedis pro labore, & opere diurna, magis liquidum esse clericorum dominium, quam quoad redditus alteri constitutos.

17. Illos igitur modos loquendi factorum: Canorum referes ad ius peculiare, quasi filiorum, quod habent pauperes, ut de bonis clericorum, tanquam de bonis patris alantur. Quamvis enim laici de superfluis etiam teneantur pauperes subleuare, non tenentur tam strictissime eos alete, ac clerici de patrimonio Ecclesie. Nam præter obligationem charitatis, quam habent clerici succurrenti pauperibus, omnibus hominibus communem, incumbit illis alia magis specialis, eo quod sint persona perfectioris gradus, & status, & quod bona Ecclesie, que possident, peculiari titulo sint Christi, ut ait Conc. Trident. ubi supra, inferens, illa esse pauperibus Christi distribuenda, utique strictiori iure, quam bona laica distribuenda sint: & ulterius additum clericis præceptum positivum de eadem distributione facienda. Multiplicata autem ista obligationes multum operantur in clericis. operantur enim

## 576 De translat dominij per vlt.volunt.

enim in illis, ut clericci debeat ac teneantur superfluum in pia opera expendere, non tamen laici. Operantur deinde quod clericci non possint de illis aliter ad libitum disponere absque mortali, nisi pro modica quantitate excusentur; quod tamen modicum non est ad similitudinem furti arbitrandum, sed multo latius, ut explicat Abulensis *super Marsh cap. 6. quest. 74.*

- 18.** Inter Ecclesiasticos vero illi etiam strictius obligantur, qui sacerdotia opulenta possident, qualia passim in Hispania reperiuntur, de quibus non temere dubitat, an portionem olim pauperibus, aut fabricae attributam, absorberint: Sciendum tamen, si ipsi beneficiati habeant propinquos vere pauperes, posse illis de tali superfluo prouidere, ut locus Concilij citatus expressè admittit; imò exteris patibus, & secluso, ac cito unscripto scandalo, propinqui preferendi sunt, iuxta illud D. Ambrosij relatum *in cap. est probanda. dist. 86. Melius est; ut subuenias tuis; quibus pudor est ab alijs postulare subsidium necessitatis.* Necum grauitet peccabunt, si ultra ipsum indigentie remedium prouehantur ad eos ditandos, eorumque statum augendum, quia Concilium Tridentinum ibi, disertis verbis omnino eis interdicit, ne de redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiare suos angere studeant; & consonat expressè D. Ambrosius *vbi proxime;* quare licet sorores, sobinas, immo & filias spurias indigentes dotate, vel in toto, vel in parte, ut diximus *in 3. tom. Decalogi, praecept. 4.* *vbi de obligatione parentum in filios egimus.* quantum illæ dimicataz indigant, ut ruribant decenter, iuxta limites sui status, & conditionis recte ex omnibus circumstantiis estimatos. Tamen nec ad ascendendum ad aliorum statum, nec etiam ad nubendum inta suum, si ad hoc competentem dotem habear, dotare illas possunt, nisi quod animaduertit Nauarrus *in. Apolog. quest. 1. monit. 77. num. 6.* quod per ipsum ascendum alicuius ex humili conditione ad magnam dignitatem eius propinquos aliquo modo mutare statum dicis, nec sufficere eis ad decenter vivendum ea, quæ ante sufficerent, ac proinde si intra decentram noui status acquisiti indigent, posse ex redditibus Ecclesiæ iuari, maximè ab ipso propinquo, per cuius felicitatem ipsi pauperes nobiliores redditi fuerint.

- 19.** Igitur iuxta formam explicatam, hoc est, sumendo sibi decentem sustentationem, & superfluum in pauperes, & pios usus erogando, fas est clericico, dum viuunt, & sanus est, non solum redditus beneficij, sed etiam quævis bona etiam immobilia ex fructibus beneficij nomine proprio quæsita liberè expendere: idem enim beneficiario est ius in res quilibet quæsitas ex fundibus, ac redditibus beneficij, atque in ipsis redditibus, ut tradit Nauarrus *dist. quest. 1. monit. 37.* & per multis Extranagantes Pontificias confirmat *in commentar. de fpolijs clericis. §. 6. num. 2.* nisi quando beneficiario queruntur nomine Ecclesiæ, seu ea mente, ut statim Ecclesiæ sint, iuxta 1. final. C. de sacrof. Eccles. Testari tamen de iure, etiam in pios usus, siue de fructibus beneficij, siue de aliis bonis intuitu beneficij quæsitis, lexcenti sancti Canones prohibent beneficiarium. Vide textum *in cap. 1. cap. ad hac. cap. quia nos, cap. cum in officijs, cap. relatum 2. de testam. cap. fixion. 12. quest. 5.* Ratio autem huius prohibitionis potuit esse, quam Nauarrus *in. Apolog. quest. 3. monit. 1. reddit.* ut beneficiarij in vita essent liberaliores ad piam distributionem eiusmodi bonorum faciendam, scientes, in morte eam facultatem sibi non fore, & referratur prohibi-

tio ad bona quæsita non solum ex beneficio curato, sed etiam ex simplici, ut contra alios resoluti Couartuuias *ad cap. cum in officijs, num. 6. & Nauarrus in comment. de fpolijs clericorum, 6. 6. num. 5.* atque adeò ad quæsita ex canoniciatu, tam quoad distributiones quotidianas, quæm quoad grossam, ut probat idem Nauarrus *in. Apolog. quest. 1. monit. 79 num. 3.* Et ratio inter alias potissima est, quia iura prohibentia clericum ex redditibus beneficij testari, absolute, & absque distinctione loquuntur: nec putandum est diuersum ius esse de ea distributionum parte, quæ anniversarii respondet, siquidem esse etiam distributiones prouenient ex beneficio Ecclesiastico; unde non debent adnumerari bonis quasi patrimonialibus, ut libertate illorum gaudent, sed cum sint bona beneficialia, communem horum obligacionem subibunt. Nec quod talia bona à priuatis personis fuerint reliqua cum onere ipsius officij anniversarij, probat Canonicos tam libero iure ea acquirere, ac acquirunt illa, quæ quasi patrimonialia vocantur, quia postquam Ecclesiæ collata sunt, & Ecclesiastico beneficio incorporata, consequens est, ut subeant obligationes bonis Ecclesiasticis adnexas; nec onus officij anniversarij sufficit, ut eximantur, quia etiam decime, & primicie conferuntur clericis propter certa officia ab ipsis præstanda, & facit etiam pro hac doctrina Nauarrus *quest. 1. à num 47.*

Ita extendit idem ius ad pensionarios, quibus constituantur pensiones Ecclesiasticae in titulum beneficij, aut quasi beneficij, ut latè, & efficaciter ostendit Nauarrus *in. Apolog. quest. 1. monit. 80. num. 5. iuncto monit. præcedenti, num 2. & de fpolijs clericis. §. 8. alias 18. num. 8.* Iuò nec postquam beneficiarius in morbum ita grauem incidit, ex quo illius vita periclitetur, licet ei inter viuos libertè disponere de ipsis bonis, sed solum facere moderatas eleemosynas, ex *cap. ad hec, de testam.* Monet autem Couartuuias *vbi supra, num. 5.* conueniens esse, ut à viuente fiat traditio terum sic donatarum, saltem ne donatio postea in suspicionem, & discri-  
men vicerit: atque ob hanc iutis dispositionem multis placuit illam obseruari, quod beneficiarius bene valens respectu horum honorum comparetur usufruentario, in aegritudine vero constitutus nudo voluntario; liquidem in priori statu ius haber expen-  
dendi debito modo omnes fructus beneficij; in posteriori vero solum alendi se ex illis, & moderatas illas eleemosynas faciendi. Porro, quod hic tex-  
tus permitit clericis per actum inter viuos, potest etiam ei licere per ultimam voluntatem, ex con-  
suetudine approbata *in cap. relatum 2. de testamen-*  
*ti,* vbi talis consuetudo fuerit, ut ait Couartuuias contra aliquos ad idem *cap. relatum, num. 4.* quam-  
quam aliqui Canonistaræ contradicunt, quia tex-  
tus non ita clare stet pro ultima voluntate. Verò existimo, quod Episcopos, calem consuetudinem, nullibi quod sciam, vigere, saltem in tota Hispania, & Lusitania. Animaduerte etiam, dispositionem in vitroque textu couartuuiam testringi ad bona mobilia, nec omnia, sed aliqua moderata.

Tota hæc doctrina præcedentibus duobus numeris 19. & 20. circa pensiones, & distributiones hic iacta, est Nauarrus, & Couartuuiæ, ut ostendimus, & est valde probabilis. Ceterum valde etiam probabilis est, immo & mihi probabilius, illa, quam tradidimus *num. 9. conclus. 5.* vbi statim, de di-  
stributionibus quotidianis, & idem de pensionibus, posse clericos liberè, & licite, pie & profanè testari de iure, propter rationes, quas ibi tradidimus: ex quibus solute manent rationes, quas modò pro sententia,

Sententia, & opinione Couartuix, & Nauarii discurrendo fecimus. Nec pensiones dantur in titulum beneficij, sed dantur in eleemosynas, quasi in ordine ad clericatum sub certo penso orationum, seu in stipendia eleemosynarum cum eo onere in via ad clericatum.

22. Animaduertendum autem est cum Garcia *de beneficiis*, in 3. part. cap. 2. num. 440. pag. 177. illas esse, & dici propriè distributiones quotidiana, quæ per singulas horas diuiduntur, & distribuuntur quotidie, etiam si solutio non fiat dierim, sed post longum tempus; illas vero distributiones, quæ dicuntur *grossa*, in quarum solutione nullus habetur respectus ad singulas horas, etiam residendo, & interessando una hora lucifrant, non dici, nec esse propriè distributiones quotidiana, sed præbendas, seu loco præbendarum, maxime ubi non sunt aliae præbende, patet ex *cap. cum nonnulla*. §. *præterea de præbendis*. & ex glossa in *cap. 11. de clericis non residentibus*. in 6. *Felino conf. 18. Parisio conf. 35. lib. 4. Putco decis. 3-4. lib. 2. Achil. de Grassis decis. 275. Cesar. de Grassis decis. 111. num. 8. & decis. 275.* quos omnes citat, ac sequitur Garcia allegatus.

23. Sed cum ita sit, ut clerici de iure testari non possint, inquires, cuinam de iure cedant bona per ipsorum mortem remanentia, quæ causa, & insitum Ecclesie acquisierunt? Ad quod breviter respondeo ex *codex cap. relatum 1. de testam. iuncta glossa*, & *cap. quia lepe de elect. lib. 6. Si Clericus erat pars collegi, ita pertinere ad collegium, ut bona Canonici defuncti ad congregationem Canonicorum; alias deuolnt fuitio successori, ut bona Episcopi. Quidquid tamen hi texus disponunt, summi Pontifices talia bona, quæ spolia Clericorum nuncupantur, sibi reseruarunt, ut patet expressè ex nonnullis Exterragantibus, quas refert Nauarrus in *comment. de spolijs Cleric. à 5. c. maximè per quadam Pauli III. quæ prima omniū inducitur*; atque adeò ad hæc spolia colligenda instituantur à Pontifice Romano per varias prouincias illi, qui vocantur Collectores.*

24. Nihilominus non ubique obtinuit hæc reservatio spoliorum pro Camera Apostolica, sed in sola Italia, quoad omnes Clericos, & in maiori parte Hispanie, quoad Episcopos tantum: in aliis autem Provinciis, ut in Gallia, Germania, & in Regno Lusitanie, quoad nonnullos, ut refert Nauarrus in *comment. de spolijs Cleric. §. 14. num. 4.* ubi ostendit eas Provincias, quæ spolia Pape non soluunt, benè posse per consuetudinem non soluendi præscriptam excusari. Nec tamen ubi Papæ non deferuntur, subinde cedunt, regulatiter loquendo, Ecclesia, aut futuro successori, iuxta Canones inductos; sed plenius Clericus decedens de illis testatur, aut ab intestato ad ipsius heredes deuenientur. Numirum ubi etiam ea consuetudo contra tot canones inuoluit, sicut quoad Clericos quidem, & Episcopos inuoluissim comperitur, in tota Hispania, & Gallia, & in aliqua etiaco Italæ parte, ut patet ex Couartuia in *cap. cum in offi. ys. de testam. n. 9. & aliis. Sanè pro Lusitania omnes constitutiones dicecsum*, quorquot copiam habui, abunde id testantur; quare tamen Episcopis talis consuetudo non suffragatur, si spolia eorum Papæ non deferantur, ut consuetudo etiam Lusitanie habet, futuro successori concedunt.

25. Ceterum circa consuetudinem, ut inferiores Clerici testentur de bonis ex Ecclesia quævis, est grauis difficultas, quantum iuris ea ipsa consuetudo Clericis tribuit, aut tribuere possit? Et quidem Nauarrus in *Apolog. q. 1. à monit. 50. contendit*, cum Fagundez de Iustitia, &c.

vel nullibi se extendere ad testamentum in vñus profanos de illo superfluo, si hecisque provehatur, ea in parte non valere, tanquam exorbitantem, & contrariam iuri naturæ, & diuino, quod precipit redditus Ecclesiasticos deducta Clerici sustentatione, in pias causas expendi; & hanc opinionem fatetur Couartuia in *cap. cum in officiis. num 9 de testam.* cum multis ibi citatis, esse magis communem.

Nihilominus oppositum est verius, ut docet Molina *tom. 1. de iustitia. disp. 147. §. (epitoma conclusio)*. Quod probatur in primis quoad factum in Lusitanie, quia ferè omnes, imò omnes Constitutiones Synodales Lusitanie Episcopatum, & Archiepiscopatum disertè exprimunt, consuetudinem immemorialem esse, ut clerici testentur ad quosvis vñus, etiam profanos, de quibuscumque bonis, & fructibus beneficij, qui ad eos pertineant, & quæ cum illis acquisierunt, & ut ea bona ab intestato deferantur ipsorum heredibus iuxta formam, & distinctionem in illis declaratam: pro reliquo verò Hispania, & Gallia habetur idem ex testimonio Couartuia in *cap. 9. & ratio est*, ut ait Molina citatus, quia beneficiarij, ut iam tergitimus, sunt domini reddituum suorum beneficiorum, & solum ex charitate strictiori, & magis rigorosa, & non ex iustitia commutativa, tenentur ea expendere in pios vñus: ergo si non daretur ius positum humanum, quo facultas testandi illis tolleretur, prohibeturque, profectò integra illorum dispositio etiam mortis tempore ad eos pertineret; & licet mortaliter peccarent, ea in vita in profanos vñus expendendo, vel in morte de illis ad eosdem profanos vñus testando, factum teneret, legatariique & donatarij, aut heredes ad nullam restitutionem tenerentur: cum ergo consuetudo legitimè prescripta vim habeat contra quocunque ius positum humanum, consequens est, ut Clerici licite, & valide ex consuetudine testati possint in profanos vñus, & non pios: & confirmatur, quia in Exterraganti suscepit, quæ est Ioannis XIIII. & habetur inter Extraugantes in tit. de electione, & inter communes in tit. de sede vacante, approbatur consuetudo, qua fructus beneficij cederent beneficiario uno, & altero anno post eius mortem: in quo casu, cum ij fructus deuenturi essent ad heredes beneficiarij defuncti, sequitur à fortiori posse per consuetudinem induci, ut iidem heredes in testamento instituantur, & ab intestato succedant in bonis, quæ beneficiarius moriens acquisita reliquerit. Sed quia Nauarrus in *Apolog. dicta quest. 1. monit. 48.* cum locum huius Extraugantis per quasdam Zizilini probabiles glossas ita explicat, ut apparent eius sententia non assicere hoc argumentum validissimum ad hoc institutum. Planius tamen id confirmavit ex praxi Romanæ Curie, qua quotidie Episcopis, & aliis etiam Clericis, quibus per consuetudinem testati non licet, conceduntur facultates testandi ad quosvis vñus. At respondet Nauarrus in *Apolog. quest. 1. monito 6.* signum illud quosvis distribuendum esse per pios tantum vñus. Verum quanvis utrumque hæc illius interpretatione sustineri queat, sanè accommodari illa non poterit Exterragantibus Iulij IIII. & Pij IV. quas ipse refert in *comment. de spolijs Clericor.* Primam, in §. 6. à principio; secundam, in §. 7. n. 5. quibus explicatissimè omnibus Clericis Romæ, aut alibi in Curia summi Pontificis decedentibus fit amplissima potestas testandi de quibuscumque bonis licite acquisitis ad vñus etiam non pios, & ad quascunque personas, sive consanguineas, sive extraneas,

transcas, quantumcunque etiam diuites, & potentes. Sed neque hic succumbit Nauarro; imo bonus ille seipso valens occurrit, has Extrauagantes eo solum pertinere, ne in foro iudiciali talia testamenta accusentur, aut damnentur; non autem concedere facultatem, ut in conscientia foro id licite sit. Attamen cum Autores illatum sint summi Pontifices, qui conscientiae maximè sunt iudices, & cum magna expressione faciant potestarem, ut talis dispositio liberè, ac licite a clericis fieri possit, utque consanguinei ab intestato succedant, satis profecto deprehenditur falsus is Nauarri sensus, statque sola defensio, & iustificatio consuetudinis, ut clericis testentur de bonis ex Ecclesiæ beneficiis partis, in viis etiam profanos, cum non sint prohibiti iure naturali, aut diuino, siquidem constat Pontifices Romanos ad eum actum facultatem sapientem concessisse, & hodie concedere.

27. Postremò pro Castella accedit confirmatio, quia Carolus V. referente Couarruia, & ipso etiam Nauarro, talem consuetudinem in comitiis Regni Pintie habitis approbavit lege lata, ut sui ministri non modò non resisterent, sed assistenter, eamque seruati facerent. In Lusitania vero extat Ord. lib. 2. tit. 8. §. penult. in veterib. & in nouis lib. 1. n. 8. §. 11. nihil innovatum est, qua bona clericorum, de quibus illi, nec in vita, nec in morte disposuerunt, defteruntur ipsorum heredibus propinquoribus, quæ postea Ioannes III. declarauit per l. 10. tit. 1 p. 2. Extr. 29. ut solùm intelligeretur de bonis particionalibus, non vero de acquisitis titulo Ecclesiæ, non obscurè supponens hæc deuolui ipsi Ecclesiæ, seu successori. Sed in hac suppositione ad solos canones, non ad consuetudinem Regni contra ipsos præscriptam videant respexisse, neque enim illias meminit, neque illi præjudicare voluit.

28. Post hos discursus iactos, statuo hanc octavam conclusionem præcæreris notabilem, quamvis clerici de bonis Ecclesiæ, hoc est de fructibus, ac redditibus beneficiis quævis, & de ipsis redditibus iam viatis, de iure testari non possint, nec etiam ad vius profanos, & multò minus ad vius profanos, utunque tam de consuetudine eis licet, ubi illa fuerit legitimè præcripta, dummodo fines consuetudinis non transgrediantur. & in pauperes, ac piis viis convenientem partem conferant. Hæc saltem quoad reliquias partes, excepta possema, est Couarruia ubi supra, nimis in cap. em in officijs, de testam. n. 9. & est hoc tempore communius recepta. eam docet Molin. tom. 1. de iust. disp. 147 cor. cl. 1. dixi saltem, quia conclusio proposita ab his Authoribus solet asseri, non expressa ea limitatione, quam in eius fine adhibuimus, de ratione habenda paupertum, & pitorum viuum. Primam partem, quod scilicet de iure quoad ea bona testamenti factio clericis non competit, ex dictis patet. Secunda vero, quod multò minus in viis profanos, probatur, quia de iure in nullis viis, neque piis, neque profanos, id permittitur. Tertia. quod scilicet de consuetudine legitimè præcripta utunque licet. Probatur, quia excepta obligacione naturali, & diuina, quam clericus habet subueniendi pauperibus de superfluo, & piis causis, & quatenus Ecclesiastica persona est, & Ecclesiastica bona possidet, contra obligationem, quæ ei injungitur per ius positivum humanum, potest procedere præscriptio: illa autem naturalis, & diuina solum est, ut patienti pauperi grauem necessitatem, aut Ecclesiæ, clericus de superfluo subveniat multò liberalius, ac potius quam laicos, non autem, ut extra hunc casum non possit tale superfluum in profanos viis, alias licitos expendere. Nec oppositum à Nauarro

sufficienter probatur: ergo per consuetudinem poterit introduci, ut clericus de tali etiam superfluo ad quosvis viis piis, & profanos, licitos testetur postquam ille obligationi diuinæ, & naturali satisficerit. & confirmatur eadem pars autoritate summorum Pontificum, qui tum generaliter per illas Extrauagantes decedentibus in sua Curia id concesserunt, tum specialiter, per quotidiana priuilegia aliis, in quacunque Provincia viosq; vel moriantur, facultatem testandi eo modo. Item autoritate Synodorum, quæ prædictam consuetudinem in variis diecessibus approbat, seruatque voluerunt. Item autoritate etiam Principum sacerdotium, qui eidem consuetudini in suo foro aut assistunt, aut non resistunt. Quarta pars, quæ moderationem illam continet, dummodo fines ipsius consuetudinis non transgrediatur, &c. addita est, quia non in omnibus locis, ubi ea consuetudo viget, uniformiter se habet, sed alibi aliam formam accipit, ut vel in sola Lusitania patet ex collatione constitutionum variarum diecessum, in titulo de testamento clericorum videre atque animaduertere licet.

Nam consuetudo dioecesis Eborense, ut constat ex constitutionibus synodalibus illius sub D. Ioanne de Mello tit. 20. testata, & approbata habet, ut clerici beneficia curata, aut dignitates habentes, restari possint in dimidio bonorum intuitu Ecclesiæ acquisitorum, reliquum autem dimidium testuerunt successori in beneficio; quod si intestati moriantur, heredes eorum succedant in ea medietate, de qua ipsi testari poterant; in defectum autem heredum, omnia bona devolvantur successori in beneficio, hoc semper seruato, ut debita defuncti soluantur, iuxta formam ibi præscriptam. Habentibus tamen beneficia simplicia, canoniciatum, vel portionem liceat de omnibus suis bonis liberè testari, omniaque transmittant ad suos heredes ab intestato; quod si illis careant, succedat in hereditate collegium, ad quod beneficiatus pertinebat, cum onere soluendi eius debita. Licet autem ab hac forma alia diecesses varient, in hoc tamen omnes, quarum constitutiones videtur, consonant, ut differentiam faciant inter obtinentes beneficia simplicia, & curata, & majorē libertatem illis, quam his, in testando tribuant. Consonat etiam lul. Clar. §. testamentum. q. 27. vers. quarti videndum, confirmans suo, & aliorum testimoniis ubique seruati simile discentem in re utraque speciem beneficiorum ad effectum restandi; sed quamvis consuetudo inter eos sic distinxerit, iura tamen prohibentia clericū testari, indistinctè quoad hos, aut illos beneficiarios procedunt, ut iam diximus. Adde in Eborense dioecesi, nec ex consuetudine satis constate tale discrimen, quamvis enim constitutiones illud tradant, vius tamen dicuntur esse, ut clerici etiam beneficia curata, aut dignitates habentes perinde de omnibus bonis testentur, & ab intestato ea transmittant ad suos heredes, perinde ac beneficiarij simplices; quare examinare debet Præsul tales vius, & si iuenerit legitimè præscriptos, corrigendæ erunt prædictæ constitutiones hac in parte, sin minus, reformentur.

Restat illa ultima moderatio, quæ conclusionem claudit, & sic habet, & in pauperes ac piis viis convenientem partem conferant. & probatur in primis, quia si pauperes, vel ipsa Ecclesia præsenti ope graviori indigeant, nulla consuetudo clericū morientem excusat à prouidendo illius necessitatibus pro sua pecuniaris obligatione, iuxta proportionem bonorum, quæ habet. Deinde, quia cessante etiā graviori paupertu, & Ecclesiæ indigentia, illa ordinaria, quæ semper est, eum satis videtur obligare ad aliquam piam dispositionem, tum ratione scandali, quod sequitur, quando benefi

bene*ficiarius* *decedens ex bonis per Ecclesiā parris, amplificatos cōsanguineos relinquit, nulla facta pia dispositione. Tū quia inclustabile videtur argumētū quod si Clericū dum vivit, nulla cōsuetudine audiens excusare ab erogando illo superfluo in causas pias, nec etiam in morte illum debemus omnino exonerare: nam si ad usum ipsotum respicimus, sane, quia in morte sine scrupulo de omnibus quae habet, disponant in usus profanos, cur non etiam in vita?*

**31.** Sed dices, hoc argumentum destruere tertiam partem conclusionis, cūm prober, non magis in morte, quam in vita licere Clerico expendere illud superfluum in usus profanos? At occurrentum est, hoc esse speciale in morte, quia prater id, quod superfluebat in vita, omnia etiam, quae Clericus habebat comparata ad suam decensem sustentationem, sive mobilia, sive immobilia, omnia, inquam, per mortem ei redduntur superflua, & gratis sit, ut hæc etiam Clericū, qui testari possit, obliget expendere in pios usus? proibitque ea relinquere suis heredibus. Quo re ratione hoīus minoris difficultatis, & iuxitatis potuit iustificari, & confirmari consuetudo, ut Clericus in morte posset per testamentum, vel ab intestato transmittere tale superfluum magna ex parte ad heredes suos, licet in vita semper obstringeretur illud conferte in pios usus. Dico, magna ex parte, quia neque in morte illum excuso ab habenda cōuenienti ratione patrum causarum iuxta quantitatem peculij, & multo magis, quando in vita illud superfluum male consumperit. Nec puto, esse villam excusationem de facto, contra hoc præscriptam, sive potuerit legitimè præscribi, sive non; nisi verò quis audeat dicere illam abrogasse etiam debitum illius prærogationis inter viros. Indò pōfus timeo cūm hoc etiam onere non satis tuta sit libertas, quam eis relinquunt ad profanos usus. Sane in re tam tremenda, Clerici deberent eligere, quod rutus est pro animæ salutē, & non esse tam solliciti de carne, & sanguine.

**32.** Tris autem hæc adiiciendā sunt.  
Primum de iure, res sacri apparatus, ut calices, ornamenti altarium, libros, canis, & quascunque alias res sacras post mortem cōsuncque Episcopi, Abbatis, Commendatarij, aut cuiuscunque beneficiarij relietas, etiam si pro priato ipsotum usu, & priuatis Oratoriis foissent facte, ipso iure illis mortuis, cedere Ecclesiæ, in qua beneficium habent: ita ut nec per testamentum successores defuncti, nec ab intestato possint alicui persone deferti; nec nomine spoliatorum à Camera Apostolica vindicari, ut latius habetur in Extravaganti Pij V. relata, & glossata à Nauarro de spolis Clericorum. §. 8. & quidem tam ex ipso textu, quam ex Nauarri glossa videntur hæc dispositio procedere, etiam quando talia instrumenta sancta foissent à beneficiario comparata ex bonis patrimonialibus.

Secundum. Bona omnia per quoslibet Clericos, tam seculares, quam Regulares, etiam Episcopos, vel maiori dignitate fulgentes, ex negotiatione illigata, vel alias contra sacros Canones (v.c. per officia, & actes eis veritas) quesita, que ipsi morientes inconsumpta reclinant, aut quibus eos vincentes priuati contingat ubique terrarum, pertinere ad Cameram Apostolicam, modò excipias S. Romanæ Ecclesiæ purpuratos, & quoslibet alios in Curiam accedentes, priuilegium testandi de quibuscumque suis bonis à Sede Apostolica habentes: ita enim disponit quedam Extravagans Pij V. cuius textum, & glossam vide apud Nauarri de spolis Clericorum, §. 7. à num. 3.

Tertium extate aliam Extravagantem Pij V. por Fagundez de Iustitia, &c.

quam reuocat omnia privilegia, & indulta faciendi quascunque dispositiones de bonis non solum ex Ecclesia, sed etiam de bonis, quocunque alio modo parris & acquisitas in filios illegitimos, sine suos, sive extraneos, etiam legitimatos, eosdemque vel ex toto, vel ex parte heredes instituendi, substituendique, seu quod ipsi in predictis ab intestato succedant. hanc Extravagantem refert Nauarrus de spolis Clericorum. §. ultimo. & circa illam inter alia recte animaduertit, eam non obstat, quominus alimenta necessaria filii quantuncumque illegitimi de bonis etiam Ecclesiæ præbeant, cūm educatio liberorum sit de iure naturali. cap. ius naturale, dist. 1. §. ius naturale, ff. de iust. vnde cum hæc educatio sit de iure naturali, adhuc consequitur filium, qui certa accepta portione remisit patri obligationem se alendi; potestque ipse filius in necessitate constitutus non obstante ea renuntiatione à patre petere necessaria alimenta, non obstante etiam iuramento, si forte illo predictam renuntiationem confitmauit, iuxta Felinum in cap. si diligenti, num. 5. de foro compet. Marianus ibidem n. 13. & Illustrissimum Cunham Archiepiscopum Bracharensem Hispaniarum Primatum in 1. p. Decreti, cap. 7. num. 5. Quod procedit, etiam si filius dolo, & malitia, & sua culpa in eam pressuram, ac necessitatem deuenisset; non enim ob id definit esse filius, nec pater amittit rationem parris, cui inest naturalis obligatio alendi filios. Ea tamen Extravaganti non obstante, ut infert Nauarrus, possunt Clerici, & debent, filias, & filios spurious ex redditibus altaris, & Ecclesiæ dōtare, quia dos succedit loco alimentorum, secundum commonem opinionem, prædictum Bartoli ad lexorem, §. pater naturalis. ff. de legat. 3. Quod ramen limitat Nauarrus ad filios, qui aliunde non haberent, quo se alearent, quia tunc nullo iure, nec naturali, nec humano, tenetur pater aleare filium habentem, quo se alat, nec in simili casu filius patrem, l. si quis à liberis. §. sed filius. & §. solent. ff. de lib. agnosc. Sed hac de ratione superque egimus tom. 1. Decalogi, in 4 precepto, ubi multa diximus de obligatione patrum in filios, & filiorum in partes, ad quem locum te remitto.

Hæc de iure harum Extravagantium; sed mihi non constat ubi, & quantum huiusmodi Extravagantes receptæ fuerint, & obseruentur: dicitur enim multis in locis non fuisse receptas; quare obseruanda erit consuetudo, & mos loci, & Provinciæ: potest enim consuetudo legitimè præscripta prævalere contra ius positivum, & legem humanam abrogare, sive canoniam, sive ciuilim, in quo conueniunt Theologi cum D. Thoma q. 97 art. 3. & canonici iuriis interpretes in cap. vlt. de consuetud. & Legistæ in l. de quibus, ff. de legibus, qua de te multa congerunt Azor tom 1 lib. 5. cap. 17. vers. sexto queritur. Sozies lib. 7. de legibus, cap. 18. à n. 11. Melnoch. de arbitr. lib. 2. casu 8. 3. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23. n. 2 et 3. & alij.

Quartum, & ultimum est circa fructus eius anni, in quo beneficiarius moritur, quota ex parte debeant ei cedere, varie disponente constitutiones synodales diuersarum diocesum in titulo de testamentis, quare recurrente & ad illas, & ad consuetudines cathedralium.

Illud superest breuiter resoluendum, an quando beneficiarius superfluum illud sui beneficij piis causis obligatum illicite, & profane in vita expendit, incurrit onus restituendi, & ad restitutionem piis causis, & pauperibus teneatur? Duas inuenio opiniones. Affirmat Nauarrus citatus in tractatu de redditibus Ecclesiasticis. quest. 3. monit. 35. & 71.

33.

34.

35.

nata ad sustentationem ministrorum Dei. Dieuntur quoque bona Christi, & patrimonium Christi, quia propter Christum sunt donata. Dicuntur denique rex pauperum, quia peculiari ratione Clerici ex his bonis debent pauperibus subuenire. Et per huc soluta manent fundamenta opinionis Nauarri, quæ est valde probabilis.

36. Sed adhuc prætendunt nonnulli Lusitani incolæ fluminis Ianuati, Tamoios Indos ad Caput frigidum habitantes, captiuos esse iure belli, & in servitute natos, posseque proinde sine scrupulo captiuitati, & stigmate in vultu notati. Fundant sui juris intentionem in eo quod si semper iniustum bellum cum Lusitanis gesserunt, & hodie gerunt, & ideo assertunt eos non posse comprehendendi in lege libertatis Regis Sebastiani, & Philippi, immo in ea censendos esse exceptos. Sed sua avaritia, & cupiditate habendi falluntur omnino. Primo, quia lex illa absolute loquitur de omnibus Indis Brasiliæ, & nullos excipit, nec distinguit inter hos & alios Indos, vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & lex absolute & generaliter loquens absolute intelligenda est, etiam maior ratio in uno casu, quam in alio detinatur, l. de presio, ff. de publican. l. 1. §. & generaliter ff. de legatis prestat. l. 1. §. quando auctem, ff. de aleatorib. quod præcipue locum habet in libertate, in qua Principes beneficium suæ liberalitatis maximè commendant. Adde quod lex aliquid disponit in eo, qui non ex æquiparatis idem censemur in aliis disponere, quando aliquid expressè non excipit, glossa penult. in cap. si postquam. §. ult. de elect. lib. 6. glossa in l. si quis seruo. C. de furt. & seruo. corrupt. Quare cum huicmodi lex liberos declareret omnes Indos Brasiliæ, nullosque excipiat, profectò liberi censendi sunt omnes. Caput etiam frigidum incolentes, cum fauor libertatis extendens sit, non restringendus.

Pæterea si annales Brasiliæ legamus, & nonnulla fragmenta manu scripta, quæ viri docti, ac probi ad nostram memoriam scripsit, reliquerunt, repetimus hos Indos frigidi promotorij liberos planè esse. Nam postquam Regio Brasiliæ à Lusitanis fuit reperta, & castra colli, Galli per id tempus portum fluminis Ianuati occupavint, ibique se munierunt, & amictiam cum Indis Tamoios contraxerunt, eosque docuerunt contra Lusitanos depugnare. Lusitanorum Prætor, ac Gubernator Brasiliæ, qui tunc erat Mendes de Sa, expeditionem faciens contra Indos, & Gallos, eos inde viatos expulit, locaque manita illorum tenet: ex Gallis nonnulli inter Tamoios, remanserunt, qui eos in Lusitanorum odio alebant, illosque docebat tumultuarias excusiones facere in Lusitanos, & Tamoios illos, qui partes Lusitanorum sequebantur: quia te cognita, Rex Lusitanus Sebastianus insit Antonio Sallema, qui tunc erat Dux fluminis Ianuati, vt bellum faciet iis Tamoios, & Gallis, qui ad Promontorium frigidum se repperant, qui eo ordine accepto, statim collegit agmen partim ex ipsis Indis Tamoios, qui partes Lusitanorum tenebant, partim ex Lusitanis, & contra illos profectus est, præcipuumque Gallorum, & Tamoiorum pagum obledit: sic oblesli Indi ad instantiam cuiusdam Patis Societatis Iesu, qui illorum linguam callebat, cum Lusitanis in hunc modum pacti sunt, videlicet, vt Principalis, seu Dux Indorum, filium suum ad Sallemam mittet, vt cum illo de pace componenda ageret, quo facto, Sallema per dolu & fraudem ad Patrem remisit, se non posse cum filio illius de pace agere, quod puer esset, opusque proinde esse, vt ipse data fide redeundi, ad se veniret, vt ambo inter se de pace

Fagundez de Iustitia, &c.

componenda deliberarent. Venit miser fraudis inscius; Sallema autem repugnante patre, per Societas minas cum illis egit, vt sibi aperirent munitio- nem repulsis stipitibus, quibus erat locus munitus; & Gallos insuper, ac Tamoios, & omnes Indos, qui sibi opem allatum venerant, tradiderent, quod miseri metu mortis egerunt, qui cum sigillatum, ac singuli domum amplam ingredierentur, statim ingulabantur. Occisisque hoc modo præcipuis Indorum, tunc Sallema versus ad filium, & patrem, En, inquit, vos solum, vxoresque vestras, nepotes, prœnepotes, & propaginem illorum futuram libertate dono; cæteri captivi manebunt, quod cum cæteri scirent, statim in vastas solitudines ad Caput frigidum se contulerunt, indeque nobis bellum faciebant. Ecce titulus quo Lusitani fluminis Ianuati prætendunt illos esse captiuos, qui planè iniustissimi sunt, & quem pro suo honore deberent potius celare, quam publicare.

## CAPUT XI.

### De testamentis Religiosorum.

1. *Nouitius ante professionem testari potest, post professionem non potest.*
2. *Testamentum illius, qui de Religionis ingressu tractat, factum in seculo, validum est.*
3. *An testamentum factum ab eo in seculo, qui cum illud fecit, nihil de religionis ingressu cogitabat, rumpatur si postea Religionem aliquam bonorum capacem ingrediatur, & in ea proficiatur.*
4. *An Religiosi possint esse validè testamentarii, seu testamentorum executores absque licentia suorum Superiorum, & quid de nostra Societate.*
5. *De licentia summi Pontificis Religiosus profici testari potest.*
6. *An emissâ professione in Religione acquisitionis capaci, teneatur professus statim bona fide commissaria restituere eis, quibus post mortem suam tenebatur ea relinquere, an possit illa retinere usque ad mortem suam.*  
*An Religiosus professus possit inter liberos, & monasterium disponere de bonis suis, & quomodo, ibid. & n. 7.*
8. *An ex bono filii professi in Religione bonorum capaci debentur statim patri ea bona, in quibus pater successurus erat, si filius naturaliter moriretur. Refertur sententia negans.*
9. *Prefertur sententia affirmans.*
10. *An professus pater in Religione bonorum capaci possit retinere usumfructum, quem habebat in bono filiorum, dum vivit.*
11. *Respondetur fundamentis prima opinionis, & numer. 12.*
12. *Quid si Religiosus ante testamentum professionem faciat in Religione bonorum capaci.*
14. *Bona, que professus acquirit, sine per suas operas, sive per donationem, sive ex testamento, Religioni acquirit bonorum capaci.*  
*An Monachus, & Religiosus comparetur seruus, & quomodo? ibid.*
15. *Religiosus fugitiu, an monasterio acquirat.*
16. *Quid de cielio, & à Religione excluso.*  
*Quid si iuste, aut iniuste fuerit expulsum, ibid. & num. 17.*
18. *De consuetudine possunt Monachi cielli, & expulsi sibi acquirere.*

nata ad sustentationem ministrorum Dei. Dieuntur quoque bona Christi, & patrimonium Christi, quia propter Christum sunt donata. Dicuntur denique rex pauperum, quia peculiari ratione Clerici ex his bonis debent pauperibus subuenire. Et per huc soluta manent fundamenta opinionis Nauarri, quæ est valde probabilis.

36. Sed adhuc prætendunt nonnulli Lusitani incolæ fluminis Ianuati, Tamoios Indos ad Caput frigidum habitantes, captiuos esse iure belli, & in servitute natos, posseque proinde sine scrupulo captiuitati, & stigmate in vultu notati. Fundant sui juris intentionem in eo quod si semper iniustum bellum cum Lusitanis gesserunt, & hodie gerunt, & ideo asserunt eos non posse comprehendendi in lege libertatis Regis Sebastiani, & Philippi, immo in ea censendos esse exceptos. Sed sua avaritia, & cupiditate habendi falluntur omnino. Primo, quia lex illa absolute loquitur de omnibus Indis Brasiliæ, & nullos excipit, nec distinguit inter hos & alios Indos, vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & lex absolute & generaliter loquens absolute intelligenda est, etiam maior ratio in uno casu, quam in alio detinatur, l. de presio, ff. de publican. l. 1. §. & generaliter ff. de legatis prestat. l. 1. §. quando autem, ff. de aleatorib. quod præcipue locum habet in libertate, in qua Principes beneficium suæ liberalitatis maximè commendant. Adde quod lex aliquid disponit in eo, qui non ex æquiparatis idem censemur in aliis disponere, quando aliquid expressè non excipit, glossa penult. in cap. si postquam. §. ult. de elect. lib. 6. glossa in l. si quis seruo. C. de furt. & seruo. corrupt. Quare cum huicmodi lex liberos declareret omnes Indos Brasiliæ, nullosque excipiat, profectò liberi censendi sunt omnes. Caput etiam frigidum incolentes, cum fauor libertatis extendens sit, non restringendus.

Pæterea si annales Brasiliæ legamus, & nonnulla fragmenta manu scripta, quæ viri docti, ac probi ad nostram memoriam scripsit, reliquerunt, repetimus hos Indos frig. si promontorij liberos planè esse. Nam postquam Regio Brasiliæ à Lusitanis fuit reperta, & castra colli, Galli per id tempus portum fluminis Ianuati occupavint, ibique se munierunt, & amictiam cum Indis Tamoios contraxerunt, eosque docuerunt contra Lusitanos depugnare. Lusitanorum Prætor, ac Gubernator Brasiliæ, qui tunc erat Mendes de Sa, expeditionem faciens contra Indos, & Gallos, eos inde viatos expulit, locaque manita illorum tenet: ex Gallis nonnulli inter Tamoios, remanserunt, qui eos in Lusitanorum odio alebant, illosque docebat tumultuarias excusiones facere in Lusitanos, & Tamoios illos, qui partes Lusitanorum sequebantur: quia te cognita, Rex Lusitanus Sebastianus insit Antonio Sallema, qui tunc erat Dux fluminis Ianuati, vt bellum faciet iis Tamoios, & Gallis, qui ad Promontorium frigidum se repperant, qui eo ordine accepto, statim collegit agmen partim ex ipsis Indis Tamoios, qui partes Lusitanorum tenebant, partim ex Lusitanis, & contra illos profectus est, præcipuumque Gallorum, & Tamoiorum pagum obledit: sic oblesli Indi ad instantiam cuiusdam Patis Societatis Iesu, qui illorum linguam callebat, cum Lusitanis in hunc modum pacti sunt, videlicet, vt Principalis, seu Dux Indorum, filium suum ad Sallemam mittet, vt cum illo de pace componenda ageret, quo facto, Sallema per dolu & fraudem ad Patrem remisit, se non posse cum filio illius de pace agere, quod puer esset, opusque proinde esse, vt ipse data fide redeundi, ad se veniret, vt ambo inter se de pace

Fagundez de Iustitia, &c.

componenda deliberarent. Venit miser fraudis inscius; Sallema autem repugnante patre, per Societas minas cum illis egit, vt sibi aperirent munitiōnem repulsis stipitibus, quibus erat locus munitus; & Gallos insuper, ac Tamoios, & omnes Indos, qui sibi opem allatum venerant, tradiderent, quod miseri metu mortis egerunt, qui cum sigillatum, ac singuli domum amplam ingredierentur, statim ingulabantur. Occisisque hoc modo præcipuis Indorum, tunc Sallema versus ad filium, & patrem, En, inquit, vos solum, vxoresque vestras, nepotes, prœnepotes, & propaginem illorum futuram libertate dono; cæteri captivi manebunt, quod cum cæteri scirent, statim in vastas solitudines ad Caput frigidum se contulerunt, indeque nobis bellum faciebant. Ecce titulus quo Lusitani fluminis Ianuati prætendunt illos esse captiuos, qui planè iniustissimus est, & quem pro suo honore deberent potius celare, quam publicare.

## CAPUT XI.

### De testamentis Religiosorum.

1. *Nouitius ante professionem testari potest, post professionem non potest.*
2. *Testamentum illius, qui de Religionis ingressu tractat, factum in seculo, validum est.*
3. *An testamentum factum ab eo in seculo, qui cum illud fecit, nihil de religionis ingressu cogitabat, rumpatur si postea Religionem aliquam bonorum capacem ingrediatur, & in ea proficiatur.*
4. *An Religiosi possint esse validè testamentarii, seu testamentorum executores absque licentia suorum Superiorum, & quid de nostra Societate.*
5. *De licentia summi Pontificis Religiosus profici testari potest.*
6. *An emissâ professione in Religione acquisitionis capaci, teneatur professus statim bona fide commissaria restituere eis, quibus post mortem suam tenebatur ea relinquere, an possit illa retinere usque ad mortem suam.*  
*An Religiosus professus possit inter liberos, & monasterium disponere de bonis suis, & quomodo, ibid. & n. 7.*
8. *An ex bono filii professi in Religione bonorum capaci debentur statim patri ea bona, in quibus pater successurus erat, si filius naturaliter moriretur. Refertur sententia negans.*
9. *Prefertur sententia affirmans.*
10. *An professus pater in Religione bonorum capaci possit retinere usumfructum, quem habebat in bono filiorum, dum vivit.*
11. *Respondetur fundamentis prima opinionis, & numer. 12.*
12. *Quid si Religiosus ante testamentum professionem faciat in Religione bonorum capaci.*
14. *Bona, que professus acquirit, sine per suas operas, sive per donationem, sive ex testamento, Religioni acquirit bonorum capaci.*  
*An Monachus, & Religiosus comparetur seruus, & quomodo? ibid.*
15. *Religiosus fugitiu, an monasterio acquirat.*
16. *Quid de cielio, & à Religione excluso.*  
*Quid si iuste, aut iniuste fuerit expulsum, ibid. & num. 17.*
18. *De consuetudine possunt Monachi cielli, & expulsi sibi acquirere.*

## 582 De translat. dominij per vlt. volunt.

*Quia sit consuetudo in Lusitania. ibid.*

19 *Quia solemnitas requiratur pro testamento Religiosorum, quando de licentia summi Pontificis testantur.*

20 *Quid de Religiosis ordinum militarium de iure, & consuetudine.*

1.

**Q**uod dicturi sumus, accipienda sunt de Religiosis veriusque sexus; quia vero ad rationem testandi multum refert scire, consideretur ne Religiosus ante, vel post professionem emissam, exordiendo a priori statu; certum est, Nouitium testari posse. *Authentic. Nunc autem, C. de Episcop. & cleric. Authentic. de Monach. §. illud quidem. Authentic. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. cap. si qua mulier 19. quest. 3.* Quod autem in cap. *quia ingredientibus, eadem causa, & questio-*ne, Pontifex ait, ingredientibus monasterium ultrius nullam fieri potestate testandi, intelligitur de ingressu, non per solum Nouitiatum, sed per professionem. Eritque validum Nouitij testamentum, etiam si absque Praelati licentia fiat, ut contra alios tener Coquerruias ad cap. 2. de testam. n. 5. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. de regularibus, iurito cap. precedenti, statuit, ut ante 16. annum etatis, & unum nouitiatum expletum, nulla sit Nouitij, aut Nouitiae renunciatio (ut si renunciat legitime, aut beneficio,) nulla item obligatio etiam cum iuramento, vel in favorem piae cause valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive eius vicariorum fiat intra duos menses proximos ante professionem; ac non alias intelligatur effectum ullum sortiti, nisi secura professione: aliter vero facta, etiam si cura huius favoris expressa renunciatione, etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus. Excipitur tamen ab hoc decreto Societas Iesu, permittiturque ei agere secundum suum institutum a Sede Apostolica approbatum.

2.

Porro autem testamentum a Nouitio factum, aut ab agente adhuc in seculo, animo, & intuitu ingredienti Religionem, constat esse validum per professionem subsecutam, ut latè probauimus lib. 1. de contractib. in genere, cap. 19. num. 12. & deinceps, & docet Coquerruias ad cap. 2. de testam. num. 5. & Nauarrus ad cap. non dicatus, num. 8; Costa ad cap. si patet, part. 2. verb. testatore mortuo, num. 10. & probatur, quia in potestate testantis est, omnia sua cui velit relinquare, & absque villa re propria Religionem ingredi, & profiteri, ex dict. cap. si qua mulier, & ex illis Authenticis, & præcipue, quia testamentum cum non valeat, nisi post mortem testatoris, & passim revocari possit, dum viuit, non cogitur Nouitius per illud inuitus profiteri ex defectu bonorum, quæ fuit unica, & vera causa, ob quam Concilium Tridentinum irritauit, easlavit, & annullauit omnes renunciations, alienations, & obligationes suorum bonorum factas in seculo animo, & intuitu ingredienti Religionem; non autem testamentarias dispositiones, ut latè diximus lib. 1. de contractib. in genere, cap. 19. à n. 12. & deinceps, ubi multa dubia super hunc locum Concilij Tridentini excitauiimus, quæ ibi videre poteris.

3.

Ceterum grauis difficultas est, an testamentum factum ab eo, qui nec erat Religionem ingressus, nec de illius ingressu cogitabat, rumpatur post professionem postea ab eodem factam in monasterio capaci dominij bonorum? Et quidem negat Panormitanus ad cap. in presentia, de probationibus, quem sequitur Coquerruias in cap. 2. de testament. num. 5. Nauarrus in cap. non dicatus, num. 8; cum

multis, quos ibi refert. Fundamentum illorum est, quod talis testator, cum testamentum non revocauerit, censeti debet in voluntate eadem permanisse, affirmat Bartolus in *Authentic.* si qua mulier, num. 7. & alij, afferentes, tale testamentum rumpi, ut monasterium succedat in bonis professi, quia, scilicet, existimare debemus, cum non fuisset dispositum de suis bonis, nisi in utilitatem monasterij, si de illius ingressu tunc cogitasset, & quia qui dat personam, consequenter censetur dare bona; quare cum is personam propriam Religioni, ac monasterio dederit, consequenter visus est dare bona propria. Nostra autem resolutio sit. Si ex aliquibus coniecturis constiterit de testatoris voluntate, per illius assertione iurata, aut aliunde ex aliis coniecturis, velut si multum temporis interiectum sit inter ingressum Religionis, & factionem testamenti, illi standum esse; quamvis reuera ista ultima consideratio, & coniectura mihi per exigui momenti sit, quia nullus prudens Religionem ingreditur, quin prius de suis bonis disponat; quare si de illis non disposuit, visus est testamentum factum approbasse. Nec verum est, quod non disponeret, nisi in utilitatem monasterij, si de illius ingressu cogitasset, quia contrarium regulariter contingit. Videlicet enim passim eos, qui de Religionis ingressu tractant, testamenta condere in utilitatem filiorum sororum, ac proinchorum, ne sua bona ad monasterium, aut Religionem perueniant. Nec verum est, illum, qui personam monasterio dat, dare illi etiam bona sua consequenter; quare si coniecturæ non fuerint vehementissimæ, quæ contrarium suadeant, ego pro priori sententia Panormitanum stare. Si tamen consideratis coniecturis res adhuc maneret dubia, in hoc Regno Lusitanæ, in quo lex vigeret, quod sequatur sententia Bartoli, nisi sit contra communem, ut patet ex ordinat. lib. 2. tit. 5. in veteribus, & in nouis etiam, eodem loco, num. 2.

Per professionem tamen Religiosus ad testamentum fit inhabilis. *Authentica ingressi, C. de sacros. Eccles. cap. quia ingredientibus, & que sequuntur, 19. quest. ultima. Coquerruias cap. 2. de testam. n. 4. & Nauarrus in cap. non dicatus, num. 7.* ubi exprimitur Religiosos post professionem, nec ad piæ causas testari posse, quia non habent proprium, nec sibi, sed monasterio acquirunt, propriæ votum paupertatis, ubi opertæ animaduertas, eos, qui sunt in Societate Iesu, & publica vota simpliciter emittunt, licet non sint professi solemnes, testandi tamen iure, & potestate carcere, cum sint veræ, ac propriæ Religiosi, ac ipsi Professi solemnes sunt, ut declarauit Gregorius Papa XIII. per duos motus proprios. Ita tamen eo iure, & potestate carent, ut de licentia superioris possint, qui coadiutores formati non sunt, testari, si id aliquando expediret; absque ea tamen facultate, testamentum, quod facerent, nihil valerer; quod valde animaduertendū est proper Religiosos acceptantes officium executoris testamentorum absque licentia Praelati, superiorisque, ubi factum, & acceptatio non teneret, ut probat Sylvestris verb. testamentum 2. quest. 2. contra Bartolom in l. universos, C. de decurionibus, lib. 10. & contra Ludouicum, Antonium, & alios concurri tenentes, quos ibi citat, quia in cap. 2. de testament. dicitur, valere eam acceptationem, petita, & obtenta facultate ad tales acceptationem; ubi autem duo requiruntur ad valorem actus, nempe petitio, & obtentio; & quando duo requiruntur, non sufficit unum sine altero, aliter non valebit actus, maximè in nostra Societate, ubi, per regulas,

4.

regulas, & per constitutiones habemus, quod nullus executor sit testamentorum, nisi de licentia superioris: sufficit tamen, ut ibi probat Sylvestris, quod tacite petatur, & tacite obtineatur, quia taciti, & expressi eadem vis est, eadem potestas, ubi expressum expressè non requiritur, veluti si superior sciat, aliquem suum Religiosum institutum fuisse executorem alicuius testamenti, & videat illum exercere acta executionis, & non contradicat.

5. De licentia vero summi Pontificis potest Religiosus professus testari, ut praxis habet, & Doctores fatentur, ad pias tantum causas; quia sicut potest summus Pontifex Religiosis facere potestate in ad donandum ad pias tantum causas inter viuos, ita & ad testandum; haec autem facultas condendi testamentum non solet concedi nisi Religiosis habentibus beneficium aliquod regulare, vel seculare, vel de gentibus extra monasterium, & sua industria vicum querentibus: ita Lessius tom. I. de inst. lib. 2. cap. 19. dubit. 4. num. 40. Couartuias ad dictum cap. 2. de testam. num. 10. 17. & 18. Nauartus in cap. non dicatis. num. 89. & comment. 2. de regularibus. n. 58. Nec aliis, quam summus Pontifex, eam facultatem date potest, ut tradit ibidem Nauartus & in Apolog. quest. 3. monit. 11. num. 3. Quod si queras, an post professionem in monasterio bonorum capace possit Religiosus saltem mutare testamentum prius factum: Respondeo negatiuè, cum Panormitanus dicto cap. in presentia de probat. num. 61. Couartuia ad cap. 2. de testam. num. 9. Nauarro cap. non dicatis. num. 85. quidquid Bartolus & alij dixerint; ratio est, quia Professus iam est mortuus mundo, cap. placuit. 16. quest. 1. & specialiter per votum paupertatis se exxit omni iure erga bona temporalia ad effectum disponendi de illis, tanquam mortuus: id quod etiam probant omnes textus, qui Religioso testamenti factionem admunt.

6. Hinc autem oritur alia questio, an professione emissa teneantur professi statim bona dare iis, quibus per testamentum prius factum ea reliquerunt? & quidem responsio communis est per distinctionem, videlicet affirmatiuè, si Religio sit incapax dominij: negatiuè vero si sit capax; quia si capax est, ad ipsam Religionem pertinent Professi bona usque ad mortem illius naturali, non minus, quam ad ipsum pertinenter, si in seculo maneret: unde si institutus in testamento prius moriatur, quam testator evanescit institutio, ipsaque hereditas, & legatum monasterio cedit; quod tamen est intelligendum, nisi testator in testamento expresserit, se velle, ut institutus statim per professionem Religionis a se factam fruatur bonis; tunc enim monasterio, viuente etiam Monacho, excludetur, ut docet Couartuia ad cap. 2. de testam. num. 8. Sed specialis est difficultas, si ipse Professus habeat filios, an illis debeant statim solvi sue legitimæ, an potius pertineant ad monasterium dum patet viuunt. Negat Bartolus ad Authentic. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. illis statim deberi. Estque communior opinio, & probatur, tum quia legitima non debetur nisi post mortem naturalem patris, l. r. §. si impuberi, ff. de collation. bonorum, tum quia in illa Authentica habetur, quod si patens monasterium ingressus professusque, vel ingressa professaque moriatur antequam bona inter liberos diuisetur, ipsi suas legitimæ petere possint, atque adeò satis innuit competere illis tale ius ante mortem parentis naturalem. Sed contrarium magis probat Panormitanus ad dictum cap. in presentia, num. 59. & Couartuia ad cap. 2. de testam. num. 7. Nauar-

rus in cap. non dicatis, num. 80. & Molina tom. I. de iustitia. disp. 140. §. an vero statim ac parens. Tum, quia in cap. cum simus, de regularib. decernitur liberum esse filio bona quæ sibi ex successione patris monasterium ingressi proueniunt, postulare. Tum, quia in eadem Authentic. si qua mulier, sit potestas parenti post monasterij ingressum, atque adeò post professionem ad diuidendum bona, quæ habebat, inter liberos, & monasterium, iuxta formam ibi prescriptam, quod non fieret, nisi supponeret liberis deberi suas legitimæ, statim post professionem parentis. Tum, quia pater per professionem amittit patriam potestatem in liberos, cum ipse maneat subditus potestati alterius, nimirum Religionis, & Praelatorum eius. Itemque amittit administrationem bonorum suorum, subindeque facultatem prouidendi liberis alimenta: igitur ne filii cogantur sustentationem emendicare à monasterio, æquum omnino est, ut suas legitimæ statim obtineant. Ego in hac questione satis obscura veriorem puto in rigore sententiam Bartoli, quia nimirum iure plano, cum fundamenta contraria minus firma deprehendantur; nam ex dicto cap. cum simus, non habetur id licere filio ante mortem naturalem patris, ut etiam animaduertit Menchaca de succession. §. 21. num. 175. Nec locus ille authenticæ inducit id arguit, satis enim constat, quod filii non habent ius petendi legitimæ ante mortem naturalem patris, & tamen pater emissa etiam professione, possit, si velit filiis legitimæ tradere, priuando monasterium eo emolumento: & si textus supponeret filiis illud ius competere, sanè non faciet facultatem parenti Religionem professo diuidendi inter monasterium, & filios substantiam, si vellet; sed præcipiter, ut filiis suæ legitimæ tradicerentur, sicut fieri præcipit post mortem naturalem talis Religiosi, quando antea filii legitimæ non percepissent. Illi autem incommodo circa sustentationem librorum potest occurri per hoc, quod monasterium de bonis parentis professi, assignet statim filiis quantum necessarium sit ad illorum sustentationem; quod si integræ legitimæ sint necessaria, in eo casu non differatur filiis illasuna traditio; nam quidquid de severiori iure dici posset, tamen æquissimum est, ut filii non cogantur à monasterio aliqua mense mendicare, idque in furo eterno iudicari debet, ut Couartuia ait. Verum, si legitima excedat decentem filiis sustentationem, tunc neque æquitas suaderet, ut quoad ipsum etiam excessum debeatur, non expectata parentis, de quo agitur, morte naturali.

Nec mireris, quomodo, aut qua ratione liceat parenti Religionem professo, & omni iure temporali exuto, disponere de bonis antea a se possessis inter liberos, & monasterium, in quo professus est; nam hic casus est specialiter exceptus in Authentic. si qua mulier, C. de sacrosanct. Ecclesie. quia cum sit incerta, & canonizata in iure, cap. si qua mulier, 19. quest. 3. atque adeò saltem à Romano Pontifice admissa non erat, quod eius vis, & authoritas in dubium vocaretur à Nauarro in cap. non dicatis, num. 85. melius enim, & consultius Panormitanus, & Couartuia ubi proxime, cum illius dispositione simpliciter consentiunt, à qua nec ipse Nauartus tandem recedit.

Hic tamen conuenienter dubitatur, an ex bonis filiis qui Religionem dominij capacem professus est, debeatur patri post filij mortem, portio illa, in qua patet succederet necessarium, si filius in seculo moriatur: glossa in dicto cap. si qua mulier, negat omnino. In eademque sententia fuerunt olim graves

Doctores antiqui. Fundamentum illorum, & glosse est quia monasterium succedit suo Religioso loco filij, ut Doctores celebrant, ut colligi videatur ex *Authentic. de sanctiss. Episcop. §. sed & hoc presentis. collat. 9.* ubi decernitur, ut grauatus restituere tenui donato alteri in defectum liberorum, si is, prole non suscepta, monasterium ingrediatur, talis substitutio cuaneatur, quasi videlicet monasterium debeat succedere, & habere loco filij, quoad succedendum suo Religioso. Vnde arguitur, ut sicut filius susceptus excludit ab hereditate parentum ascendentibus ipsorum, ita similiter monasterium debeat excludere patentes sui professi.

**9.** Contraria tamen sententia vera, & tenenda est, nisi forte consuetudo præscripta ei obliteret aliquid. hanc tenet expressa Bartolus in *Authentic. predicta, si qua mulier. num. 9.* Nauartus in cap. non dicatos, num. 78. Sylvestris verb. *Religio 6. num. 1.* & alij committunt & probant ex cap. ultim. 19. quest. 3. & *Authentic. ut nulli iudicium. §. ad ultimam, collat. 9.* Ad fundamentum autem oppositum dicendum est, monasterium non haberi loco filij, nisi quodammodo, & quoad causis in iure expressis, ut ait Costa in cap. si pater 1. pars verb. si à liberis, num. 71. in d. Couarriuas lib. 1. variat. cap. 19. a num. 6. multos refert absolute id proloquium relipientes, quibus ipse videtur consentire, habetur enim loco heredis, non loco filij.

**10.** Ulterius dubitabis, an patre in Religione dominij capace, professo, viusfructus, quem habebat in bonis aduentitiis filij, eo ipso ad proprietatem, & filium redeant, an maneant adhuc apud patrem? quam questionem breuiter alibi decidimus, & modò venit vberius explicanda. Partem igitur affirmantem, eo ipso redire ad proprietatem, quam filius habebat, tenet Couarriuas, quamvis minùs firmatur ad cap. 2. de restam. num. 8. & alij, quos citat. Fundamentum est, quia pater per Religionis professionem amittit patriam potestatem in filios, & viusfructum, quem ratione filij habebat. Item, quia filio tunc debetur legitima: ergo & viusfructus. Bartolus verò ad *Authentic.* Idem est, C. de bonis quo liberis, existimat dimidiam partem viusfructus manere apud monasterium durante vita patris professi; aliam dimidiari cedere filio, l. cum opere, §. cum autem, C. eod. & hanc sententiam, ut valde & quam sequitur Panormitan. ad cap. in praesentia, de probationib. num. 57 & Sylvestris vbi supra. Atamen glossa ad dictam *Authenticam*, censet totum viusfructum transire ad monasterium dum pater viuit; quod probatur, quia monasterio, quatenus capax est, omnia deferuntur, quæ monachus habebat, per prædictam *Authenticam, ingressi*, habebat autem viusfructum in ilib. bonis pro tota vita sua naturali. Eadem etiam sententiam tenent Molina tom. 1. de iustit. disp. 140. §. an verò viusfructus. Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 10. num. 83. §. contra raman. Nauartus de regularib. comment. 1. num. 55. similiter manens patet in saeculo, per filij professionem non amittit viusfructum, quem in bonis aduentitiis filius habebat, quia professio filij non potest officere nisi patetno, a patre iam antea quæsito. Secus est, quando filius egreditur patriam potestatem ob crimen paternum, tunc enim amittit patre viusfructum unā cum patria potestate, ut ait Molina tom. 1. de iustit. disp. 9. & Lessius modo citatus. Pinellus ad l. 1. C. de bonis matern. part. 1. a num. 47. & multi alij ab ipso allegati; nosque iam alibi ei accessimus, & nunc ab ea non recedimus: quia autem *Authenticam, Ingressi*, absolute applicat oīnna bona, quæ Religiosus ha-

bebat, monasterio, nec exceptio huius viusfructus sufficienter probatur; quare ad monasterium dum pater viuit, prædictus viusfructus pertinet.

**11.** Ad fundamentum primæ opinionis, respondeatur, viusfructum iam quæsitum patri, ratione patriæ potestatis, non amitti ex eo præcisè, quod pater illam amittat, quod obseruat Nauartus in cap. non dicatis, num. 87. ex glossa, quam appellat communiter receptionem, in l. 2. C. de bonis matern. non enim assidue ab ipsa patria potestate penderet, & probatur, quia filio ingidente monasterium, non priuatur pater viusfructu, quem iam in bonis eius aduentitiis acquisierat, quia iniquum esset, ut ex facto filij laudabili tale damnum in iure iam quæsito pateretur: & ita resoluit Nauartus vbi proximal glossator partit. l. 12. tit. 1. part. 6. Pinellus citatus num. 45. & alij, quos citat. Consonat similis tesiolutio, quam circa ceterum filium familias superius fecimus, quamvis in hoc, eo sit res clarior, quo per ordinis susceptionem non ingreditur patriam potestatem, ut resolutius lib. 1. de contralib. in genere, cap. 18. Iam verò illud de legitima, ex superiori doctrina patet, non procedere; in d. pro nobis possit retorqueri.

Ad fundamentum Barroli, dicendum illam divisionem fructus induci a iure, quando pater directè agit ad emancipandiam filium, quod tamen ipse pater dum Religionem ingreditur, non intendit, quave licet inde consecutiū resultet filium exire à patria potestate, non continuo faciet suam illam etiam partem viusfructus, ac si directo actu patris emancipatus fuisset. Nec oblitus huic, & præcedenti responioni, quod patres familias heretico damnato, viusfructus, quem habebat in bonis filij, non cedat fisco, sed ipsi filio; tum quia, cum in odium hereticis eximat filium à potestate patris in eam lapsi, merito tali exemptioni maior effectus tribuitur in favorem filij, quam ei, quæ resultat ex monachatu patris; tum, quia in causa dubia favendum est filio heretici contra fiscum, magis quam filio Religiosi contra Religionem.

**13.** Si verò Religiosus intestatus professionem emitat in Religione dominij incapace, cedent statim illius bona hereditibus ab intestato, ac si ille naturaliter mortuus fuisset. Si tamen Religio bona temporalia possidere possit, ad illam devolueretur talis professi hereditas, ex dicta *Authenticam, ingressi*, nisi quod portiones ascendentibus, vel descendenteribus obligatae, sunt eis tradenda saltem post mortem naturalem ipsius Religiosi, iuxta superiorē doct. inam. Cui autem Religioni hoc ius temporale competet, & quatenus, erat oīm fatis obscurum, hodie tamen res est expeditissima per decreto Concilij Tridentini sess. 12. cap. de regularibus, quo conceditur omnibus monasteriis, tam virotorum, quam mulierum, etiam mendicantium facultas possidendi bona immobilia, exceptis Capucinis, & Minoribus de Observantia. Excipienda etiam est Societas I & sv, quæ per suas constitutions, quoad dominos professos, bona immobilia habere non potest. & decreto secundz congregationis generalis renunciauit illi indulgentie Concilij, ac licentiae. Adde collegia eiusdem Religionis, quamvis redditus stabiles possideant, non habere tamen ius sucedendi in hereditates legitimas, & bona suorum: ita exponunt ipsius Societatis constitutions, quas idem Concilium integrè seruari voluit, ut expressit eadem sess. & tit. cap. 16.

**14.** Non solū autem bona, quæ Religiosus habebat ante professionem, cedunt monasterio, modò explicato, sed etiam, quæ postea acquirit, ut iam tetigimus,

18. Hæc de iure, nam de consuetudine possunt monachi electi, & expulsi sibi acquirere; & credo in Lusitania multas religiones non curare hereditates horum expulorum, quod vidi, & scio, sapè multis superioribus diversarum Religionum de illis fuisse admonitos, illaque non curasse.
19. Rerant duæ dubitationes decidendæ.
- Prima est, quæ solemnitas requiratur pro testamento Religiosi, quando ex licentia summi Pontificis testari potest? Bartolus ad Authentic. si qua mulier, putat sufficere eandem, quæ pro milite statuit, quia Religiosus miles est spiritualis militiae, quæ sententia haber plures sequaces, & verior dicunt à Gama decisi. 316. num. 5. quæ cùm sit Bartoli, secundum eam indicandum est in hoc Regno Lusitanæ. Mihi tamen illud fundamentum non multum probatur, quia illud priuilegio indulget militi propriè dicto, & non militar in monacho; quare potius assentior Nauarro in cap. non dicatis, num. 84. & aliis, quos citat contra Bartolum, tenetibus. Ex alio tamen capite, teneo Religiosum testari posse cum minori solemnitate, quam ordinaria; nimirum cum illa cupitur, cum omnes, de testamento, quia est persona Ecclesiastica.
20. Altera dubitatio est, an quæ dicta sunt de testamentis Religiosorum in genere, intelligantur etiam de Religiosis ordinum militarium, seu Commendatoribus in illis professi, & responderetur affirmatio cum Nauarro in cap. non dicatis, num. 88, & in Apolog. quest. 3. monit. 12. & 13. & ratio est, quia hi milites, & Commendatores vere Religiosi sunt, ut idem Nauarro late probat in propugnaculo, num. 14. Vnde testis infert in locis precedentibus, illos de iure communi solidū posse testari inter liberos, & his, qui habebant ante professionem, iuxta formam dicti cap. si qua mulier, licet tamen testantur de bonis etiam quæstus inter quæcunque personas ex priuilegio Pontificis, vel uniuersique, vel toti ordini concessio; nisi quod Pius V. in quodam motu proprio, curia præcipuum partem refert Nauarrus dict. num. 88. & dict. monit. 12. Omnia huiusmodi priuilegia rigorose revocavit, qui tamen motus proprius non videtur fuisse receptus, cum ipsi Commendatores postea nihilominus testari sint soliti, sed ipsi melius scient, quo fundamento id faciant, & ideo propter consuetudinem, quæ contra ius præualeat, debent excusari.

## CAPUT XII.

De reuocatione testamentorum. Agitur de clausulis derogatoriis, & confirmatoriis, positis in testamentis.

1. Testamentum usque ad ultimum articulum vita reuocari potest.
2. An de licentia Principis possit fieri, ut reuocari non possit, & num. 3.
3. An per iuramentum testatoris de non reuocando, reddatur irreuocabile, & num. 5. & 6.
4. An per iurum mancat ille, qui reuocavit contra iuramentum, & num. 8.
5. Et reuocatio sit valida. ibid. & 5. 6. & 8.
6. An donatio omnium bonorum, praesentium, & futurorum ex iuramento firmataem accipiat.
7. Quid de illo testamento, in quo testator voluit,

quid non possit reuocari per secundum, si in eodem aut registrata censa, verba contentia in primo, at sive reuocatur per secundum.

8. Testamentum primum validum non reuocatur per secundum invalidum.
9. An testamentum prius reuocatur per secundum, quando in secundo non fit mentio de primo. Et quid si de data secundi constet fuisse posterius, ibid.
10. Ultimum testamentum reuocat omnis antecedentia quamvis in eisdem testator, se reuocare per illud omnia postea facienda.
11. Si testator dicat in primo testamento, hoc meum testamentum solum valeat, & nolo me facere aliud testaceum in futurum, ea clausula nulla est, & validè potest aliud facere.
12. Quid si testator dicat in priori testamento, si considero aliud, nolo, ut illud valeat, & volo solum istud valere.
13. Si testamentum primum habeat specialē clausulam derogatoriā testatorum postea facientium, opus est, ut annuleretur, ut in secundo fiat mentio illius clausulae specialis.
14. Quando in secundo testamento testatur expressè primum derogatoriū alterum, & illud revocatur, perspicuum est, primū non valere, & num. 18.
15. Si inter primum, & secundum decēni anni fluxerit, valebit secundum, etiam si eo non fiat mentio primi.
16. Si in secundo iurat testator, se velle illud solum esse testamentum, & nullam aliud, hoc casu valebit hoc secundum, etiam si in primo sit clausula derogatoria omnium, quæ postea fiant.
17. Si testator fecit secundum testamentum apud acta, præualebit contra primum, etiam si primum habeat clausulam derogatoriā.

**P**ER SPICVM in unoquoque sute est, usque ad ultimum mortuus articulum integrum testatori esse testamentum reuocate, & pro libito inurare, quod patet ex l. 4. ff. de adiunct. legat. in qua ambulatoria dicitur voluntas defuncti usque ad vitam supremam exitum, & in expectatione Marthæ, de celebrationi missæ. Pontifex ex doctrina Pauli ad Hebr. 9. sic ait, *Nuissimum hominis testamentum morte immobile persenerat*, alioquin non vales, id est, non habet vim irreuocabilem, dum viuit testator.

Dubitant tamen Doctores, utrum libertatem hanc possit testator sibi adimere de consensu Principis, ita ut iam amplius testamentum, quod fecerit, reuocate, aut immutare nequeat. Sunt qui negant, quod in primis putent, renunciationem talis iuris esse contra bonos mores naturales propter incommoda, quæ induceret, ut quod testator maneat obligatus ad non faciendum postea meliorem dispositionem de bonis suis. Cum enim testamentum sit ultima voluntas, hac autem sit illa, in qua moritur testator, ut quousque ipse moriatur, vasor testamenti sit pendens ex ultimo vitæ spiritu. Facit pro hac sententia textus in l. si quis in princip. ff. de leg. 3. illis verbis, *Nemo sibi legem posset dicere*, ut a priori voluntate ei non licet recedere. etat autem ibi sermo de voluntaria dispositione in tempore mortis collata, & illud Pauli loco citato, ubi testamentum est, mors, necesse est, intercedat testator.

Nihilominus contrarium censeo vetum, & redendum cum Couartunia ad rubric. de testamenti. 2. part. a num. 3. usque ad 6. & alij, quos citat. Fundamentum

# 586 De translat. domini per vlt. volunt.

18. Hæc de iure, nam de consuetudine possunt monachi electi, & expulsi sibi acquirere; & credo in Lusitania multas religiones non curare hereditates horum expulorum, quod vidi, & scio, sapè multis superioribus diversarum Religionum de illis fuisse admonitos, illasque non curasse.
19. Rerant duæ dubitationes decidendæ.
- Prima est, quæ solemnitas requiratur pro testamento Religiosi, quando ex licentia summi Pontificis testari potest? Bartolus ad Authentic. si qua mulier, putat sufficere eandem, quæ pro milite statuit, quia Religiosus miles est spiritualis militiae, quæ sententia haber plures sequaces, & verior dicunt à Gama decisi. 316. num. 5. quæ cùm sit Bartoli, secundum eam indicandum est in hoc Regno Lusitanæ. Mihi tamen illud fundamentum non multum probatur, quia illud priuilegio indulget militi propriè dicto, & non militar in monacho; quare potius assentior Nauarro in cap. non dicatis, num. 84. & aliis, quos citat contra Bartolum, tenetibus. Ex alio tamen capite, teneo Religiosum testari posse cum minori solemnitate, quam ordinaria; nimirum cum illa cupitur, cum omnes, de testamento, quia est persona Ecclesiastica.
20. Altera dubitatio est, an quæ dicta sunt de testamentis Religiosorum in genere, intelligantur etiam de Religiosis ordinum militarium, seu Commendatoribus in illis professi, & responderetur affirmatio cum Nauarro in cap. non dicatis, num. 88, & in Apolog. quest. 3. monit. 12. & 13. & ratio est, quia hi milites, & Commendatores vere Religiosi sunt, ut idem Nauarro late probat in propugnaculo, num. 14. Vnde testis infert in locis præcedentibus, illos de iure communi solidū posse testari inter liberos, & his, qui habebant ante professionem, iuxta formam dicti cap. si qua mulier, licet tamen testantur de bonis etiam quæstus inter quæcunque personas ex priuilegio Pontificis, vel uniuersique, vel toti ordini concessio; nisi quod Pius V. in quodam motu proprio, curia præcipuum partem refert Nauarrus dict. num. 88. & dict. monit. 12. Omnia huiusmodi priuilegia rigorose revocavit, qui tamen motus proprius non videtur fuisse receptus, cum ipsi Commendatores postea nihilominus testari sint soliti, sed ipsi melius scient, quo fundamento id faciant, & ideo propter consuetudinem, quæ contra ius præualeat, debent excusari.

## CAPUT XII.

### De reuocatione testamentorum. Agitur de clausulis derogatoriis, & confirmatoriis, positis in testamento.

1. Testamentum usque ad ultimum articulum vita reuocari potest.
2. An de licentia Principis possit fieri, ut reuocari non possit, & num. 3.
3. An per iuramentum testatoris de non reuocando, reddatur irreuocabile, & num. 5. & 6.
4. An per iurum mancat ille, qui reuocavit contra iuramentum, & num. 8.
5. Et reuocatio sit valida. ibid. & 5. 6. & 8.
6. An donatio omnium bonorum, praesentium, & futurorum ex iuramento firmataem accipiat.
7. Quid de illo testamento, in quo testator voluit,

quid non possit reuocari per secundum, si in eiusdem aut registrata censa, verba contentia in primo, at sive reuocatur per secundum.

8. Testamentum primum validum non reuocatur per secundum invalidum.
9. An testamentum prius reuocatur per secundum, quando in secundo non fit mentio de primo. Et quid si de data secundi constet fuisse posterius, ibid.
10. Ultimum testamentum reuocat omnis antecedentia quamvis in eiudicatur testator, se reuocare per illud omnia postea facienda.
11. Si testator dicat in primo testamento, hoc meum testamentum solum valeat, & nolo me facere aliud testaceum in futurum, ea clausula nulla est, & validè potest aliud facere.
12. Quid si testator dicat in priori testamento, si considero aliud, nolo, ut illud valeat, & volo solum istud valere.
13. Si testamentum primum habeat specialē clausulam derogatoriā testanziorum postea facientorum, opus est, ut annuleretur, ut in secundo fiat mentio illius clausulae specialis.
14. Quando in secundo testamento testatur expressè primum derogatoriū alivium, & illud revocatur, perspicuum est, primū non valere, & num. 18.
15. Si inter primum, & secundum decēni anni fluxerit, valebit secundum, etiam si eo non fiat mentio primi.
16. Si in secundo iurat testator, se velle illud solum esse testamentum, & nullam aliud, hoc casu valebit hoc secundum, etiam si in primo sit clausula derogatoria omnium, quæ postea fiant.
17. Si testator fecit secundum testamentum apud acta, præualebit contra primum, etiam si primum habeat clausulam derogatoriā.

**P**ER SPICVM in unoquoque sute est, usque ad ultimum mortuus articulum integrum testatori esse testamentum reuocate, & pro libito inurare, quod patet ex l. 4. ff. de adiunct. legat. in qua ambulatoria dicitur voluntas defuncti usque ad vitæ supremum exitum, & in exp. Marib., de celebration. missor. Pontifex ex doctrina Pauli ad Hebr. 9. sic ait, *Nuissimum hominis testamentum morte immobile persenerat*, alioquin non valens, id est, non habet vim irreuocabilem, dum viuit testator.

Dubitant tamen Doctores, utrum libertatem hanc possit testator sibi adimere de consensu Principis, ita ut iam amplius testamentum, quod fecerit, reuocate, aut immutare nequeat. Sunt qui negant, quod in primis putent, renunciationem talis iuris esse contra bonos mores naturales propter incommoda, quæ induceret, ut quod testator maneat obligatus ad non faciendum postea meliorem dispositionem de bonis suis. Cum enim testamentum sit ultima voluntas, hac autem sit illa, in qua moritur testator, ut quousque ipse moriatur, vasor testamenti sit pendens ex ultimo vitæ spiritu. Facit pro hac sententia textus in l. si quis in princip. ff. de leg. 3. illis verbis, *Nemo sibi legem posset dicere*, ut a priori voluntate ei non licet recedere. etat autem ibi sermo de voluntaria dispositione in tempore mortis collata, & illud Pauli loco citato, ubi testamentum est, mors, necesse est, intercedat testator.

Nihilominus contrarium censeo vetum, & redendum cum Couartunia ad rubric. de testamento, 2. part. a num. 3. usque ad 6. & alij, quos citat. Fundamentum

1.

2.

2.

3.

damentum est, quia quod quis sibi adimat eam facultatem, non est cuiquam iniuriosum, aut præiudicium afferens, nec alius est de se malum, atque adeo nec iure naturæ prohibutum, ut satis patet, & late confirmat Contrauias, sed solo positivo humano: ergo de consensu Principis circa hoc ius humanum auctoritatem habentis poterit testator adhuc viaens priuare se sese potestate renocandi, aut immutari di testamentum a se conditum.

Nec obstante fundamenta aduersa partis, quia talis priuatio non est contra bonos mores naturales, cum non sit de se mala, sed solum contra bonos mores ciuilis, quatenus contrarium rationabilius est, ut probant illa incommoda, idque legibus sanctum, & moribus receptum est: nec sane esset æqua lex, qua Princeps statueret, ut postquam quis semel testatus esset, iam deinceps testamentum reuocare non valeret, quanvis etiam hoc nonnulli admiserint: nihil tamen prohibetur, quia de consensu testatoris possit suam auctoritatem ad id præstatre. neque hoc repugnat rationi testamenti, quia, ut testamentum dicatur ultima voluntas, sufficit, quod testator moriatur ciuiliter in voluntate, quam testamento expressit, licet non naturaliter, ut patet in eo, qui post testamentum factum Religionem profiteatur, ad cuius similitudinem is, qui modo explicato, se priuaret facultate reuocandi proprium testamentum, censeri possit ciuiliter mortuus, quoad hunc effectum tantummodo, & non quoad alios. Potrò ille textus, & illa D. Pauli auctoritas procedunt regulariter, & supposita dispositione iuris positivi, que circa testamentum extat.

**4.** Maior difficultas est, an per iuramentum testatoris de non reuocando testamento reddatur illud irreuocabile? Circa quam inuenio tres opiniones: duæ sunt extreme pugnantes, una est media, ut patet, & videre poteris apud Iulium Claram q.94. lib.3. n.3. & Couarruiam in rubr. de testam. 2.p. post num.15.

Priuina ait, testamentum eo iuramento confirmatum irreuocabile esse, & irreuocabiliter confirmari, hanc tenet Albericus in l.1. circa finem. C.de sacro-sanct. Eccles. vbi assertit, ita tenere communiter Canonistas.

**5.** Secunda extremè contraria affirmat, primum testamentum iuramento confirmatum cumpi, & nullum reddi per testamento secundum sine iuramento factum, posseque illud testatorem reuocare sine ullo crimine per iurij hanc tenet Bartolus in l. si quis, in principio. num.14. & Alexander in l. stipulatio hoc modo concepta. colum 2. num.5. ff de verbis obligat. Couarruiam 2. part. post num.15. vers.2. opinio. & alij. Fundamentum illorum est, quia factio testamenti est de iure naturali, aut, ut verius dicam, de iure gentium, quod est proximum iuri naturali; nemo autem potest sibi imponere legem, quæ contraria sit iuri naturæ, & gentium, quia non erit iusta talis lex; iuramentum autem contra bonos mores iure gentium, aut naturæ introductos, non obligat, quia est vinculum iniquitatis; non seruare autem ius gentium, aut naturæ, iniquum est, & ideo ne iuramentum maneat vinculum iniquitatis, dicendum est illud in eo casu non obligare.

**6.** Tertia sententia, & media inter has extremas afferit, testamento iuramento quantuncunque confirmatum, reuocari, & immutari validè posse, non tamè licet, ac proinde per iurum esse, & peccare mortaliter testatorem, qui iuramentum non obseruat, nisi prius obtineat illius relaxationem, hanc tenet Alexander conf.18. num.12. Couarruiam allegatus. Alciatus in cap.cum contingat. n.78.

de iureinando. Iulius Clarus lib.3. §. testamentum. quast.94.num.4. &c est longè communior: mihique post magnum examen, & diuinam considerationem, vila est omnino vera. Nam, quod non obstante iuramento, non valeat primum testamentum per confectionem secundi, probant textus in l. ex eo. C.de iurilib. stipulat. l.4. & l. si quis, in principio. & l. si quis inquitinos. 5. ultimo, ff. de legat. 1. vbi habetur iuriandum contra vim legum, & authoritatem iuris in testamento positum, nullius esse momenti, viisque ad firmandum actum iure reprobatur. Idem est de iure Pontificio, ut colligitur ex cap. cum Marthe. & cap. ultima voluntas 13. q. 2. De iure autem Lusitano manifestius id constat; nam lib.4. Ordin. tit.44. § penultimo, habetur, promissione alicui factam de instituendo cum heredem, itemque donationem omnium bonorum presentium, & futurorum, ita iure reprobari, ut nec per se, nec iuramento addito, valide sint, teneatque communiter Doctores, Iulius Clarus inductus n.3. Alexander in l. stipulatio hoc modo concepta. num.5. ff de verbis obligat. Couarruiam in rubr. de testam. 2. part. post num.15. Imola in cap. cum contingat. n.31. de iureinando. Paul. de Castro conf.339. post num. 1. lib. 1. Mainet in l. nemo potest mutare. col. 25. & 26. de reg. iuris. & plures alios, quos inuenies citatos apud Iulium Claram dito num.3. Ratio autem huins rei est, quia iuramentum in testamento appositum de non reuocando illud, auferit liberam testandi facultatem, unde nec tale iuramentum, nec talis promissio, quæ idem operatur, valete possunt, quantumvis illa iuramento muniatur. Imò in uniuersum nullum remedium adhiberi potest, ne prius testamentum semper maneat reuocabile per posterius, ut ait Angelus Aret. ad § ex eo. Institut. quibus modis testamenta infirmantur. & Sylvestris verb. testamentum 1. quast. 12. & alij Summiste. nam non obstante iuramento, aut quacunque alia clausula derogatoria posteriori testamenti, potest nihilominus prius per posterius validè reuocari ( seruata forma inferius perstringenda ) quod intellige, nisi ex auctoritate Principis illa prioris testamenti confirmatio, & posterioris derogatio à testatore hat, ut diximus num.2. & 3.

**7.** Quid autem nihilominus illius iuramenti Religion obligeat, & per iurum maneat testator, si illud infringat, illicetque testamento reuocet, docet Molina tom 1. de iustitia, disp. 151. §. contraria sententia. pag 856 Iulius Clarus lib.3. §. testamentum. quast.49. num.3. & 4 Contrauias in rubr. de testam. part. 2. num.15. & alij citati num. precedenti. Probatur facile, quia iuramentum impleri debet, quoties id fieri potest sine dispendio salutis eternæ, ut expresse habetur in cap. si vero, & cap. cum contingat. de iureinando. quia pro Dei reverentia curandum est, quantum licet fieri potest, ne ipso fuerit adductus in testem falsi: cum igitur impletio iuramenti, quæ consistit in habendo rato ipso iuramento, & in non mutando illud, sit prorsus licita, cum non extet præceptum aliquod, aut consilium, ut testator priorem illam voluntatem reuocet, vel mutet, sit, ut negligi absque peccato per iurij nequeat, nisi prius iuramenti relaxatio obtineatur. Consultò dixi, aut consilium. quia licet res, quæ iurantur implenda, sit licita; si tamen oppositum sit de consilio, iuramentum non obligat: ut si quis iureret, se non ingressum Religionem, non datum mutuò, ut docet D. Thomas 2. 2. quast. 98. art. 2. ad 2. Panormitanus ad cap. si vero, de iureinando, præter alios communiter. Si tamen testator iuramentum violeret, solum peccabit contra Religionem

## 588 De translat dominij per vlt volunt.

- ligionem iuramenti, non autem contra iustitiam, cū ex iuramento testamentum non evaserit firmum, nec proinde instituti in eo ius acquisierint per tale iuramentum, vt non reuocetur. Vnde etiam sit, vt absque respectu eorum relaxatio à superiori peti, & impendi possit, si aliās rationabilis appearat.
8. Neque obstat illa regula, *Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium*, quia iuramentum contra bonos mores, hoc est, de re turpi, & damnata per legem naturalem, aut positivam ciuilem, vel canonicam, vt Doctores p̄ssettim Canonistæ communis exponunt, non obligat. Omisso autem reuocandi testamentum prius factum nullo iure, nec naturali, nec positivo ciuili, aut canonico damnatur, aut prohibetur, vt patet, alioquin non erit licitum seruare, & non motare testamentum prius factum.
9. Ex hac resolutione colliges, donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, per iuramentum firmitatem non accipere, nam validè reuocari poterit, quantumvis iuramento sic confirmata, non tamen licet, quia pat est ratio in tali donatione, atque in testamento, vt intelligens animaduertet.
10. Sed quid de illo testamento, in quo testator voluit, quod non possit reuocari per secundum, nisi in illo registrata, & scripta sint quædam formalia verba? Respondeo non reuocari per secundum, nisi in eo expressa sint prædicta formalia verba, & de illis expressa mentio facta fuerit in secundo. ita *Natura consil 6; 9. num 4. C. 5. Decius cons 479. C. 487.* & *Apostillator ad Iulium Claram ad quest 94. dict. lib. 3. § testamentum, in addit. in verb. tollatur littera A.* Et ratio est primò, quia eam legem sibi testator licet imponere potest ad tollendas fraudes. Secundò, quia per hanc clausulam non obligatur absolute ad non reuocandum prius testamentum, sed ad non reuocandum secundum quid, & sub illa conditione. Idem est, si in primo testamento sibi imposuit aliquam peccnam, si illud reuocaverit, amissa enim peccna, poterit reuocare, quia prædicta peccna amitti potest, & soli absque peccato, ac proinde ad illam se potuit testator obligare, nisi priori testamento steterit: nec illa peccna inserta in priori testamento fecit testatorem absolute intestabilem, aut prius testamentum immutabile, vt de se patet, sed sub illo modo, & conditione soluendi illam peccnam, vt patet.
11. Animaduertes autem hīc primò, prius testamentum validum, & legitimum non reuocari per posterius invalidum, & illegitimum, l. bac consuliſſima, §. si quis autem, C. de testamenti. non tamen requiritur ad hunc effectum, quod ex vi posterioris testamenti hereditas de facto adest, sed sufficit, quod adiū possit, vt reuera potest, si illud iure validum est. §. postiore. *Instit. quibus modis testam.* Nec etiam oportet, vt posterius testamentum sit magis, aut æquè solemnne, ac prius; sed satis est, quod solemnitatem sufficientem habeat, vt valeat pro ratione personarum, ad quas refertur, quātumcunque prius habuerit, quod latius tradit *Couartuias citatus num. 1.* estque doctrina communissima. Vnde si posterius testamentum fiat inter liberos, aut ad pias causas, duo testes sufficient ad reuocandum prius testamentum, ad quatinus causas, aut personas factum, cum maiori solemnitate, & assistentia plurium testimoni.
12. Animaduertes secundò, licet regulariter testamentum prius non reuocetur per posterius, quin in posteriori fiat specialis mentio prioris, vt docet
- 13.
- Julius Clarus lib. 3. §. testamentum, quest. 94. initio. & patet ex textu in §. postiore, *Instit. quibus modis testamentum infirmatur*, sufficit enim, quod ex data constet, quodnam fuerit posterius, vel prius, iuxta illum. Tamen si in priori posita fuerit clausula derogatoria posterioris, per hoc posterius non rumpetur illud prius, nisi facta speciali de priore mentione: vt si testator dicat, *Volo hoc meum posterius testamentum valete, non obstante priori, quod per talen Notarium tali die, & anno condidi.* Similis mentio requiritur, si prius testamentum conditum fuit inter liberos etiam tali clausula carens, aut ad pias causas, aut iuramento confirmatum, quia in favorem liberorum, piæ cause, & iuramenti, presumuntur testator non obliuisci in posteriori prioris testamenti, nec velle illud reuocare, nisi specialiter id exprimat. E conuersio etiam licet prius testamentum habuerit clausulam derogatoriā posterioris, si tamen posterius habeat aliquam ex commemoratis prærogatiis, videlicet si sit factum inter liberos, ad pias causas, aut iuramento confirmatum, reuocabit prius absque illa speciali mentione. Sed in toto hoc articulo sunt plurimæ minores obseruationes, quas latissime prosequitur *Couartuias in rubr. de testam. 2. part. à num. 19.* & clarissime Julius Clarus dicit, lib. 3. §. testamentum, q. 94. & 99. nos illis eo maximè supersedemus, quod solum pro foro externo inseruant, nam pro foro interno, quoconque modo constet de testatoris voluntate circa reuocandum, vel immutandum prius testamentum, illi est standum, iuxta superius dicta, & ita ait *Gomez ad l. 3. Tauri, num. 105. in fine,* quod miror, quia in num. 123. tenet, testamentum minus solemnne, nec in foro conscientie valere. Imò in foro etiam externo maxima habetur ratio voluntaris testatoris, quæ per conjecturas, & idonea argumenta venanda est, vt per multis particulatibus casis deducit *Couartuias ubi suprà*, & probat textus in *Authentic. de ruptijs. §. disponat.* exprimens, quod voluntas testatoris pro lege habenda sit, sed intelligitur, quantum ipsæ leges patientur, secundum quas proinde expedit cautè diligiti testamentum ab aliquo iuris perito, vt in neutrō foro pericliterit. Illud præter eundem non est, quando quis in morte, aut alio periculo constitutus, meru mortis testamentum condidit, licet periculum evadat, testamentum nihilominus manere validum, nisi aliās reuocetur. colligitur autem id ex *L. v. l. C. de posthumis.* Si tamen forma institutionis, aut legati esset conditionalis, v. c. hinc. Si ex hoc morbo discessero, instituo heredem Petrum; quietitur, in convalescente testatore, nullum eo ipso redolatur testamentum? Hanc difficultatem tractat *Gomez ad l. 3. Tauri, num. 116.* & multis relatis pro parte affirmativa, ipse negativus sequitur, quæ tamen admitti non potest, nisi per graves conjecturas appareret testatorem vel in illa conditione vim non fecisse, vel eam postea temuisse.
- Circa testamentorum clausulas derogatorias, & confirmatorias illorum, positas à testatoribus in ipsis testamentis pro foro externo accipe has regulas, quæ multum tibi inseruent ad hanc rem valde intricatam extricandam.
- Prima regula est. Quando testator in secundo testamento apponit clausulam generalem reuocatoriam omnium testamentorum à se prius factorum, v. c. quando cassans, & reuocans omnia testamentata antecedentia, dicit, & per hoc testamentum reuoco omnia testamenta à me hactenus condita, quæ clausula solet communiter à Notariis apponi in omnibus testamentis. Ita clausula generalis non sufficit

# 590 De translat. dominij per. vlt. volunt.

19. Quinta regula. Si inter primum, & secundum testamentum multum temporis effluxerit, v. e. decem anni, aut plures, validum erit secundum, etiam si in eo non sit facta menio clausula derogatoria, in primo testamento inserita, quia per lapsum decennii inductus presumptio oblinioris ita Baldus, in l. sancimus, num. 6, in fine, C. de testamenti. Petrus confil. 10, num. 13, lib. 3, ille subdubitans, iste fitius in sua sententia ita etiam Contrauias in d. 1, part. in rubr. de testam. post. num. 19, vers. 9, & cidea non obstante tali omissione valebit secundum testamentum, quia in eo casu non presumitur omis- sa revocatio in secundo testamento clausula derogatoria posita in primo ex defectu voluntatis, sed ex defectu memorie, & sic non obstante tali omis- sione, sustinebitur secundum.
20. Sexta regula. Si in secundo testamento iuraf- ses testator, se velle illud esse suum ultimum testa- mentum, eo casu hoc secundum preualeat, etiam si in primo fuisse inclusa clausula derogatoria, ita tenent communiter Doctores. Natura in Authentico hoc inter, num. 41, & sequentib. C. de testam. Baldus in dict. l. sancimus, post num. 6, eod. sic. Iulius Clari- tus lib. 7, 6, invenit, & lib. 3, § testamentum, quest. 94, vers. unum tamen, & alij, quos allegat, & ratio est, quia suramentum habet vim clausula spe- cialis derogatoriae ob eminentiam sanctuaris, quam continet.
21. Septima, & ultima regula est. Si testator fecerit secundum testamento apud acta, in hoc casu praes- valere illud contra primum ex vi actorum, etiam si primum clausulam habeat derogatoriari. Secundi, quia non est presumendum testatore reguli usque co- ram publicis personis actum efficacem illiusrum, ita docet. Natura in dict. Authentico, hoc inter, num. 48, C. de testam. Baldus in l. sancimus, post num. 6, C. eod. Iulius Clari- tus lib. 3, § testamentum, quest. 99 num. 1, ex his regulis coniuncte alias.
- CAPUT XIII.**
- De successione hereditaria ex testa- mente. Agitur de testamento scri- pto ex iusu testatoris per scribam, & particularem personam. Agitur etiam de institutione, & subtitu- tione heredis.
1. Successio hereditaria, quid sit.
2. Quid successio testamentaria, & heres ex ase, ex triente, ex semisse, ex vincie; & in quae partes diuidebant antiqui hereditatem.
3. Quid sit heres institutio, & substitutio.
4. Non licet testatori committere alteri heredem suis nominationem, & invalidum erit tali testa- mentum.
5. Intellexus ad cap. cum tibi, de testamento. ibid.
6. Legatum potest committi arbitrio alterius.
7. Non valet testamentum capitularium, in quo quis dicte, Instituto heredem Titianum, si Titianus me instituerit.
8. Non valet testamentum, in quo testator prius, com- municat voluntatem suam Notario, vel scribenis circa heredem, legatarium, & alia, si postea legator testatori, vel ipse illud legat, & ex manu propria illud tradat scriba approbadum.
8. Non valet, si heredem scribat Notarius, nos com- municando illum ei prius testator, etiam si postea legat Notarius testamentum testatori, & ille dicat, Ita voleo restare.
9. An quando testator fecit validum primum testa- mentum, & postea ad alterius interrogacionem efficiat secundum, revocetur illud primum per istum secundum. non modo aliud, sed etiam quod.
10. An vitetur testamentum solum, quia a duobus, & diuibus literis fuit scriptum.
11. Quia sit substitutio, & quomodo dividatur.
12. Directa substitutio quid sit. Quid indirecta, quid pupillaris, & exemplaris; quid composta, & compendiosa.
13. Heredes alij sunt extravesi, alij consanguines, & ex familia, qua differentia sit inter utrosque.
14. Si testator habet filios, illi necessario debent in- scitur, aut exhibedari, alioquin non valet testa- mentum.
15. Quid sit careat filii, & descendentiis, habeat vero ascendentem.
16. Ascendentes succedunt in defecuum descen- dentium.
17. In Lusitania non est necessarium exprimere her- edes necessarios, sed sufficit, quod testator sciens, se illorū habere, disponat de soli terri, ut illi censeantur instituti, etiam si illorū non nominet, sine sint ascendentis, siue descendentes.
18. Quantitas legitime portio non est in natura- rali definita.
19. Legitima relinquaenda est filii, & ei cui debetur, libera ab omni conditione, & gravamine.
- An possit recipere conditionem. ibid.
20. In defecuum ascendentium, & descendientium, li- cit testator habeat fraves, & collaterales, libe- ram efficiere heredem i. sicut, quem vult.
- S**uccessio hereditaria est succellio in hereditatem, seu in viam, & ius eius rei, quam defunctus habeat tempore mortis. hereditate ff. de regulis iuri. Est autem ipsa her- editas duplex, aut scilicet ex testamento, aut ab in- testato: illa, que est ex testamento, testamentaria, que est ab intestato, legitima appellatur. Inducunt etiam Doctores terram quandam speciem, quam dicunt, Anomala, in l. cum in antiquoribus, verb. vel aliter. C. de iure deliberandi, qualis censetur ea, qua fiscus succedit in bonis aliquius, & aliae quedam. sed hæc species fere negliguntur, & iolæ due prioris celebantur, ex quibus, cum testamentaria sit po- tentior legitima, eaque excludat, de testamentaria prius nobis dicendum erit.
- Testamentaria agitur successio est illa, que heredi- per testamentum defertur, quod quide diversimode, & secundum varias formas contingere potest. Po- test enim in primis quis heres institui, vel in tota hereditate, vel in parte; & in hac vel aliquota, vel certa. Constitutus in solidum, vel in parte aliqua, v. c. in tertia, aut quarta, dicitur heres universalis: constitutus in parte certa, velut in fundo, aut tanta pecunia, dicitur particularis. Aliet etiam heres in solidum, dicitur heres ex ase, heres autem in parte aliqua, vocatur heres ex semisse, ex triente. Scindunt enim est, totam hereditatem in iure, ap- pellari aliter, diuidique in duodecim partes voca- tas vincias, & in alias partes maiores, aut minores, quarum distinctio traditur in heredas, Instit. de hereditate i. num. 4. Interessit autem multum inter heredem universalis, & particularis: nam uni- versalis luctatur quidquid accrescit hereditati; vt constat.

# 590 De translat. dominij per. vlt. volunt.

19. Quinta regula. Si inter primum, & secundum testamentum multum temporis effluxerit, v. e. decem anni, aut plures, validum erit secundum, etiam si in eo non sit facta menio clausula derogatoria, in primo testamento inserita, quia per lapsum decennii inductus presumptio oblinioris ita Baldus, in l. sancimus, num. 6, in fine, C. de testamenti. Petrus confil. 10, num. 13, lib. 3, ille subdubitans, iste fitius in sua sententia ita etiam Contrauias in d. 1, part. in rubr. de testam. post. num. 19, vers. 9, & cidea non obstante tali omissione valebit secundum testamentum, quia in eo casu non presumitur omis- sa revocatio in secundo testamento clausula derogatoria posita in primo ex defectu voluntatis, sed ex defectu memorie, & sic non obstante tali omis- sione, sustinebitur secundum.
20. Sexta regula. Si in secundo testamento iuraf- ses testator, se velle illud esse suum ultimum testa- mentum, eo casu hoc secundum preualeat, etiam si in primo fuisse inclusa clausula derogatoria, ita tenent communiter Doctores. Natura in Authentico hoc inter, num. 41, & sequentib. C. de testam. Baldus in dict. l. sancimus, post num. 6, eod. sic. Iulius Clari- tus lib. 7, 6, invenit, & lib. 3, § testamentum, quest. 94, vers. unum tamen, & alij, quos allegat, & ratio est, quia suramentum habet vim clausula spe- cialis derogatoriae ob eminentiam sanctuaris, quam continet.
21. Septima, & ultima regula est. Si testator fecerit secundum testamento apud acta, in hoc casu praes- valere illud contra primum ex vi actorum, etiam si primum clausulam habeat derogatoriari. Secundi, quia non est presumendum testatore reguli usque co- ram publicis personis actum efficacem illiusrum, ita docet. Natura in dict. Authentico, hoc inter, num. 48, C. de testam. Baldus in l. sancimus, post num. 6, C. eod. Iulius Clari- tus lib. 3, § testamentum, quest. 99 num. 1, ex his regulis coniuncte alias.
- CAPUT XIII.**
- De successione hereditaria ex testa- mente. Agitur de testamento scri- pto ex iusu testatoris per scribam, & particularem personam. Agitur etiam de institutione, & subtitu- tione heredis.
1. Successio hereditaria, quid sit.
2. Quid successio testamentaria, & heres ex ase, ex triente, ex semisse, ex vincie; & in quae partes diuidebant antiqui hereditatem.
3. Quid sit heres institutio, & substitutio.
4. Non licet testatori committere alteri heredem suis nominationem, & invalidum erit tali testa- mentum.
5. Intellexus ad cap. cum tibi, de testamento. ibid.
6. Legatum potest committi arbitrio alterius.
7. Non valet testamentum capitularium, in quo quis dicte, Instituto heredem Titianum, si Titianus me instituerit.
8. Non valet testamentum, in quo testator prius, com- municat voluntatem suam Notario, vel scribenis circa heredem, legatarium, & alia, si postea legator testatori, vel ipse illud legat, & ex manu propria illud tradat scriba approbadum.
8. Non valet, si heredem scribat Notarius, nos com- municando illum ei prius testator, etiam si postea legat Notarius testamentum testatori, & ille dicat, Ita voleo restare.
9. An quando testator fecit validum primum testa- mentum, & postea ad alterius interrogacionem efficiat secundum, revocetur illud primum per istum secundum. non modo aliud, sed etiam quod.
10. An vitetur testamentum solum, quia a duobus, & diuibus literis fuit scriptum.
11. Quia sit substitutio, & quomodo dividatur.
12. Directa substitutio quid sit. Quid indirecta, quid pupillaris, & exemplaris; quid composta, & compendiosa.
13. Heredes alij sunt extravesi, alij consanguines, & ex familia, qua differentia sit inter utrosque.
14. Si testator habet filios, illi necessario debent in- scitur, aut exhibedari, alioquin non valet testa- mentum.
15. Quid sit careat filius, & descendentiis, habeat vero ascendentem.
16. Ascendentes succedunt in defecuum descen- dentium.
17. In Lusitania non est necessarium exprimere her- edes necessarios, sed sufficit, quod testator sciens, se illorū habere, disponat de soli terri, ut illi censeantur instituti, etiam si illorū non nominet, sine sint ascendentis, siue descendentes.
18. Quantitas legitime portio non est in natura- rali definita.
19. Legitima relinquaenda est filiarum, & ei cui debetur, libera ab omni conditione, & gravamine.
- An possit recipere conditionem. ibid.
20. In defecuum ascendentium, & descendientium, li- cit testator habeat fraves, & collaterales, libe- ram efficiere heredem i. sicut, quem voluit.
- S**uccessio hereditaria est succellio in hereditatem, seu in viam, & ius eius rei, quam defunctus habeat tempore mortis. hereditate ff. de regulis iuri. Est autem ipsa her- editas duplex, aut scilicet ex testamento, aut ab in- testato: illa, que est ex testamento, testamentaria, que est ab intestato, legitima appellatur. Inducunt etiam Doctores terram quandam speciem, quam dicunt, Anomala, in l. cum in antiquoribus, verb. vel aliter. C. de iure deliberandi, qualis censetur ea, qua fiscus succedit in bonis aliquius, & aliae quedam. sed hæc species fere negliguntur, & iolæ due prioris celebantur, ex quibus, cum testamentaria sit po- tentior legitima, eaque excludat, de testamentaria prius nobis dicendum erit.
- Testamentaria agitur successio est illa, que heredi- per testamentum defertur, quod quide diversimode, & secundum varias formas contingere potest. Po- test enim in primis quis heres institui, vel in tota hereditate, vel in parte; & in hac vel aliquota, vel certa. Constitutus in solidum, vel in parte aliqua, v. c. in tertia, aut quarta, dicitur heres universalis: constitutus in parte certa, velut in fundo, aut tanta pecunia, dicitur particularis. Aliet etiam heres in solidum, dicitur heres ex ase, heres autem in parte aliqua, vocatur heres ex semisse, ex triente. Scindunt enim est, totam hereditatem in iure, ap- pellari aliter, diuidique in duodecim partes voca- tas vincias, & in alias partes maiores, aut minores, quarum distinctio traditur in heredas, Instit. de hereditate i. num. 4. Interessit autem multum inter heredem universalis, & particularis: nam uni- versalis luctatur quidquid accrescit hereditati; vt constat.

confat ex dicto §. hereditate, & l. si quis ita scripsit 1. ff. eodem. & l. hoc commodum sive accrescat per vacationem à coheredibus, si illos habeat, sive alio modo, quod commodum iuris peccati appellant ius accrescendi. Particularis verò dummodo fuerit aliis vniuersalitis, tali iure non gaudet, sed habetur, quasi legatus, l. quorū, C. de hereditib[us] instituend. In defectu tamen hereditis vniuersalitis, instituto in re certa, & particulari accrescit tota hereditas, nec devoluitur ad heredem ab intestato, idque in foro etiam conscientia, quia ea presumunt voluntas testatoris, l. 1. §. si ex fundo, ff. eodem. Sylvestro verb. hereditate 3. quast. 3. quia ius regulariter non admittit, ut quis partim testatus, partim intestatus discedat, l. ius nostrum, ff. deregul. iuris. Dico, regulariter, quia datur exceptio in milite, cui conceditur, ut possit decedere partim intestatus, partim intestatus, tum quoad bona, §. heret. Institut. de hereditib[us] instituend. tum quoad tempus, l. in fraudem. §. miles, l. miles ita ff. de militari testamento, l. 2. ff. de testam. milit. unde probatur soli iure positivo eam regulare constare, aliqui exceptionem per privilegium eiusdem iuris patetur. Quod si testator expresserit, se nolle, ut ille, quem in re certa instituit, quid amplius in suis bonis in nullo euentu accipiat, adhuc multi, quos sequitur Antonius Gomez tom. 1. variarum resolut. cap. 10. à num. 9 afficiant accrescere ei hereditatem in defectu hereditis naturalis. Negat tamen Bartolus in l. quorū, §. si duo, ff. de hereditib[us] instituend. & alij, quibus adhæret Sylvestre ubi proxime, aliqui Suministre, quorum sententia placet, quia consonat voluntati testatoris, & dicto §. si duo, atque adeò in tali euentu successio denovetur hereditibus ab intestato, qui per modum filie commissi tenebuntur eam partem reddere instituto in ea.

3. Rursus ex parte etiam formæ institutionis, vel dicitur propriè institutus, vel substitutus Institutus, scilicet sumpto vocabulo, est ille, cui primò, & immediatè defertur hereditas à testatore: substitutus verò est ille, qui in locum priùs instituti sufficitur, quam ob rem de hereditis institutione, & substitutione aliquid explicatiū est dicendum. Igitur hereditis institutio est caput, & substantia ipsa testamenti. §. ante hereditis. Institut. de legat. Vnde huic punto, tanquam potissimum in testamento circumspectius prouidit ius. Sancitum enim est, ut hereditis nomen à testatore inscriberetur, aut voce propria, non aliena pronunciatetur, nec soli natus ad rem tantam sufficerent, l. iubemus. O. de testam. Iulius Clarus statim citandus, qui tamen rigor in testamento ad pias causas remittit, ut superius diximus. Norant etiam Doctores satis esse pro seruanda lege, iubemus, quod testator interrogatus absque vi, fraude, & absque nimia importunitate, instituat ne heredem Titum, respondeat, ita in beo, aut similiter. ita Couarruias ad cap. cum tibi, de testam. num. 4. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum. quast. 37. num. 1. Afflictis decis. 142. num. 3. cum ferè 10. auctorebus, quos pto hac parte citat Iulius Clarus allegatus.

4. Ceterum non licet testatori committere alteri, hereditis sui nominationem, ut si dicat, Institutio heredem, quem Petrus, aut Paulus nominauerit, l. illa institutio, & l. si quis Sempronium ff. de hereditib[us] instituend. Imò, nec legata conferte in alienam voluntatem, veluti, si dicatur, lego Tito de cem. si Sempronius voluerit. l. nonnunquam. ff. de condit. & demonstrat. Iulius Clarus citatus num. 3.

Sed obstat videretur cap. cum tibi, de testam. ubi Fagundez de Iustitia, &c.

hæc sunt verba. Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatu. Respondent tamen Doctores communiter, vt ait Couarruias ad idem cap. num. 10. cum, qui talem commissionem facit, censeri instituere ipsum commissarium hæredem, ut in pias causas bona sua distribuat, proindeque decedere testatum. Pro regno autem Castellæ, vide specialem decisionem, quæ de casu huius extat l. 31. & 32. Tauri, ultius intelligi potest, procedere textu predicti cap. cum tibi, quando, sive hereditis institutio, sive legatum committitur, non quidem liberte alterius voluntati, sed arbitrio, & iudicio suo: talis enim dispositio iure admittitur, standumque est arbitrio commissarij, modò non sit peruersum arbitrium, sed boni, & prudentis viri, l. si sit ff. de legatis 1. sola enim tunc electio particularis personæ ex aliquo numero alterius voluntati committitur: ut si in Lusitania moriens pater, vel mater relinquat suam terram vni ex pluribus suis filiis, quem maritus elegerit, talis enim dispositio iure admittitur, l. vni. ff. de legat. 2. l. fideicommissaria 1. §. finali, ff. de fideicommiss liber. Couarruias ubi proxime, num. 11. Antonius Gomez ad l. 3. Tauri, num. 4. & ton. 1. resol. cap. 12. num. 48. ubi ait, stando etiam in iure ciuili valere dispositionem, qua quis dicit: Relinquo bona mea pauperibus, quos Petrus elegerit.

Adde, posse legatum, licet non liberte voluntati, arbitrio tamen, & iudicio alterius committi, talique arbitrio standum esse, modò non sit peruersum, sed boni, ac prudentis viri, ut numero precedenti diximus, & docet Couarruias ad cap. cum tibi, de testam. num. 12. post alios, quos sequitur, ubi eodem modo defendit legatum pro dote in alterius voluntatem collatum, saltem pro feminâ, vel foemini pauperibus omnino admittendum esse.

Reiicitur etiam dispositio, quæ sit sub specie capandi alterius reciprocam voluntatem: ut si testator dicat: Institutio heredem Titum, si Titus me itidem heredem instituat, l. captatoria. ff. de legat. 1. huiusmodi autem dispositio, est propriè captatoria, ut vult Couarruias ad dictum cap. cum tibi, num. 1. quanvis iuriste communiter, nomine captatoria voluntatis, illam etiam, quæ absque tali spe, & conditione in alterius voluntatem confertur, vidicantur comprehendere. Nihilominus non damnantur, nec captatoria censentur illæ voluntates, quibus duo se inuicem heredes instituant affectionis causa, l. captatoria. ff. de instituend hereditib[us] ibi, captatoria institutiones, non eas senatus improbavit, que munus affectionibus iudicia provocaverunt, sed quarum conditio confertur ad secrenum aliena voluntatu; atque ita due personæ, nempe vir, & uxor coniunctim in eadem charta testamentum facere possunt, & se inuicem instituere, & reputantur quasi duo testamenta facta, ut habet communis opinio, quam Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum, quast. 60. ex aliis refert, & sequitur: & Couarruias ad rabr. de testam. 2 pars. num. 8. Huc autem etiam pertinet posse nominati heredem per relationem ad schedulam testatoris sententio domi inclusam, aut in mano eiusdem tertij appositam, ut habet communis sententia relata, & approbata lib. 6. communium opinionum. tit. 15. num. 30. & à Iulio Claro lib. 3. §. testamentum. quast. 36. & Menchaca de succession. 1. pars. §. 17. num. 53. Adde etiam posse testatorem, quoad aliquam dispositionem committere alteri mentis suz declarationem, eoque easi commissarij dicto standum esse, si sit fidelis

## 592 De translat. dominij per vlt. volunt.

- interpres, alias minimè, ex I. Theopompus, ff. de doce. & Doctores ibi, & I. quem heredi ff de rebus du-  
bys. vide Couar. ad cap. cùm tibi, de testam. num. 15.  
& Menchaca ubi proxime.
7. Admittitur verò illa dispositio, in qua testator priùs exponit voluntatem suam Notario, qui eam redigit in scriptis, & redactam reddit postea ad testatorem, & illam ei legit, lectaque cum interrogat, an velit ita testari, & an illa sit voluntas illius, nam eo casu, si respondeat, quod sic, valebit utique, quod gestum est, ita Iulius Clarus lib. 3. sentent. § testam. quest. 37. num. 7. Bellon. consil. 74. num. 14. Aret. in Inst. de testam. in princip. post num. 15. vers. nota istam, & idem erit, si testator exponat mentem suam alteri testi, qui non sit Notarius, nec Scriba, si ille legat postea testamentum testatori, aut testator ipse illud legat, & postea ordinatiè approbaretur.
8. Si quis tamen non iubente testatore, & sibi suam mentem non communicante, testamentum aliquod ordinauerit, & postea coram ipso, & etiam corā testibus lecto, testatorem interrogat, an ita velit testari, & testator respondeat, quod sic, tale testamentum, talisque dispositio, non valebit, nec sustinebitur; ita communiter Doctores, ut refert, ac sequitur Beettand. consil. 194. num. 3. lib. 3. part. 2. Socinus junior consil. 183. num. 32. Iulius Clarus dicit. qu. 37. num. 7.
9. Si ramen testator iam aliud testamentum validum, & solēmne condidisset, & postea ad alterius rogationem, efficiat secundum, non renuncabitur illud primum per hoc posterius, ut tenet Paulus de Castro consil. 133. allegato, num 34. ubi dicit, hanc opinionem esse magis communem. Iulius Clarus dicit. quest. 37. n. 8. ubi ait, se semper hanc opinionem intrepide secuturum, & addit, & alijs sequendam consulerem, ut quantum fieri possit, malitiis hominum, & fraudibus occuratur.
10. Si adhuc duo Notarij, vel duo, aut plures, qui non sint Notarij, & utique testator suam mentem explicaverit, & unus fessus labore scribendi, tradat alteri testamentum, ut illud perficiat, & postea legatur testamentum coram testibus testatori, & testator propria manu illud tradat Notario, quando à duobus, qui Notarij non sint, fuit scriptum, & dicat, hoc est meum testamentum, & ultima voluntas Notarij, que illud sitè approbet, valebit testamentum, quia varietas literarum non nocet, & aliunde constat de voluntate testatoris solemnizata per alias solemnitates requisitas. ita iudico, & hoc meum iudicium fuit approbatum à viris doctissimis, cum quibus rem communicauit.
11. Veniamus tandem ad substitutionem. Substitutione in primis, ut in praesenti consideratur, sic definitur à Couarruia in cap. Raynald. de testam. § 4. num. 1. est unius, vel plurium ad aliquam rem in loco alterius subrogatio, facta per ultimam voluntatem: ut si testator dicat in testamento: Instituo mihi heredem Petrum, quod si ille heres non fuerit, instituo Franciscum: aut si in legato, & donatione causa mortis simili forma yratur.
12. Dividitur autem in simplicem, & compositam. Deinde simplex, in directam, & obliquam, seu indirectam. Directa est, quia hereditas substituto defertur absque alterius ministerio, de cuius manu illam accipere debeat, ut si fiat secundum formam exempli propositi. Indirecta verò, in qua contrarium cernitur, quod accidit, quando committitur fidei prioris instituti, ut hereditatem substituo testiuat, unde etiam fideicommissoria appellatur, differtque à directa celebri discrimine, quod in sola commissoria locum habet, regulariter loquendo, de astio quartæ Trebellianæ, ap-  
sui hanc moderationem, regulariter, quia in nonnullis casibus derrahī non potest, ut quando restitutio hereditatis facienda est in causam piam, de quibus latè Antonius Gomez tom. 1. variar. resolut. cap. 5. Couarruias in cap. Raynaldus, de testam. §. 11. Directa substitutione rursus dividitur trifaciā, in vulgarē, scilicet pupillatē, & exemplatē.
- Vulgari est, quia quis sibi ipsi substituit posteriorē heredem in defectum prioris; & quia hoc vulgo, & universaliter licet, sicut hæc species, vulgaris dicitur, & definitur à Bactol. ad l. 1. num. 5. ff de vulgari. Substitutione, quæ omnibus, & ab omnibus fieri potest, eamque definitionem Couarruias, Gonie, & alij usurpant særissimè.
- Pupillaris est, quia pater filio impuberi substituit heredem, qui ei succedat, si infra aetatem pupillatē filius decedat, hoc est, ante 14. annos in masculis, 12. in feminis, §. 1. & seqq. Inst. de pupillari, & vulgaris substitutione. Vbi animaduerte, hoc ius non competere mati, etiam in defectu patris.
- Exemplaris est, quia ad exemplum pupillaris, pater, aut mater, aliique ascendentēs, secundūm sui gradus prærogativam, filiis, ceterisque descendētibus perpetuō mente captis, substituere possunt heredes, obseruata certa forma, C. de impuberib. §. quare ratione, Inst. cit. tit. & ratio tam huius, quam præcedentis dispositionis fuit, quia cùm neque impubes, neque menti capti habeant facultatem testandi, voluit ius, ut parentes modo explicato testari possint pro ipsis.
- Substitutione composta est, quando pluribus heredibus institutis, alio in alterius defectum substituitur l. iam hoc iure, ff de vulgari, &c. ut si testator dicat, Instituto Petrum, & Paulum heredes, eosque ad inuicem substitutionem. ubi facile intelliges, plures hæc substitutiones implicari. Possunt autem esse plures substitutiones directæ, ut in forma proposita, & plures indirectæ; ut si dicteretur, & rogo eos, ut alter alteri tempore mortis suæ restituat partem, in quæ successerat.
- Compendiosa est, quæ sub compendio verbōrum continet plures, propter plura tempora, ad ius se extēdit. Ut si testator siedicat, Instituto filium meum heredem, & quotunque tempore post mortem meam discesserit, substituo illi Franciscum. Hæc enim in primis continet unam pupillatē, si is filius decedat in aetate pupillari; alteram fiduciocommissariam, si extra eam aetatem mortuerit, & precibus, C. de impuberib. &c. Hæc sunt breviter prædicta, saltem pro intelligendis vicinque terminis iuriis in materia substitutionum; nam alioqui hoc argumentum est valde amplum, & ob insigne difficultates, & obscuritatem, quas continet, in primis celebre apud iuristas. Agunt de illo latè Couar. ad cap. Raynaldus, & ad cap. Raynald. de testam. Costa Lusitan. ad cap. si pater, eod. tit. Ant. Gom. tom. 1. var. res. c. 35. latissime Mench. de success. p. lib. 2. & 3. Theologo verò non conuenit hæc suscipere provinciantur.
- Aliæ etiam distinguuntur heredum differentiae ex parte materie, hoc est, ipsius personæ, que instituitur per respectum ad instituentem, atque ex hoc capite, heredum alij sunt extranei, hoc est, ex aliena familia; alij cognitione coniuncti. Cognitorum verò, quidam sunt ascendentēs, alij transuersales, seu collaterales. Rursus, collateraliū quidam sunt simpliciter cogniti, alij agnati, nimis, qui per patrem ex eadem familia sunt,

29.

Animaduertendum quarto, legitimam relinquentiam esse ei, cui debetur, liberam ab omni conditione, aut grauamine, i. quoniam in prioribus, C. de inofficio testamento, quod usque adeo verum est, ut nec fauore pietatis onus admittatur, argumento cap. ultim. 17. quest. 4. Contra uias ad cap. si heredes, de testam. num. 9. Molina tom. 1. de iust. disp. 177. pag. 1061. colum. 1. Si tamen filius promitterat patrem in articulo mortis, vel extra illum, se ex sua legitima illi solutum sua debita, aut factum aliquid, tenet illud efficeret, & in hoc sensu potest legitima recipere conditionem; nam de consensu expresso filii posse legitimam illius recipere conditionem, & grauamen, quo fiat minor, & non sufficere tacitum consensum, & non posse filium, qui tali grauamini consensum praestitit, postea agere ad refectionem illius, Molin. tom. 1. de iust. disp. 177. pag. 1061. col. 1. §. dixi, & disp. 175. & hinc deducunt viri doctissimi posse etiam nominationem emphyteusis recipere hoc grauamen de eodem consensu personæ nominatae. Adde non licere parentibus minuere legitimas filiorum per immoderatas donationes comparatione sui status, & facultatum, & si id fecerint, debere illis damnum resarcire de sua tercia: ita si illa non sufficiat, revocandas esse usque ad supplementum legitimæ defundatae, ex I. 1. per totum, C. de inofficio. donat. & Ordinat. Lusitana lib. 4. tit. 9. §. 4. in veteribus.

30.

In defectu autem, tam ascendentium, quam descendenter, licet testator habeat cognatos collaterales, & fratres, liberum ei est, instituere, quem vellet, heredem, etiam omnino extraneum, quia cognati collaterales non sunt heredes necessarij, §. 1. Inst. de inoff. testam. l. fratres, C. eodem. Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 74. per totum. Si tamen in testamento fratri instituta sit persona infamis, & turpis, ut ebriosus, aut meretrix, licet fratri præterito, & ex hereditate agere ad testamenti rescissionem, per iuri citara, modò ille in simili infamia non sit, aut in illis dementis respectu testatoris, quæ nostra Ordinatio Lusitana exprimit. Hæc tamen actio dicti fratri, solum conceditur fratri, vel sorori consanguineis, hoc est, coniunctis testatori per patrem, non autem uterini, per solum matrem, quantumcumque Ordinatio Lusitana de fratre indistincte loquatur.

31.

Duo etiam obseruare debet testator, cui ita libera relinquitur heredis electio. Primum, ut rationem habeat propinquorum pauperum, & præsternum proborum, iuxta regulas ordinatae charitatis, & misericordie, quas etiam parentes respicere debent, dum de sua tercia etiam inter liberos disponunt. Secundum, ut non instituant personam de iure inhabilem ad capiendum ex testamento, quales sunt multæ, quas enumerat Sylvestris verb. hereditat. 3. quest. 2. & alij Summiste, & latius Menchaca de success. 2. part. §. 2. Sunt tamen in enumeratione illa Sylvestri, multa, quæ indigent examine. Sanè quod ait de excommunicato, ipse non probat, & verius est illum posse capere ex testamento, sicut refertur tom. 4. commun. opinionum, lib. 4. conclus. 1. vide Suarium de censuris, disp. 15. sec. 9. num. 5. Vbi ait peccare testatorem, si excommunicatum heredem constitutus, aut legatarium faciat, valere ramen testamentum, & legatum, quia nullibi in iure canonico, vel civili ex vi excommunicationis fit excommunicatus incapax acquitandi noua iura, & dominia, sive per successionem ab intestato, sive per testamentum, donationem, vel contractum, & loquitur de excommunicatione absolute, etiam publica, & de excommunicato non tolerato, & ait

hanc esse communem sententiam Iuristarum contra Sylvestrum allegatum, quam latè refert Ioannes Baptista Villalobos lib. commun. opinion. verb. excommunicatis. Excipiuntur tamen heretici, & alij, qui specialiter prohibentur, quæ exceptio fit in regulam in contrarium.

## CAPUT XIV.

## De successione ab intestato.

- 1 Ille, qui testamentum inuidum fecit, vel nullum testamentum fecit, dicitur intestatus decedere. Et iunc in illius bonis succeedunt descendentes, & sexus illi sint. ibid. Et in illorum defectum ascendenties. ibid.
- 2 Si nulli fratres utrinque nati sint, qui in defec-  
tum descendenter, & ascendentium succeedant,  
vivant vero filii alicuius fratribus integræ  
premortui, illi succeedunt. Etiam si viannt fratribus ex altero tantum latere. ibid.
- 3 Hodie succeditur in hereditate ab intestato per  
prærogationem gradus, & per representationem  
illius.
- 4 An filii fratribus mortuorum concurrent possint  
ad hereditatem cum thys.
- 5 Quid si defuncto fratri succedant fratribus ex al-  
tero tantum latere.
- 6 Hodie successio transuersalium usque ad quem  
gradum se extendat.
- 7 Quid si defiant heredes transuersæ linea usque  
ad primum gradum, an tunc possit succedere  
defuncto uxori illius, si coniugatus erat.
- 8 Quid si non fuerint consanguinei usque ad deci-  
mum gradum, neque coniugii defuncti exerit.  
An tunc succedit fiscus. ibid.
- 9 Graduum computatio, quoad successionem facien-  
da est secundum ius ciuile.
- 10 Filius adoptatus, quomodo succedat.  
Patronus an succedat in bonis liberti. ibid.
- 11 In bonis damnatorum, quando ex qualitate cri-  
minis non confiscantur, quis successurus est, &  
quomodo.
- 12 Quomodo succeditur in bonis Coronæ, & mai-  
orium.

**T**ESTATUS discedit, ac moritur ille, qui vel inuidum, vel nullum fecit testa-  
mentum; vel si rite fecit, postea rescilium  
est in iudicio, aut nullus ex eo heres exitit, quia,  
v. c. heres institutus hereditatem repudianit, aut  
alia de causa, §. 1. Inst. de hereditatib. &c. Si sig-  
natur is, qui sine testamento decedit, descendentes re-  
linquunt, cuiuscunque gradus, aut sexus illi sint, hi  
soli vocantur ad successionem hereditatis defun-  
cti, exclusis omnibus aliis ascendentibus, & colla-  
teralibus, in eoque ordine, quo succedere deberent  
ex testamento, quem ordinem cap. præcedenti, ostendimus. In defectu vero descendenter succidunt  
ascendentes, ordine etiam pro successione ex testa-  
mento, explicato. Quid si, tam ascendentes, quam  
descendentes defuerint, vocantur collaterales, se-  
cundum præcedentiam sui gradus, siveque propin-  
quitatis: ita quod si defunctus habuerit fratres su-  
perstites, aut sorores ex utroque latere, & parente  
natos,

19. Animaduertendum quarto, legitimam relinquentiam esse ei, cui debetur, liberam ab omni conditione, aut grauamine, i. quoniam in prioribus, C. de inofficio testamento, quod usque adeo verum est, ut nec fauore pietatis onus admittatur, argumento cap. ultim. 17. quest. 4. Contra uias ad cap. si heredes, de testam. num. 9. Molina tom. 1. de iust. disp. 177. pag. 1061. colum. 1. Si tamen filius promitterat patrem in articulo mortis, vel extra illum, se ex sua legitima illi solutum sua debita, aut factum aliquid, tenet illud efficeret, & in hoc sensu potest legitima recipere conditionem; nam de consensu expresso filii posse legitimam illius recipere conditionem, & grauamen, quo fiat minor, & non sufficere tacitum consensum, & non posse filium, qui tali grauamini consensum praestitit, postea agere ad refectionem illius, Molin. tom. 1. de iust. disp. 177. pag. 1061. col. 1. §. dixi, & disp. 175. & hinc deducunt viri doctissimi posse etiam nominationem emphyteusis recipere hoc grauamen de eodem consensu personæ nominatae. Adde non licere parentibus minuere legitimas filiorum per immoderatas donationes comparatione sui status, & facultatum, & si id fecerint, debere illis damnum resarcire de sua tercia: ita si illa non sufficiat, revocandas esse usque ad supplementum legitimæ defundatae, ex I. 1. per totum, C. de inofficio. donat. & Ordinat. Lusitana lib. 4. tit. 9. §. 4. in veteribus.
20. In defectu autem, tam ascendentium, quam descendenter, licet testator habeat cognatos collaterales, & fratres, liberum ei est, instituere, quem vellet, heredem, etiam omnino extraneum, quia cognati collaterales non sunt heredes necessarij, §. 1. Inst. de inoff. testam. l. fratres, C. eodem. Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 74. per totum. Si tamen in testamento fratri instituta sit persona infamis, & turpis, ut ebriosus, aut meretrix, licet fratri præterito, & ex hereditate agere ad testamenti rescissionem, per iuri citara, modò ille in simili infamia non sit, aut in illis dementis respectu testatoris, quæ nostra Ordinatio Lusitana exprimit. Hæc tamen actio dicti fratri, solum conceditur fratri, vel sorori consanguineis, hoc est, coniunctis testatori per patrem, non autem uterini, per filiam matrem, quantumcumque Ordinatio Lusitana de fratre indistincte loquatur.
21. Duo etiam obseruare debet testator, cui ita libera relinquitur heredis electio. Primum, ut rationem habeat propinquorum pauperum, & præsternum proborum, iuxta regulas ordinatae charitatis, & misericordie, quas etiam parentes respicere debent, dum de sua tercia etiam inter liberos disponunt. Secundum, ut non instituant personam de iure inhabilem ad capiendum ex testamento, quales sunt multæ, quas enumerat Sylvestris verb. hereditat. 3. quest. 2. & alij Summiste, & latius Menchaca de success. 2. part. §. 2. Sunt tamen in enumeratione illa Sylvestri, multa, quæ indigent examine. Sanè quod ait de excommunicato, ipse non probat, & verius est illum posse capere ex testamento, sicut refertur tom. 4. commun. opinionum, lib. 4. conclus. 1. vide Suarium de censuris, disp. 15 sec. 9. num. 5. Vbi ait peccare testatorem, si excommunicatum heredem constitutus, aut legatarium faciat, valere ramen testamentum, & legatum, quia nullibi in iure canonico, vel civili ex vi excommunicationis fit excommunicatus incapax acquitandi noua iura, & dominia, sive per successionem ab intestato, sive per testamentum, donationem, vel contractum, & loquitur de excommunicatione absolute, etiam publica, & de excommunicato non tolerato, & ait

hanc esse communem sententiam Iuristarum contra Sylvestrum allegatum, quam latè refert Ioannes Baptista Villalobos lib. commun. opinion. verb. excommunicatis. Excipiuntur tamen heretici, & alij, qui specialiter prohibentur, quæ exceptio fit in regulam in contrarium.

## CAPUT XIV.

## De successione ab intestato.

1. Ille, qui testamentum inuidum fecit, vel nullum testamentum fecit, dicitur intestatus decedere. Et tunc in illius bonis succeedunt descendentes, & successus illi sint. ibid. Et in illorum defectum ascendenties. ibid.
2. Si nulli fratres utrinque nati sint, qui in defec-  
tum descendenter, & ascendentibus succeedant,  
vivant vero filii alicuius fratribus integræ  
præmortui, illi succeedunt. Etiam si vivant fratres ex altero tantum latere. ibid.
3. Hodie succeditur in hereditate ab intestato per prærogationem gradus, & per representationem illius.
4. An filii fratribus mortuorum concurrent possint ad hereditatem cum this.
5. Quid si defuncto fratri succedant fratres ex altero tantum latere.
6. Hodie successio transuersalium usque ad quem gradum se extendat.
7. Quid si defiant heredes transuersæ linea usque ad primum gradum, an tunc possit succedere defuncto uxori illius, si coniugatus erat.
8. Quid si non fuerint consanguinei usque ad decimum gradum, neque coniux defuncti exerit. An tunc succedit fiscus. ibid.
9. Graduum computatio, quoad successionem facien-  
da est secundum ius ciuile.
- Que differentia sit inter ius ciuale, & canonicum. ibid.
10. Filius adoptatus, quomodo succedat. Patronus an succedat in bonis liberti. ibid.
11. In bonis damnatorum, quando ex qualitate cri-  
minis non confiscantur, quis successurus est, &  
quomodo.
12. Quomodo succeditur in bonis Coronæ, & mai-  
orium.
- T**ESTATUS discedit, ac moritur ille, qui vel inuidum, vel nullum fecit testa-  
mentum; vel si rite fecit, postea rescilium  
est in iudicio, aut nullus ex eo heres extitit, quia,  
v. c. heres institutus hereditatem repudianit, aut  
alia de causa, §. 1. Inst. de hereditatib. &c. Si sig-  
natur is, qui sine testamento decedit, descendentes re-  
linquunt, cuiuscunq; gradus, aut sexus illi sint, hi  
soli vocantur ad successionem hereditatis defun-  
cti, exclusis omnibus aliis ascendentibus, & colla-  
teralibus, in eoque ordine, quo succedere deberent  
ex testamento, quem ordinem cap. præcedenti, ostendimus. In defectu vero descendenter succidunt  
ascendentes, ordine etiam pro successione ex testa-  
mento, explicato. Quid si, tam ascendentes, quam  
descendentes defuerint, vocantur collaterales, se-  
cundum præcedentiam sui gradus, suæque propin-  
quitatis: ita quod si defunctus habuerit fratres su-  
perstites, aut sorores ex utroque latere, & parente  
natos,

## 596 De translat. dominij per vlt. volunt.

men fisco Regio vacant, sed cedunt Episcopo loci, & illi tradenda sunt, & per eum expendenda in causis pias, iuxta dispositionem Authentice. Omnes peregrini, C. communia de success. & ibi Doctores. Item viuens aliter in clericis, quibus ab intestato decedentibus sine herede, quoad bona, quae hereditibus deferenda essent, vel succedit ipse successor beneficij, vel collegium, ubi discedens erat beneficiatus, vel devoluuntur bona dispositioni Episcopi, videlicet, prout ipsa huius, vel illius dispositionis fuerint, quod explicati distingunt constitutiones synodales, it. de testamentis.

**9.** Decimus obseruo. Quod graduum computatio pro successione hereditaria facienda, est secundum regulas iuris civilis, non Pontificij, ut probant multi textus, & leges, & habetur in cap. ad sedem 35. quest. 1. expositumque in Ordinatione Lusitana, in veteribus, lib. 4. tit. 69. & obseruandum etiam est in foro Ecclesiastico, ut Doctores consentiunt, testante Contrauina 2. part. epitom. de matrimonio, cap. 6. §. 6. num. 8. nam licet utrumque ius in computandis gradibus linea ascendentis, & descendentes conueniat, constituta scilicet ab utraque parte hac regula, ut tot in huiusmodi lineis numerentur gradus, quot fuerint personæ, demptâ unâ; tamen in serie transuersali longè differunt: nam secundum ius canonicum, transuersales, seu collaterales, aequaliter ab stipite communi distantes, eodem gradu distant inter se, quo ab ipso stipite; distantes vero ab stipite inæqualiter in eodem gradu ad inuenient esse censentur, quo remotior ab stipite distat, & haec ratio computandi servatur pro contahendis nupsiis: at vero secundum ius civile collaterales, & que distantes à communi stipite, duplo pluribus gradibus distant inter se, quam ab stipite, inæqualiter ab stipite disti, tot gradibus distant inter se, quo numerantur personæ in linea utriusque, dempto stipite, que etiam regula in æque distantibus verum habet. v. g. iuxta computationem canoniam, quam palliū usurpamus, duo fratres patruoles, sicut cum uno sunt in secundo gradu, ita & inter se, & cum partu: at iuxta ciuilem censem ad inuicem in quarto gradu, & cum partu: in tertio, solumque fratres numerantur in secundo, nec ponitur primus gradus in linea transuersa, atque ita verificatur tot numeri gradus, quot sunt personæ utriusque linea, dempto stipite, quia semper generata persona gradum adiicit, ut dicitur Institut. de gradibus cognationis §. hactenus. Vnde collaterales, & que distantes ab stipite in quinto gradu, atque adeo in eodem existentes inter se secundum canonem numerantur ad inuicem iuxta leges in decimo, & remotiores iam excluduntur à successione de qua agimus. Vide hac de re titulum Institut. eius, & ff. de gradibus affinitatis, & Extraus de gradibus consanguinitatis, & affinitatis 35. quaff. s. quibus locis figurata oculis proponitur arbor consanguinitatis cum gradu computatione, iuxta utrumque ius, cuius arboris artificium, & usum præclare explicat Ioannes Andreas ad eum locum Decreti. vide etiam Contrauina 2. part. epitom. de matrimonio, cap. 6. §. 6. & num. 4.

**10.** Hactenus explicauimus formam communem successionum, sunt tamen quedam aliæ speciales pro certis differentiis personarum, & bonorum: atque in primis filius adoptatus non habet ius succendi patri adoptanti ex testamento; ab intestato tamen, ad eius hereditatem vocatur, & iam cum aliis filiis eiusdem ex legitimo matrimonio suscepit. Institut. de hereditate, & §. sed ea omnia, l. si te parentis, C. de suis, & legitimis. l. penultim. §. sed ne art-

culum, C. de adoptionib. Costa ad 5. cum in bello, verb, cum filio, & verb. postea mortui. Deinde patronus, hoc est, qui seruum manumisit, in bonis talis serui, qui libertus dicitur, succedit hac ratione. Si ipse libertus, vel liberta liberos relinquit, qui necessarij ad hereditatem veniant, patronus nec ex testamento, nec ab intestato quidquam petere potest. Si vero nullus talis heres maneat, patronus ab intestato capit omnia bona: ex testamento vero debetur ei tercia pars, si tota hereditas 100. aureis estimetur, aut pluri, aliqui nihil. Institut. de successione liberto. §. sed nostra constiutio. Non tamen satis constat, quanti valoris sit aures in eo textu, & videtur esse aliquanto maioris, quam noster cruciatus, ut disputat Contrauina in opusculo, de collatione munis suorum, cap. 3. §. 1. & 2. & pro Castella sublata est dubitatio, l. 10. tit. 22. part. 4. Pro hoc regno Lusitania, si non existat similis declaratio, de quo dubito, sequatur, ac consulatur consuetudo. & vero ius hoc patronatus transmittitur à transmissione ad consanguineos secundum certam formam prescriptam. Institut. de libertate, §. multus, & deinceps.

**11.** Tertio in bonis damnatorum ad mortem, quando ex qualitate criminis non confiscantur, succidunt descendentes, & ascendentis usque ad 3. gradum tantum, ut parer. Institut. vi nulli iudic. §. finali. Vbi etiam expositum, quod uxori talis damnati accipere debeat. Ille beneficium extenditur ad collaterales infra eundem gradum, ut parer ex Institut. bona damnatorum, C. eod sit. vide Battalium consil. 157. ubi hoc bene explicatur.

**12.** Quartio est late patens exceptio in bonis maioratum, sive Regiae Coronæ, sive patrimonialibus, Capellæ, & omnino vinculatis. Item in feudo, & emphyteusi, quorum successio plurimas leges haber proprias, quibus regulatur, que non possunt, nisi longissimo tractatu explicari; quare ex Iuristis relinquuntur perendam hanc explicationem. Aliæ exceptiones dantur, quoad personas illegitimas, que melius explicabuntur capite sequenti.

### CAPUT XVII. Subiectum De successione inter filios spurios illegitimos, & ipsorum ascendentibus, & collaterales.

1. *Quis sint filii legitimi, & num. 2.*  
*Qui illegitimi. ibid.*
2. *Ait iuris de nobis, de naturalibus, & natis ex coitu damnato. ibid.*
3. *Iure Cesareo quis propriè dicatur filius naturalis.*
4. *Fili naturales quatenus, & quomodo succédat, & in quibus casibus de iure Cesareo communi, & num. 5.*
5. *De iure Lusitanico, quis dicatur filius naturalis, & quomodo succédat cum legitimus, quando pater est plebeius.*
6. *Filio nostro an detur aliqua successio.*
7. *Quis dicatur filius spurius, & an possit succedere in bonis paternis.*
8. *Quid de iure Lusitanico quoad spuriū, & n. 18. & deinceps usque ad 19.*
9. *An filii illegitimi, & spuriū de bonis parentum debentur alimenta de iure ciuilis.*
10. *Quid de iure canonico.*
11. *Extra*

## 596 De translat. dominij per vlt. volunt.

men fisco Regio vacant, sed cedunt Episcopo loci, & illi tradenda sunt, & per eum expendenda in causis pias, iuxta dispositionem Authentice. Omnes peregrini, C. communia de success. & ibi Doctores. Item viuens aliter in clericis, quibus ab intestato decedentibus sine herede, quoad bona, quae hereditibus deferenda essent, vel succedit ipse successor beneficij, vel collegium, ubi discedens erat beneficiatus, vel devoluuntur bona dispositioni Episcopi, videlicet, prout ipsa huius, vel illius dispositionis fuerint, quod explicati distingunt constitutiones synodales, it. de testamentis.

**9.** Decimus obseruo. Quod graduum computatio pro successione hereditaria facienda, est secundum regulas iuris civilis, non Pontificij, ut probant multi textus, & leges, & habetur in cap. ad sedem 35. quest. 1. expositumque in Ordinatione Lusitana, in veteribus, lib. 4. tit. 69. & obseruandum etiam est in foro Ecclesiastico, ut Doctores consentiunt, testante Contrauina 2. part. epitom. de matrimonio, cap. 6. §. 6. num. 8. nam licet utrumque ius in computandis gradibus linea ascendentis, & descendentes conueniat, constituta scilicet ab utraque parte hac regula, ut tot in huiusmodi lineis numerentur gradus, quot fuerint personæ, demptâ unâ; tamen in serie transuersali longè differunt: nam secundum ius canonicum, transuersales, seu collaterales, aequaliter ab stipite communi distantes, eodem gradu distant inter se, quo ab ipso stipite; distantes vero ab stipite inæqualiter in eodem gradu ad inuenient esse censentur, quo remotior ab stipite distat, & haec ratio computandi servatur pro contahendis nupsiis: at vero secundum ius civile collaterales, & que distantes à communi stipite, duplo pluribus gradibus distant inter se, quam ab stipite, inæqualiter ab stipite disti, tot gradibus distant inter se, quo numerantur personæ in linea utriusque, dempto stipite, que etiam regula in æque distantibus verum habet. v. g. iuxta computationem canoniam, quam palliū usurpamus, duo fratres patruoles, sicut cum uno sunt in secundo gradu, ita & inter se, & cum partu: at iuxta ciuilem censem ad inuicem in quarto gradu, & cum partu: in tertio, solumque fratres numerantur in secundo, nec ponitur primus gradus in linea transuersa, atque ita verificatur tot numeri gradus, quot sunt personæ utriusque linea, dempto stipite, quia semper generata persona gradum adiicit, ut dicitur Institut. de gradibus cognationis §. haltenus. Unde collaterales, & que distantes ab stipite in quinto gradu, atque adeo in eodem existentes inter se secundum canonem numerantur ad inuicem iuxta leges in decimo, & remotiores iam excluduntur à successione de qua agimus. Vide hac de re titulum Institut. eius, & ff. de gradibus affinitatis, & Extraus de gradibus consanguinitatis, & affinitatis. 35. quaff. s. quibus locis figurata oculis proponitur arbor consanguinitatis cum gradu computatione, iuxta utrumque ius, cuius arboris artificium, & usum præclare explicat Ioannes Andreas ad eum locum Decreti. vide etiam Contrauina 2. part. epitom. de matrimonio, cap. 6. §. 6. & num. 4.

**10.** Hacenus explicauimus formam communem successionum, sunt tamen quedam aliæ speciales pro certis differentiis personarum, & bonorum: atque in primis filius adoptatus non habet ius succendi patri adoptanti ex testamento; ab intestato tamen, ad eius hereditatem vocatur, & iam cum aliis filiis eiusdem ex legitimo matrimonio suscepit. Institut. de hereditate. & §. sed ea omnia, l. si te parentis, C. de suis, & legitimis. l. penultim. §. sed ne art-

culum, C. de adoptionib. Costa ad 5. cum in bello, verb, cum filio, & verb. postea mortui. Deinde patronus, hoc est, qui seruum manumisit, in bonis talis serui, qui libertus dicitur, succedit hac ratione. Si ipse libertus, vel liberta liberos relinquit, qui necessarij ad hereditatem veniant, patronus nec ex testamento, nec ab intestato quidquam petere potest. Si vero nullus talis heres maneat, patronus ab intestato capit omnia bona: ex testamento vero debetur ei tercia pars, si tota hereditas 100. aureis estimetur, aut pluri, aliqui nihil. Institut. de successione liberto. §. sed nostra constiutio. Non tamen satis constat, quanti valoris sit aures in eo textu, & videtur esse aliquanto maioris, quam noster cruciatus, ut disputat Contrauina in opusculo, de collatione munis suorum, cap. 3. §. 1. & 2. & pro Castella sublata est dubitatio, l. 10. tit. 22. part. 4. Pro hoc regno Lusitania, si non existat similis declaratio, de quo dubito, sequatur, ac consulatur consuetudo. & vero ius hoc patronatus transmittitur à transmissione ad consanguineos secundum certam formam prescriptam. Institut. de libertate, §. multus, & deinceps.

**11.** Tertio in bonis damnatorum ad mortem, quando ex qualitate criminis non confiscantur, succidunt descendentes, & ascendentis usque ad 3. gradum tantum, ut parer. Institut. vi nulli iudic. §. finali. Vbi etiam expositum, quod uxori talis damnati accipere debeat. Ille beneficium extenditur ad collaterales infra eundem gradum, ut parer ex Institut. bona damnatorum, C. eod sit. vide Battalium consil. 157. ubi hoc bene explicat.

**12.** Quartio est late patens exceptio in bonis maioratum, sive Regiae Coronæ, sive patrimonialibus, Capellæ, & omnino vinculatis. Item in feudo, & emphyteusi, quorum successio plurimas leges haber proprias, quibus regulatur, que non possunt, nisi longissimo tractatu explicari; quare ex Iuristis relinquo perendam hanc explicationem. Aliæ exceptiones dantur, quoad personas illegitimas, que melius explicabuntur capite sequenti.

### CAPUT XVII. Subiectum De successione inter filios spurios illegitimos, & ipsorum ascendentibus, & collaterales.

1. *Quis sint filii legitimi, & num. 2.*  
*Qui illegitimi. ibid.*
2. *Ait iuris de nobis, de naturalibus, & natis ex coitu damnato. ibid.*
3. *Iure Cesareo quis propriè dicatur filius naturalis.*
4. *Fili naturales quatenus, & quomodo succédat, & in quibus casibus de iure Cesareo communi, & num. 5.*
5. *De iure Lusitanico, quis dicatur filius naturalis, & quomodo succédat cum legitimus, quando pater est plebeius.*
6. *Filio nostro an detur aliqua successio.*
7. *Quis dicatur filius spurius, & an possit succedere in bonis paternis.*
8. *Quid de iure Lusitanico quoad spuriū, & n. 18. & deinceps usque ad 19.*
9. *An filii illegitimi, & spuriū de bonis parentum debentur alimenta de iure ciuilis.*
10. *Quid de iure canonico.*
11. *Extra*

- 12 Extra casum alimentorum filii spuri nibil valide possunt accipere a parentibus, & tenentur in conscientia restituere quod acceperunt ab heredibus patris. & n. 13. 19. & 20.  
*An is, qui data fide iurata promisit patre se daturum filio spuri hereditatem, si ipse a patre heres institutus, ut postea eam filio reddat, tenetur in conscientia reddere a n. 12. usque ad 14. & deinceps usque ad 20.*  
 21 *An filius plebei, naturalis succedat in emphytensi Ecclesiastica.*  
 22 *An illegitimi succedant in iure Gentilitie nobilitatis patris.*  
 23 *Quibus modis illegitimus legitimari possit, & quomodo per matrimonium subsecutum.*  
 24 *Quod discrimen sit inter legitimatos per subsequens matrimonium, & ex rescripto Principis.*  
 25 *An filius naturalis primogenitus succedat in maioratu, ad quem filii simpliciter vocantur, nihilque exprimitur de legitimis, aut illegitimis.*  
 26 *Verior est sententia negant, & n. 27.*  
 27 *Quod discrimen sit inter legitimacionem, & dispensationem.*  
*Solus supremus Princeps potest legitimare ibi.*  
 29 *Ad quem pertineat legitimare filium laicum Clerici ad succedendum in bonis patris.*  
 30 *Legitimatus rescripto Pape non redditur aptius ad actus ciuiles extra terras Pape.*  
 31 *Legitimatio Regis, & Imperatoris solum est ad actus ciuiles.*  
 32 *An legitimatus ex rescripto Principi possit succedere in Regno, in feudo, in bonis corone, in emphytensi Ecclesiastica.*

12. **L**egitimi, de quorum successione hactenus egimus, sunt, qui ex legitimo, vel matrimonio enascuntur, vel re ipsa legitimo, saltē celebrato in facie Ecclesie cum ignorantia impedimenti, atque adeò bona fide, saltē alterius coniugis, cap. 2. & cap. ex tenore, iuncta glossa verb. legitimum. ex iusta qui filii sint legitimi. Layman lib. 1. Theologie Moralis. trauct. 4. cap. 12. num. 4. & alij quos citat. vide Couartuuiam in 2. pl. Epitome cap. 8. §. 1.

Illegitimorum vero, tres maximè species in iure obsequantur: alij enim dicuntur naturales, alij nothi, alij spuri. nam manzetas, qui quasi in quarta specie numerantur in cap. nisi. cum pridem, & persona, de renuntiatione, re ipsa cum aliis coincidunt, abolita iam ipsa mæsterum denominatione. Sed nec tres alias species satis religiosè iura, aut Doctores distinguunt, quin potius sepius eas inter se confundunt. Proptè tamen naturales apud ius Cæsarum vocantur, qui ex unica concubina domi retenta gignuntur, inter quam, & ipsum genitorem poterat esse matrimonium. Authentica quibus modo naturali efficiantur sūi. §. illud cum. Iure autem Canonico, ut filii censeantur naturales, sufficit, quod inter parentes tempore conceptionis potueri constare matrimonium, etiam si mater non esset concubina, nec unica, nec domi retenta. ita post alios notat Couartuuias, (& bene) dicto cap. 8. §. 4. n. 2. ex cap. tanta. ex iusta qui filii sint legitimi, & multi testantur hoc esse consuetudine receprum, consentaneaque expressè lex 11. Tauri, & Lusitana etiam Ordinatio lib. 4. tit. 71. §. 1. in veteribus, in nouis autem lib. 4. tit. 92. initio, & l. 8. tit. 13. part. 6. Nisi quatenus nostra Ordinatio exigit, quod pater non habeat plures concubinas, si tamen consuetudo

hanc conditionem non accepit, censeri debet remissa. Insistendo autem subtili distinctioni iuris civilis, vt notat Alciatus lib. 4. parergon. cap. 5. nothi illi dicuntur, qui ex soluto, & soluta procreantur, non tamen domi retenta, nec unica concubina; ij enim secundum Canones, & consuetudinem dicuntur naturales. Alias etiam notus à peccatis linguae Graecæ, & Latine interpretantur adulteri, atque adeò comprehenduntur sub spuri, & intelliguntur, qui ex parentibus nascuntur inhabilibus ad coniugium; vel ratione consanguinitatis, vel quod alter patens tunc esset coniugatus, aut in sacris constitutus, vel ex alio impedimento. Manzetas autem cum spuriis in utraque significazione coincidunt.

Ex dictis colliges, satis esse distingui duas species illegitimorum; nimirum naturales, & spuri, per hoc, quod alteri ex parentibus ad matrimonium habilibus, alteri ex inhabiliibus, sint suscepti, quomodo divisionem hanc proposuit, & latè tractauit Couartuuias in 2. p. Epitome, cap. 8. §. 4. & sequentibus. Nihilominus, vt confusio eviteretur, quam non minus varietas, & nimia iuris subtilitas, hac in parte, magnam iniessit, melius, & explicatius nos tres ilias species, naturalis, nothi, & spuri prosequemur.

Igitur iure Cæsareo filius naturalis, vt propriè in eo iure sumitur pro suscepto, videlicet, ex unica concubina domi retenta, ex testamento succedit patti, hac ratione; si pater careat descendenti, & ascendentī legitimo, potest per ius nouissimum, ex Authentica citanda, ei tam in morte relinquere, quam inter viuos donare omnia bona sua; si vero habeat descendenter legitimum, unam solum unicam, hoc est, duodecimam partem bonorum, permittit relinquere filiis naturalibus, & ipsorum matri, & huic soli, si filii non supersint, semiunicam; si autem tali descendenti careat, habeat tamen ascendentem legitimum, relista huic portione, in qua sit haeres necessarius, id quod sue dispositioni testat, totum potest in filios naturales confidere.

Ab intestato autem successio hæc sic regitur; si defunctos intestatus non relinquat descendenter legitimum, neque legitimam uxorem, filij eius naturales, solum cum matre, si superstes sit, vocantur de iure communī, de quo agimus, ad duas vniuersitatis, hoc est, sextam partem haereditatis. Si vero descendens legitimus extet ex coniuge viua, qui sit haeres, tunc filii naturales a successione excluduntur; sunt tamen eis praestanda alimenta ex haereditate patris, arbitrio boni viri, hæc autem dispositio procedit etiam quoad nepotes naturales, siue sint nativi etiam legitimè ex filio naturali, siue illegitimè ex filio legitimo. Nota autem, quod licet in fauorem patris, inspicendum sit tempus, quod ei utilius fuerit, vel conceptionis, vel nativitatis, vt patet ex l. & servorum ff. de statu homini. §. 1. Institut. de iure geniti. vbi Portius, num. 1. Angelus, & alij. Tamen respectu filij naturalis ad succedendum patti plebeio, solum debet respici tempus nativitatis, an pater tunc esset plebeius, iuxta nostram Ordinationem Lusitanæ, in veteribus lib. 4. tit. 92. in nouis autem lib. 5. tit. 92. initio, & §. 1. & ideo filius naturalis ex plebeio, cuius pater postea eques factus est, succedit patri suo in haereditate, quia attenditur tempus nativitatis illius, non tempus, in quo patet ad equestrem eus sit dignitatem. ita Valliscus consult. 19. & 94. tom 1.

Item procedit, quoad ascendentes respectu ipsorum ascendentium naturalium, quando hi moriuntur

rat sine sobole, quæ præferatur ascendentí superflui, quæ omnia hactenus dicta, habentur *Authentica cura* a dict. § illud tamen, maximè à verbo ne rigitur. Item *Authentica* licet, & *Ultima C. de natura lib. liberis*, & ex *Couarruia* ubi proxime, in 2. part. epilog. §. 4. cap. 8. & Anton. Gomez ad l. 9. Tauri. Postò inter filium naturalem, & matrem est specialis regula, nimirum quoddam si filius tam in testamento, quam ab intestato succedat mari & quæcum filiis legitimis, ac proinde excludit ascendentis legitimos. *I. sequitur illustris C. ad Orphianum*, idque verum est, etiam si mater sit illustris, secundum communem opinionem, quam refert *Couarruia* dict. §. 4. num. 15. Idem ius etiam habet ad succendendum aliis ascendentibus per lineam maternam; & vici sim hi, vt succedant illis secundum eandem formam, quando illi decedunt absque sobole, quæ ascendentis excludat, hoc satis colligitur ex dicta *Authentica*, quibus modis, &c. & notant auctores communiter cum Antonio Gomez ad l. 9. Tauri, num. 9. Denique fratres naturales inter se comparati sibi iauicem intestatis succedunt, hæc de iure communi.

6. De iure autem Lusitano filium naturalem sicut nos. *Ordinatio Lusitana in nouis lib. 4. tit. 92.* in principio, definit, nempe est ille, qui est suscepitus ex soluto, & soluta, inter quos poterat adesse coniugium, modò pater non haberet plures concubinas, & hic hac forma pater succedit. Si pater tempore nativitatis filij naturalis sit ex infinito ordine, nempe illorum, quos Lusitanè à pedibus, *Piaet.* dicitur, præcisus filius pertinde omnino, sine solus, siue cum aliis filiis legitimis, si extens, vocatur ad hereditatem patris, cum ex testamento, quam ab intestato, perinde, ac si esset legitimus, isque locum habet, etiamsi sit suscepitus ex letua sui patris, modò per mortem sui parentis relinquatus liber, ut pater ex nostris ordinationibus nouis lib. 4. tit. 92. initio, & egregie ex licet Bartolosa in hexa fallo, §. 1. f. 1. *Trabelliano*, & Gábedo decis. 100. & 1. art. 88. Quod si pater illo tempore sit homo sticti loco natus, hoc est, vt Lusitano virat idiomate, *Canaleiro*, & moratur ab intestato, nihil in eius hereditate filio defertur. Ex testamento vero, si pater habeat descendentes legitimos, nihil ei potest relinquere, si solos ascendentis legitimos habebat, de sua retia potest ei relinquere, quantum velit. Si autem ascendentibus, & descendantibus legitimis careat, omnia bona ei permittuntur relinquere: pro descendenda autem patris conditione videnda est nostra *Ordinatio Lusitana in veteribus lib. 4. tit. 72.* in nouis loco citato supra, quæ quia nihil disponit de filio naturali comparato ad matrem, & alios descendentes eiusdem linea materna, & ad collaterales virtusque, seruandum relinquitur hac in parte in commune, quin etiam, quod nostra ordinatio definit de successione filii naturalis in hereditate patris, volvi, etiam intelligi in nepote respectu ascendentium. Ita patrem, & vice versa, in superioribus respectu talium inferiorum, sicut haec de iure communia se concomitantur. Pro Regno sicutem Castellæ, videlicet l. 9. & 10. Tauri, & l. 9. tit. 13. part. 3.

7. Quod attinet ad filium noctum, iure communni in bonis parentis nulla si datur successio magis, quam si ipsam extraneo, vt deducitur ex illis *Authenticis*, & affirmat Bartolos ad l. 4. ultimam, f. de his, quibus in indig. 10. num. 2. à matris tamen non excluduntur, etiam spuriis in prima acceptione, hoc est, conceptu incerto patre, seu vulgo, à parentibus, inter quos tamen matrimonium esse poterat, l. hac parte, f. unde cognati, §. nonissimum. In his de S. C. Or-

*phitano*, quod ramu non procedit quando mater talis filij fuerit illustris, & habeat alios filios legítimos, dict. l. si qua illustris. Iure vero Lusitano, cum nothus comprehendatur sub naturali, nisi quando pater haberet plures concubinas, subinde tanquam naturalis succedit, & si haec etiam restitutio per consuetudinem est reiecta, vt omnis nothus censeatur naturalis, quando inter parentes non erat matrimonij impedimentum, consequenter omnis talis nothus, tanquam naturalis succedit, quod quidem pro iure Castellæ expressum est, l. 11. Tauri.

Spuriorum genus magis est odiosum, præstetim restituto spurijs nomine ad suscepitos ex parentibus ad matrimonium inter se iungendum inhabilis, quorum subinde coitus grauter secundum leges punitur, atque hoc modo hic sumimus conformiter ad ius canonicum, & ipsum etiam Caesarium, dict. *Authent.* quibus modis, §. penultima iuncta ibi glossa. & item ad Lusitanum, & clarius etiam ad Castellanum; denique ad consuetudinem commemoratum. Igitur de iure communi planum est huiusmodi spurijs nec ex testamento, nec ab intestato posse patri succedere, ex dict. §. penultima respectu vero matris similiter se habet, licet minus aperte id constet: exprimit tamen glossa ad dictum §. nonissimum, & alibi Bartolus in loco citato, & Doctores communiter, vt patet ex *Couarruia* dict. §. 5. num. 15. fratribus veterinis, & aliis collateralibus ex linea materna succedit ab intestato, ex sententia multorum, quam approbat *Couarruia* cod. §. num. viii. sed saltem textus in dict. l. hac parte, & l. si spurius, meo iudicio non ei suffragatur, quia procedit de spurio, inter quem, & iurarem conceditur successio. Ex testamento vero potest spurius capere à quibusvis collateralibus, aut extensis, quia id non innenitat prohibetur, glossa communiter recepta ad dictum §. penultimum. Imò addunt Doctores, posse agnum instituere heredem nepotem non spurijs ex filio spurijs, cum certa tamen limitatiope, pro qui legi potest *Couarr.* part. epilog. §. 5. num. 13. & Gomez ad l. 9. Tauri, num. 17.

9. Iure vero Lusitano eadem locum habent, & magis liquido, nam ordinatio nostra in veteribus lib. 4. tit. 81. in nouis vero, lib. 4. tit. 99. & 91. expunimus nec patri, nec matri posse succedere spurijs, id est quo agnitis, unde habetur etiam, nec ipsi respectu patris, vel matris competere successionem aliquam, cum hoc ins. succendi sit reciprocum. Item exprimit ius Lusitanum, inter saltem spurijs, & fratres veterinos, & alios collaterales ex linea materna esse ius succendi ab intestato, quæ duo in iure communi erant obscura; quoad reliqua vero, cum nihil disponat, ipsum ius commune vult servari. Pro Castella vero, qui censeantur coitus damnari ad hunc effectum succendi, & excludendi problema à successione consanguineorum, definitur l. 9. Tauri, & in aliis legibus. Vide ibi Gomez, & *Couarruia* 1. part. epilog. §. 5. num. 15. ubi etiam hoc examinat secundum ius commune. In Lusitania vero omnis coitus videtur damnatus, & punibilis, qui est inter personas ad contrahendum inter se inhabiles, vt adulterium, incestus, & huiusmodi.

10. Adhuc restat explicandum, an filiis illegitimis de bonis parentum debentur alimenta; & de hac te late differimus in tom. 1. Decalogi, ad precept. & lib. 4. in cap. de obligatione parentum in filios. Nunc autem breueri: aliqua perstringamus. Iure quidem Castareo conceduntur alimenta filiis naturalibus, & negantur

negantur spuriis. *A*tabentia quibus modis. §. penultimo. quod tamen non intelligas de alimentis pueris ad vitam, & vestimentis necessariis, sive quibus vita talis filii, aut parentis, periclitaretur; hoc enim alimenta crudeliter, & contra ius naturae negarentur; & in utroque casu respectio patrum est ius parentum egenitum, ut alantur, aut non alantur ex bonis filiorum spuriorum, & filiorum, ut alantur ex bonis parentum, ut passim textus exprimitur, sunt enim hæc iura reciproca.

Ius Canonicum aquitati naturali plus defensum spuriis, & ex damnato, & punibili coitu suscepitis, praecipit dari alimenta a parentibus pro ratione facultatum, cap. cum haberet, & cetero, qui duxit, & cetero, & consonat. Ordinatio Lusitana in veteribus lib. 4. tit. 68. §. 2. quod confirmatur in nouis lib. 3. tit. 9. & l. Tauri 10. & consuetudo fôri etiam secularis. Vnde si cui filio ea alimenta negentur, potest capere in iudicio iuxta facultates paternas. Ordinatio Lusitana in nouis lib. 3. tit. 9. §. 4. & adiudicabuntur ei, argumento l. si a liberis, & per totum ff. de liberis agnoscend. & l. ultima. C. de alendis liberis, quod tamen ius non competit, nec filio respectu filii, si aliunde habeant, quo se alant, vel ex bonis, vel ex officio, arte, & labore proprio, non improprioportionato qualitatibz propriæ personæ, quia nullo raro debentur alimenta inter parentes, & filios, nisi illis omnino indigenibus, l. si quis a liberis, & sed si filius, & §. soleri. Casu autem, quod debentur, exprimunt Bartolus ad dictam l. si quis a liberis, nam 2. & l. ultima, num. 7. ff. de his, quibus ut indignis. Panormitanus dicto cap. cum haberet. & alij, fas esse parenti alimentorum nomine relinquere legatum filio spurio, & dote in similitate filia præstare pro ratione alimentorum, quod etiam docet Gomez ad dictam l. 10. Tauri, qui expresse exprimit, modo nos non excedat quantitatem pro alimentis sufficientem. Animaduertes tamen tuius esse pro vitandis litibus hoc facere intet viros, quam in testamento. Item si alimentorum nomine detur, aut doretur filio spurio, vel filio prædium, ex eius fructibus sustentetur, id prædium mortuo tali filio, vel filia restituendum est hereditibus parentum, quia alimenta morte finiuntur, & pro vita tantum ad illam alendam debentur congrue ad qualitatem patris, & facultatem. In Castella tamen servabitur dispositio l. 10. Tauri. hæc, & plura de hoc alimentorum punto disputat Antonius Gomez ad l. 9. Tauri, a num. 37. Sylvestri verb. Alimenta. & nos late disputauimus loco allegato hic, num. 10.

12. Sed quid, si nihilominus parenti filio spurio, aut hic illi extra casum competentem alimentorum, relinquat aliquam hereditatem, ut legatum? Respondes, cum tales personæ per leges sint incapaces bonorum sive relictorum, restituenda esse, non expectata iudicis sententia, legitimis hereditibus relinquens. ita patet infra a num. 19. & 20. & deinceps, & docet Bartolus ad l. ultimam, num. 8. & communis, ut patet ex Antonio Gomez num. 21. & Collarum 2. p. Epome, §. 5. n. 3.

Grauis tamen est difficultas, quando dispositio immediate non confertur in ipsam personam sic inhabilem, sed in aliam capacem, ut ex hac per circuitum quendam ad illam perueniat. Cui fraudi ut occurretur, sancitum est in iure, ut quando disponens personam quidem habilem testamento instituit, eam tamen tacitè rogat, ante vel post conditum testamentum, ut hereditatem, aut legatum postea tradat spurio, vel alteri incapaci, bona sic relicta fisco cedant; modò non sint alii legitimi successores, nam si sint, illis cedent, & resti-

tuenda erunt, l. 3. §. si quis ff. de iure fisci. Ordinatio Lusitana lib. 2. tit. 15. & 24. Couartuias citatus num. 9. Bartolus in l. ultima, num. 9. ff. de his, quibus ut indigni. Gomez l. 9. Tauri, num. 29. Sotus ac alij, quos citat Bernat. Dias in præd. criminal. & ior Salzedo, cap. 64. littera B. à num. 4. Rojas in Epitome success. cap. 20. num. 152. Ratio illorum est, quia heres tacitam fidem accommodans de restituenda hereditate spurio, vel alias incapaci, non potest eam sibi retinere, quia est male fidei possessor, & retinet, contra pactum, & fidem datam testatori: constat vero esse possidorem male fidei, ex l. prædonis. ff. de petitione heredit. & ex l. eum qui, in principiis ff. de his, quibus ut indignis, &c. nec potest illam restituere spurio, quia per leges, & iura est incapax succedendi in bonis patris, vel matris: sequitur ergo, quod teneatur illam fisco restituere. hæc opinio est valde probabilis.

Nihilominus secunda opinio, meo iudicio, videatur probabilit: ea tenet posse sic institutum hereditatem sibi retinere, & non teneri eam spurio, nec fisco, nisi post latam sententiam date, si forte contra illam feratur. hanc tenet Couartuias in 4. Decret. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 9. Molina tom. 1. de iustitia, disp. 193. conclus. 5. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 19. dub. 6. n. 60. Nauatrus in sum. cap. 23. num. 66. Phœbus lib. 1. decr. 40. num. 10. Morla in emporio iuris civilis, tit. de legibus, quest. 8. & Cetredo ad Decretal. collectaneo 2. num. 10. Fundamentum illorum est, quia heres, qui fidem tacitam accommodant, verus heres constitutus est, & sic potest illam hereditatem sibi retinere, per testamentum enim testatoris, cui fidem dedit, restituendi illam filio eius spurio, vetus heres constitutus est, & tamquam talis dominium illius acquisivit, fiscus autem illam ab eo auferit in peccatum delicti, quod committit dando eam fidem in fraudem legis: leges autem penales non obligant in conscientia ante sententiam latam iuxta communem Doctorum, & doctrinam glossæ in cap. fraternitate 12. quæst. 8. Sotus in lib. 4. de iust. quest. 3 art. vñd ultimum. Couartuias in dicto §. 5. n. 9. sed haec de re rödibit sermo infra à num. 15. & 18.

14. Ad primum fundamentum primæ opinionis, Auctores huius sententiae respondent, heredem per fidem datam, & per iura, & leges contrarium prohibentes, & constitutis in mala fide, & in male fidei possessione, quoad effectus civiles, ut scilicet teneatur ea bona reddere fisco post sententiam latam, & teneatur etiam de interitu rei, & ad fructus si cos consumpsit, quia sciebat à fisco eos posse vendicare: non ita tamen importare malam fidem, reg. preditta cap. vitimi, ut importat peccatum, unde quantum prædictus heres sciat, scilicet posse eam rem sibi vendicare, & defunctam non esse illum heredem relietur, si sciret eum prædicto filio spurio non esse illa bona redditum, scit tamen heredem se restineri posse; atque ita licet respectu illius deatur scientia, non tamen datur conscientia rei aliena, aut possessionis illius, quia contra dispositionem legum non poterat se obligare ad eam restituendam spurio, secundum leges incapaci, faciendam; & ideo promissio fuit nulla, quia fuit facta contra ius, & contra bonos mores ciuilis, & quia per eam fidem se obligauit, ad quod non potuit aliunde vero non tenetur eam fisco reddere ante sententiam latam, quia ex leges sunt penales, & tempore acceptationis fuit institutus possessor, & ideo Iurisconsultus in l. prædoni. ff. de petitione heredit. non dixit, istum, qui talem fidem accommodauit, prædonem esse, sed loco prædonis habeti.

Alij

## 600 De translat dominij per vlt volunt.

15.

Alij sic discentur, & optimè, quia recidit in id, quod fiximus, ut dicant, quatuor modos esse, quibus illa dispositionem sub ea confidentia fieri posse. *Primo*, si ea bona relinquatur sub ea tacita conventione, ut non pro se illa accipiat, sed pro spuriō, coiūt, statim ac pater moritur, restituenda. *Secondo*, ea conventione, ut sicut quidem institutis, & ut illa pro se accipiat, sed cum onere restituendi illa predicto spuriō. *Tertio*, ut absolute relinquatur instituto, sed is rogetur, ut illa postea liberaliter restituat spuriō, sive rogatus promittat, se ita factorum, sive non promittat. *Quarto*, ut conservantur in institutum plenissimum, & nullis etiam adhibitis precibus circa restitutionem illam faciendam, conceperat tamen spe, quod institutus illam faciat ex sua genetositate, & antidorali gratitudine erga institutorem, & hac distinctione premissa, consentaneè ad opinionem primam, & secundam Soti, Contraūtiae, & aliotum procedit sententia primæ, & secundæ opinionis, quæ ambae valde sunt probabiles, num. 12. & 13. explicatae, quæ asserunt, bona illa in conscientia restituenda esse aliis heredibus legitimis disponentis, si testator illos habeat, ea tacita conditione, ut conserventur fisco, si sit probabile, quod negotium veniet ad notitiam fiscalis, & fiscus illa vendicabit. Si autem nulli sint legitimū heredes, restituenda sit fisco post sententiam latam, & ratio huius resolutionis est, ut dixi, quia in ea cito uniuersa, nec in testamento institutus ea potest habere contra voluntatem expressam institutis; nec spurius, cum sit incapax, nec fiscus ante sententiam, quare danda omnino erunt aliis heredibus cum causa explicata, & post sententiam restituenda sunt fisco.

16.

In tertio caso bona acquiruntur instituto in testamento, cum absolute ei relinquatur, si tamen annuens precibus promittat, se factuum illam restitutionem spuriō, peccabit quidem grauiter contra legem, & bona obnoxia hisco manebo, ipse ramen poterit ea retinere, quandiu non condemnatur. Poterit etiam ea tradere spuriō, salvo iure filii, & hic illa accipere, quia non sunt iam bona parentis, nec ex parentis dispositione immediate sibi defecuntur, sed ex traditione instituti, lex enim, & ius non prohibet ipsi spuriō, ut illa ex alterius traditione accipiat, non tamen tenetur institutus ad eam restitutionem, etiam si id promiserit, quia fides data contra autoritatem iuris non obligat.

17.

In quarto casu planum est, sive conscientias scripulo, aut fisci respectu, posse institutum tradere illa bona filio spuriō, institutis, & ipsum spuriū illa accipere, & tanquam vetum dominium retinere, quia neque hinc neque ille contra voluntam legem faciunt: immo nec testator, qui ex illa spe moueretur ad institutionem illum, quem instituit, peccaret, saltē mortaliter, iuxta Doctores citatos: quamquam Sotus in 4. diss. 41. quest. unic. an 4. plus aliquid concedat spuriis, non suscepit ex coiuī clericī, aut persona Relig. x; sed doctrina, quam tradidit, est vera, & teneenda.

18.

Sed iuste hīc at exere questionem quandam, circa quam fīi consultus, & resolutionem illi à me datam, quam scio aperte tam, & laudaram fuisse postea à viris d. etiūmis. Condā soluto erat filius spurius, quem ex tremita vxorata suscepit: is in articulo mortis testamentum condidit, in quo omnium bonorum suorum heredem instituit sororem suam, quam unicam habebat; in testamento vero disposuit, ut certo iure, quod à Rege emerat, & ad quingentos aureos annuatim attingebat, ipsa

pro vita sua frueretur, dom filiae suis spurius: rem non habebat, ut se gubernaret, & statim habere posset. Distessit ē vita soror ista sic instituta ante predictam traditionem, & antequam spurius ad hanc ætatem pervenisset, testamentumque condidit, in quo instituit heredem ex alse, quandam sobrinam suam, quæ etiam erat sobrina patris predicti spuriū per eandem lineam, in prefatoque testamento sic disposuit, quantum ad ius, detur Petro, cum ad etatem pervenerit, filio fratris mei, sicut ipse in testamento suo disposuit.

19.

Hæc etat virtusque dispositio; circa illam consilus fui primò, an haberet sobrina sic instituta ex alse à thia sorore patris Petri spuriū predictum ius, an possit in eodem foro illud sibi retinere, eique tanum alimenta congrua præstare, attento quod sit spurius, & inhabilis, ut ex testamento patris licet non vxorato, succederet. Secundo, an positio, quod illud ius non sit reddendum prefato spuriō, nec sobrina illud possit retinere, an teneatur illud fisco restituere?

Respondi primò, questionem egregie tractasse Sancium tom. 2. consil. lib. 4. cap. 3. dub. 19. ubi optimè resoluit, filium spuriū ex feminā vero matrimonio collocata, damnato coitu susceptum, non posse succedere in bonis patris, sive pater fuerit ignobilis, & plebeius, sive nobilis, iuxta ius suprà num. 8. & 9. & auctoritates à nobis ibi allegatas, eisque inhabilem omnino ad succedendum in bonis paternis, & non solum esse inhabilem ad succedendum patri ex testamento, sed nec etiam ex legato, aut donatione tam inter viuos, quam causa mortis, citatque Sancius allegatus pro hac opinione, quæ est verissima, plus quam 28. auctores, & addit ibi ipse Sancius (ac optime), quod si prefatus spurius per viam aliquam ex relatis, hoc est, non solum testamenti, aut donationis tam inter viuos, quam causa mortis, sed etiam per quoscunque aliam viam, aut modum habuerit aliquid ex bonis paternis præter præfata alimenta, non posse illud retinere in conscientia, & tenet illud cestituere ante ullam iudicis sententiam, vel hæredi instituto a patre, vel heredibus succedentibus patri ab intestato. Inter quos Doctores à Sancio citatos reperiuntur hi. Contraūtiae in 4. Decretal. 1. part. cap. 8. §. 5. num. 8. Plaza epistole delictorum lib. 1. cap. 4. 1. num. 24. Molina lib. 2. de primogenite cap. 11. num. 27. ibi. Spurius est incapax successionis patris, sive ex donatione, sive ex ultima voluntate, sive ex quatuor alia dispositio. E. G. e. Lopezl. O. xii. 3. parv. 6. vers. baredar. & vers. la donacion. Pinellus l. 3. num. 1. C. de bono maternis. Bartolus l. final. num. 3. ff. de hu. quibus ut insigni. & l. 1. C. sc. de delatoribus, lib. 10. num. 4. Matieno lib. 1. ordinamenti, ut. 8. l. 6. glossa §. num. 1. & 2. ibi. non tantum filius clericī, sed quicunque spurius, ne quis ex testamento, nec ab intestato, nec ex contratu inter viuos aliquid a patre capere; & si quid ei pater relinquat, veniet heredi vero scripto. & si nullum talen relinquat, venientibus ab intestato. & ratio, quam omnes huiusmodi auctores redditunt, est, quia per leges ad hanc successionem paternam, inhabilitantur filii spuriū, præter alimenta ad vitam necessaria; quare cum sint inhabiles, & incapaces omnino ad dictam successionem, non possunt illam in foro conscientiae retinere, præter predicta alimenta, quia hæc sunt de iure naturali.

Nec obstat, quod predicta leges sint penales, & ideo non posse obligare, nisi post compulsionem, & latam iudicis sententiam, quia, ut optimè docet

docet Couarruias allegatus, ex doctrina Cajetani 2. 1. quæst. 62. art. 3. & Sancius dicit tom. 2. consil. lib. 4. cap. 3. dub. 19. num. 5. fol. 95. pœna non obligat ante iudicis sententiam, quando est talis naturæ, ut postuler aliquem actum iudicis, secus verò est de pœnis, quæ actum iudicis non postulant, quales sunt illæ, quæ inhabilem aliquem reddunt, & incapacem ad aliquem actum.

Non obstat secundò, quod pater sputij potest relinquere legata in suo testamento cuidam extraneo: ergo etiam & filio suo spurio. Respondetur enim, posse ea legata relinquere cuicunque extraneo voluerit, dommodo capax sit, & habilis ad illa accipienda: sputius autem est incapax accipiendi, & retinendi illa; nam si via legati posset succedere in bonis patris, sequeretur absurdum maximum in iure, sequeretur enim, ut ei concederetur una via id, quod ei per aliam negatur; quod in iure non admittitur.

Constat etiam tota hæc tradita doctrina ex nostris Ordinationibus Lusitanis, in nouis lib. 4. tit. 92. & 93. & eam tradit ex illis Emanuel Barbosa in remissionib. ad titulum 93. ubi sic ait. Filius sputius nihil ex bonis parentis ab intestato, vel ex testamento capere potest, ita ut si à patre fuerit hæres institutus, teneatur in foro conscientiæ hereditatem ante ullam iudicis sententiam heredibus scriptis, vel ab intestato, vel his deficientibus fisco restituere; & pro hac parte citat ibi Barbosa plurimos, ultra illos, quos Sancius suprà citauit, inter quos est Paleotus de nobis. cap. 40. Pater Molina tom. 1. de iustitia, disp. 167. conclus. 3. & 169. conclus. 1. Gama decis. 3. num. 5. constat etiam, ut iam suprà diximus, ex l. si quis incesti. de incestu nupijs. ibi, Neque superflues pater donet, neque morituru relinquat. & l. C. de naturalib. liberis.

Et ideo communiter reprobatur Sotus lib. 4. de iustitia, quæst. 5. art. 1. ad 4. & in 4. disp. 41. q. unica. art. 4. & Ledesma 2. 4. quæst. 18. art. 1. dub. 16. ad 3. & Angles in floribus. 2. part. q. de dominio. fol. 140. qui dicunt filios spurios clericorum, & religiosorum nullatenus posse succedere in bonis paternis, secus de filiis hominum secularium. Sed communiter ab omnibus Doctribus reprobantur, loquuntur enim sine texu, sine ratione, sine fundamento, cum utique sint nati ex coitu damnato, licet non sacrilego. Damnatus enim coitus in iure dicitur, non solum, quando est sacilegus, sed etiam quando dabatur impedimentum dirimens matrimonium in utroque, vel in altero coeunte. & ideo hanc Sotis opinionem erroniam, & falsissimam appellat Rojas in Epitome success. cap. 20. num. 139. & speciatim num. 144. & 145.

Confirmatur hæc doctrina, quia si amicus mortiens habens filium spurium instituat amicum suum hæredem in testamento, omnium suorum bonorum, ea conditione, & data fide, etiam iurecurando confirmata, ut post mortem ipsius instituentis hereditatem dimittat statu filio suo spurio, nec filius sputius eam in foro conscientiæ potest ex illo accipere, & retinere; nec hic hæres eam ei potest in utroque foro reddere, dimittere, aut restituere; sed tenetur eam reddere alteri hæredi, si aliquis secundo loco fuit institutus, vel hæredibus ab intestato, si illos habeat. Si non habeat, nonnulli Auctores tenent, restituendam esse fisco: melior tamen, meo iudicio, opinio docet, restituendam esse pauperibus, ante sententiam latam: ita communiter Doctores, qui simul assertunt, posse securè, & tuta conscientia hunc hæredem sic institutum hereditatem sibi accipere, & eam retinere, ut supra dixi.

Fagundez de Iustitia, 76.

mus num. 13. & 15. & tenent Couarruias 2. part. in 4. Decretal. cap. 8. §. 5. num. 5. Molina tom. 1. de iustitia, disp. 169. conclus. 5. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 19. dub. 6. num. 60. Nauatrus in sum. cap. 23. num. 66. Melchior Phœbus lib. 1. decis. 40. num. 10. Morla in Emporio iuris ciuilis. tit. de legibus. quæst. 8. Cenedo ad Decretales, collectaneo 1. num. 10. Sancius tom. 2. consiliorum. lib. 4. cap. 3. dub. 20. post medium, & dub. 21. Fundamentum est, quia, non tenetur illam restituere spurio, eo quod illa promissio iurecurando firmata, facta fuit contra leges, & in fraudem illatum, vetantium aliquid dari, aut relinquendi spurio: promissio autem, & iuramentum factum contra leges inducentes bonos mores, etiam ciuiles, non obligat, iurisgentium, §. præter ait, C. de palliis, ut tradit ibi optimè Fortunius Garcia num. 10. & patet etiam ex §. generalliter, eadem l.

19.

Respondi secundò, sororem illius, qui filium spurium habebat, institutam ab eo ex ase pro hæredi in testamento suo, nullam habuisse obligacionem restituendi illud ius filio fratri sui spurio, in casu, quod illud ei donaret, & dimitteret, teneri spurium in conscientia illud ei iterum restituere, quia per leges tam huius Regni Lusitani, quam iuris communis est inhabilis ad succendum in bonis paternis, & nihil potuisse habere ex patre, quam sua præcisè alimenta, quæ sunt arbitratia respectu qualitatis personæ patris, & quantitatis bonorum ipsius patris, & illa etat hæres ex ase, id est, universalis, instituta à patre suo, & hæc restitutio facienda est primò hæredi instituto à testatore: illo verò deficiente, hæredibus ab intestato; & his deficientibus pauperibus, vel fisco, iuxta Auctores n. 18. §. respondi, citatos.

Respondi similiter, non teneri sobrinam istius sororis defuncti in hæredem ab illa in testamento institutam omnium suorum bonorum, prædictam ius præfato spurio restituere, ob eandem rationem, & posse, & debere illud sibi retinere, tanquam legitimam, & veram hæreditatem sibi ex vero testamento reliquit, iuxta Auctores citatos, & hactenus dicta, quod mihi certissimum, & indubitatum est.

Iam verò non teneri præfata sobrinam illud restituere fisco, indubitatissimum plane est, quia fiscus succedit loco hæredis, vnde nullum locum habet, quando datur hæres institutus, & in defectu illius, quando dantur hæredes ab intestato, vnde si illi extinti, fiscus succedere non potest. Accedit, leges hanc hæreditatem fisco deferre in pœnam, quod pater testator incapacem, & inhabilem filium spurium voluerit aliqua in parte hæredem facere, ut patet ex l. 1. C. de his, quibus ut indig. l. ita fidei. & l. non intelligitur, ff. de iure fisci. Pœna autem non obligat ante iudicis sententiam.

Neque hic locum habet opinio Battoli in l. plima, num. 9. ff. de his, quibus ut indignis. & Antonij Gomez l. 4. Tauri, num. 29. & Bernardi Diaz in prætice, & Salzedo ibi, cap. 64. à num. 4. qui assertunt, quod hæres tacitam fidem accommodans restituendi spurio hæreditatem sibi reliquit, vel alijs incapaci, non posse illam sibi retinere, quia est mala fidei possessor, sed teneri eam fisco restituere, ex reg. cap. ultimi, de prescriptionibus. quia huiusmodi Auctores loquuntur in casu differenti: in nostro enim casu, nec soror instituta à patre sputij, nec sobrina instituta ab illa, sunt in mala fide, quia possident titulo vere hæreditatis, & quia l. predones, ff. de persistente hereditatis, in qua etiam Battolus fundatur, solum malam fidem in hærede quoad effe-

E E c. dus

## 602 Detranslat.dominij per vlt volunt.

etates ciuiles, ut scilicet heres teneatur de interitu rei, & ad fructus, si quos consumpsit, quia sciebat hereditatem posse a fisco vendicari, unde quamvis heres sciat posse fiscum rem sibi vendicare, scit tamen licet a se posse retinerti, atque ita licet detur scientia, non datur conscientia rei alienae, ut constituantur malefici possessor.

Nec dici potest, quod testamentum patris spuri, edocuit, quia habebat filium, quem præteriuit, ut heredem faceret sororem suam, iuxta leges præteritionis, & nostram Ordinationem lib. 4. tit. 92. initio. & num. 1. & 2. quia nostra Ordinatio ibi, & leges præteritionis, ut notat Thomas Vallascus tom. 1. allegat. 6. num. 26. & Barbosa in ad notationib. ad illam, n. 5. loquuntur de filiis legitimis, qui possunt heredare, & de filiis naturalibus hominum plebeiorum, qui possunt heredare cum legitimis, non de filiis spuriis, & ex coitu damnato genitis, qui sunt incapaces ad hereditandum, & succedendum in bonis patris. Ita respondi, & fuit mea responsio approbata.

20.

Hactenus de successione illegitimorum in hereditate ordinatio: nunc specialiter est notandum, illegitimos non posse succedere in Regnis, ut obseruant Doctores in cap. grandi, de negligentia Praetorium. Item nec in feudis, ex cap. 1. §. si quis, de feudis, ut notarunt multi, quos refert, & sequitur Molina lib. 1. de primog. cap. 4. num. 48. Nec in bonis Coronæ, sicut in Lusitania, iuxta Ordinationem lib. 2. tit. 35. in nouis. Item neque in maioratis institutis ex bonis patrimonialibus, nisi in ipsa institutione, exprestè tradit Molina ubi proxime, num. 49. & lib. 3. cap. 3. num. ultimo, & probat l. 40. Tauri. Item nec in emphyteusi Ecclesiastica, ut resoluit Bartolus in l. ex facto, §. si quis rogatus 1. n. 9. ff. ad Trebellianum. & est communis opinio secundum Iulium Claram verb. emphyteusis, quest. 30. & Gamam decis. 2. num. 1.

21.

Dubium tamen est, an filius illegitimus naturalis hominis plebeij, succedat in emphyteusi Ecclesiastica, nullum parte in illa nominante, sed ab intestato discedente, ac si esset legitimus? Respondeo, in hoc articulo esse duas opiniones.

Prima affirmat, & hanc dicit esse hodie communem Vallascus tom. 2. consultat. 134. num. 21. illamque ipse sequitur, & probat ex Ordinatione Lusitana lib. 4. tit. 92. ubi in hereditate, & successione paterna hos filios naturales patrum plebeiorum æquiparat nostra Ordinatio cum filiis legitimis plebeiorum in successione paternæ hereditatis. Mihi tamen haec opinio communis apud Lusitanos, non placet. Primo, quia ius canonicum odio habet hos filios illegitimos, quamvis sint naturales, & absolute eos non admittit, siue sint ex patre plebeio, siue nobili, progeniti ad successionem emphyteusis Ecclesiastica, iuxta Baldum in cap. innotuit, de elezione. Imò etiam de iure civili communi non admittuntur, I. generaliter, §. cum autem, num. 2. C. de institutione, & ibi Iason & Decius num. finali. & est communis secundum Ripam in l. ex facto, §. si quis rogatus 1. num. 62. ff. ad Trebellianum. Abbatem in cap. in presentia, de probat. num. 278. Vallascum citatum num. 7. & 8. ubi citat etiam multos, colligiturque ex §. emphyteusim, Authentic. de non alienand. col. 2. dum ponit formam concessionis emphyteutice rerum Ecclesiæ, & illegitimos absolute ab illa excludit. Patetque etiam ex l. 1. Authentic. licet, de natural. liber. ubi bastardi non sunt heredes patrum, & ideo merito possumus dicere, hanc esse prohibitionem virtusque iuris civilis, & canonici. Accedit etiam, quia in concessionibus

semper, & maximè attenditur mens concedentis, & non potest vide i mens Ecclesiæ esse, quod faciat filii ex coitu peccaminoso, quales sunt filii naturales (quos Lusitani Bastardos vocamus) quia, ut vidimus, nos repugnat, & non videtur quis facere actum nisi iuxta ius, & iuri conformem, l. si duo, ff. de acquir. heredit. & hanc meani opinionem docent etiam Felinus in dict. cap. in presentia, de probat. num. 24. & Berous num. 278. Quare domini Senatores, qui in Lusitania contrarium iudicant, videant quo iure id iudicent. De filiis tamen adulterinis, & ex coitu damnato genitis, consentiunt omnes non posse succedere in predicta emphyteusi.

Similiter non possunt filii illegitimi succedere in iure gentilitiae nobilitatis, saltem paternæ, ut post Bartolom l. 1. num. 50. C. de dignitat. lib. 11. & alios, resoluit Titaq. in tract. de nobilitate, cap. 15. & est frequentior intentio, consonantque illi Ordinatio Lusitana lib. 2. tit. 37. §. 4. & 12. in veteribus, in nouis lib. 4. tit. 36. §. 4. quidquid in hoc particuliari pro Castella sit dicendum, de quo vide Couar. 2. part. Decretal. in epitom. §. 4. num. 4. Præterea etiam iure civili inhabiles sunt ad aliquos gradus, & actus ciuiles, & iure canonico ad quosdam spirituales, ut ad sacros Ordines, & beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, praesertim Episcopatus; sed quia inhabilitas illegitimi, sape per legitimationem illius, aut dispensationem in eo defectu tollitur, de illius remedii aliquid est dicendum.

Igitur legitimatio illegitimi vel contingit per matrimonium secutum inter parentes ipsius, vel alio modo.

Primo modo, legitimatur filius tantum naturalis per ipsum matrimonium, etiam si parentes contrahant in mortis articulo, cap. 1. & cap. tanta, qui filii sint legitimis, consonantque multi textus legum, & §. ult. Institut. de nuptiis, & ad hunc effectum filius naturalis non sumitur in restitutione juris Cæsarei, sed sumitur conformiter ad ius canonicum consuetudine firmatum, pro quo quis suscepit ex parentibus, inter quos, quando ille conceptus, aut natus fuit, non erat impedimentum dirimenti matrimonium, ut notat Panormitan. in dict. cap. tanta, & Doctores communiter, inter quos est Anton. Gom. Istatim citandus. Dixi, sub distinctione, quando ille conceptus, vel natus fuit, quia altero eorum tempore sufficit, quod extiret illa habilitas, aut carentia talis impedimenti, sine per dispensationem in illo, l. nuper. C. de natu al. liber. & tradit, præter alios, Couar. 2. part. Decretal. cap. 8. §. 2. num. 1. Potrò, qui hoc modo legitimantur, ita absolute legitimis sunt, ut computentur inter natos ex legitimo matrimonio, ac proinde, ut tales euadunt habiles ad omnia omnino tam spiritualia, quam ciuilia; ita quod ex præcedentia sua generationis excludant a successione majoratus filios post ipsorum generationem susceptos ex legitimo iam matrimonio, ut docet Couar. citatus, & Anton. Gomez ad l. 9. Tauri, num. 55. & deducitur ex Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. num. 39.

Hoc autem discriminem est inter alia discrimina inter legitimatum ex subsequenti matrimonio, & legitimatum ex rescripto Principis, vel Regis, quod legitimatus ex subsequenti matrimonio excludat omnes, non solum posteriores natu fratres post legitimatum iam matrimonium susceptos, ut Couarruias, & Gomez allegati probant, sed etiam omnem alium substitutum, quem testator substituit: ut cum in testamento dicit, substituo Petrum, si Paulus, quem heredem instituo, sine libertis legitimis

22.

23.

24.

## 604 De translat. dominij per vlt. volunt.

patis bonis, & ratio difficultatis est, quia in praesenti casu persona legitimanda potestati laica subiectur: bona vero, cum sint clerci, ab ea eximuntur; quare turius est utramque potestatem ibi concurrens, sicut etiam, quando ipse clericus esset legitimandus ad actus civiles, & hanc opinionem tenet Couarruicias 2. part. epitome Decretal. §.3. cap. 8. num. 19. Nihilominus, quidquid ille dicat, mihi videtur illam solam sufficere, ex cuius sanctionibus inducta sit inhabilitas personae illegitimi ad actum, de quo agitur, quia tale ius remitti potest per solam potestatem, a qua manavit, eoque remitto collitur inhabilitas; si autem utroque iure ea inhabilitas esset inducta, tunc ab utraque potestate auferri deberet.

30. Ex dictis infertur, legitimatum rescripto Papae non reddi habilem ad actus civiles in terris domino Ecclesiast. temporali non subiectis, ut probat textus in dicto cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. Et que communis opinio in praxi recepta, secundum multos, quos refert Molina de primogenite lib. 3. cap. 2. num. 15. Excipe, nisi quando, fidei, & Religionis respectus aliud omnino postularer, in simili enim casu potestas Ecclesiastica moderatur etiam negotiis ad potestatem laicam propriè spectantibus, & hoc solum vult textus capituli citati, in principio, vide Couarruicias dict. §.8. num. 16.

31. Multò autem magis notum est, nec Regis, nec Imperatoris legitimacionem circa actus alios, quam civiles valere: & quod attinet ad effectum civilem succedendi, per test. illegitimus per beneficium legitimacionis succedere parentibus, tamquam legitimus, ut probat Authentica, quib mod. natural. efficiant. sive multis in locis. An autem similiter se habeat legitimatus rescripto Principis respectu collateralium linea paternæ, controvertitur. Couarruicias dict. cap. 8. §. 10. num. 2. affirmit, sequiturque Bartolom., & alios, quos refert. Praxis tamen Lusitana, dicitur esse in contrarium, solereque in forma talium legitimacionum, ponit clausulam, ut legitimati parentibus solum succedere possint ab intestato. Vtrum vero oporteat consentire legitimationi eos, quibus per illam in iure sit præjudicium, & Principi exponi, quales heredes extent, ad quos successio pertinet & tractat Couarruicias citatus §. 9. num. 7. Costa Lusitanus in com. ad §. & quid si tantum, 2. part. à num. 13. t. Molinaque lib. 3. cap. 3. num. 10. Carolus Ruinus in §. & quid si tantum, num. 19. Gama decif. 278. num. 8. & 9. & affirmatiuè resolvunt. De exponenda etiam radice illegitimatis, an sit incestus, an ex alia causa, late Couarruicias. Breuerit tamen dici potest, exponendum esse, quidquid retrahere potest Principem à concedenda legitimacione, aut dispensatione; alioquin censabitur subreptitia, & inualida argumento cap. postulasti, de rescriptis.

32. Ceterum per legitimacionem ex rescripto Principum, non intelliguntur legitimati manere habiles ad succedendum in Regnis, ut obseruant Doctores in cap. grandi, de supplend. neglig. Pralator. Nec ad succedendum in feudis. cap. 1. §. si quis per 130. vers. naturales. Nec in bonis Coronæ, nec in maioratis, ut iam supra diximus, & prohibitus. In bonis Coronæ id probat Ordinatio Lusitana lib. 2. tit. 17. §. 10. in veteribus, in nouis lib. 2. tit. 25. §. 12. In feudo constat ex Authentica citata, & docet Couarruicias citatus §. 2. num. 27. Julius Clarus §. feudum, quest. 82. In maioribus erectis ex bonis patrimonialibus, dicitur esse com-

munis, ita Pelaes part. 2. quest. 1. Molina de primogenit. vbi supra. Neo in emphyteusi Ecclesiastica, ut præter alios tradit: Iulius §. emphyteusis, quest. 3. quæ opinio obseruat in hoc Regno, quod tam emphyteusim concessum primo emphyteuta pro se, & suis filiis: quod nominatiuam vero, hoc est, de nominacio, idem seruatur, quod circa emphyteusim sacerdotem disponitur in nostris ordinationibus lib. 4. tit. 62. in veteribus: in nouis vero tit. 11.

33. Animaduette autem circa totam superioriēm doctrinam inter motus proprios Pij V. esse quendam, qui incipit, Quæ ordini Ecclesiastico, quo Pontifex severissime prohibet, bona quævis clericorum conferti in quocunque illegitimos, sive suos, sive extraneos, etiam legitimatos, aut in alios, eorum causa, & paupertatis, & alterius pī operis intriti, & reuocat facultates quibuscumque personis concessas, ut in feudo, aut emphyteusi Ecclesiast. illegitimi succedere possint. Sed accepimus, à variis hominibus in praxi bene exercitis, eam constitutionem, & motum proprium Pij V. in hoc regno Portugallia non fuisse receptam, nec practicati, sed perinde ac ante, hoc negotium procedere, quare in ea exponenda, non est cur immoremur, quia exposicio illius, quanto edidit Nauntrus, in fine commentariorum de spoliis clericorum, nequam mihi per omnia satisfacit.

## CAPUT XVI.

### De præteritione, & exhaeredatione.

1. Quid sic præterito, & exhaeredatio; & cur ipsa præterito & exhaeredatio sine causa, annulat testamentum.
2. An præterito locum habeat solum, quando testator sciebat se haeredem habere, & an procedat respectu etiam filii ignorati, qui est in viro uxoris.
3. Respectu præteritionis potest nullari testamentum, non tamen respectu legati in eo relieti. Est ideo valet legatum in eo reliatum, ibid.
4. Si posthumus, aut haeres ignoratus viuo, adhuc testatore discedat, testamentum conualescit.
5. Non infirmatur testamentum in quo heredi relinquunt minus, quam sit legitima, sed reficitur, usque ad legitimam. Quid si ei relinquatur tota legitima titulo legati, ibid.
6. Filius legitimatus an habeat ius nullandi testamentum patris legitimantis propter ius præteritionis.
7. Præterito filii in patris potestate constituti reddit testamentum nullum.
8. Pater miles speciale priuilegium habet, ut ex causa posset filium præterire, & ut partim testatus, partim intestatus discedat.
9. Præterito filiorum naturalium, an reddat testamentum nullum.
10. An præterito procedat in filiabus feminis, sicut procedit in filiis masculis. Et quid in Italia, ibid.
11. Præterito nepotes, vel nepis ab avo, vel avia paternis, an reddat testamentum nullum, & n. 12.
12. An testamentum ob præteritionem sit ipso iure nullum, an annulandum.
13. Quid quando persona relicta consentit præteritioni.

# 604 De translat. dominij per vlt. volunt.

patis bonis, & ratio difficultatis est, quia in praesenti casu persona legitimanda potestati laica subiectur: bona vero, cum sint clerci, ab ea eximuntur; quare turius est utramque potestatem ibi concurrens, sicut etiam, quando ipse clericus esset legitimandus ad actus civiles, & hanc opinionem tenet Couarruicias 2. part. epitome Decretal. §.3. cap. 8. num. 19. Nihilominus, quidquid ille dicat, mihi videtur illam solam sufficere, ex cuius sanctionibus inducta sit inhabilitas personae illegitimi ad actum, de quo agitur, quia tale ius remitti potest per solam potestatem, a qua manavit, eoque remitto collitur inhabilitas; si autem utroque iure ea inhabilitas esset inducta, tunc ab utraque potestate auferri deberet.

30. Ex dictis infertur, legitimatum rescripto Papae non reddi habilem ad actus civiles in terris domino Ecclesiast. temporali non subiectis, ut probat textus in dicto cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. Et que communis opinio in praxi recepta, secundum multos, quos refert Molina de primogenite lib. 3. cap. 2. num. 15. Excipe, nisi quando, fidei, & Religionis respectus aliud omnino postularer, in simili enim casu potestas Ecclesiastica moderatur etiam negotiis ad potestatem laicam propriè spectantibus, & hoc solum vult textus capituli citati, in principio, vide Couarruicias dict. §.8. num. 16.

31. Multò autem magis notum est, nec Regis, nec Imperatoris legitimacionem circa actus alios, quam civiles valere: & quod attinet ad effectum civilem succedendi, per test. illegitimus per beneficium legitimacionis succedere parentibus, tamquam legitimus, ut probat Authentica, quib mod. natural. efficiant. sive multis in locis. An autem similiter se habeat legitimatus rescripto Principis respectu collateralium linea paternæ, controvertitur. Couarruicias dict. cap. 8. §. 10. num. 2. affirmit, sequiturque Bartolom., & alios, quos refert. Praxis tamen Lusitana, dicitur esse in contrarium, solereque in forma talium legitimacionum, ponit clausulam, ut legitimati parentibus solum succedere possint ab intestato. Vtrum vero oporteat consentire legitimacioni eos, quibus per illam in iure sit præjudicium, & Principi exponi, quales heredes extent, ad quos successio pertinet & tractat Couarruicias citatus §. 9. num. 7. Costa Lusitanus in com. ad §. & quid si tantum, 2. part. à num. 13. t. Molinaque lib. 3. cap. 3. num. 10. Carolus Ruinus in §. & quid si tantum, num. 19. Gama decif. 278. num. 8. & 9. & affirmatiuè resolvunt. De exponenda etiam radice illegitimatis, an sit incestus, an ex alia causa, late Couarruicias. Breuerit tamen dici potest, exponendum esse, quidquid retrahere potest Principem à concedenda legitimacione, aut dispensatione; alioquin censabitur subreptitia, & inualida argumento cap. postulasti, de rescriptis.

32. Ceterum per legitimacionem ex rescripto Principum, non intelliguntur legitimati manere habiles ad succedendum in Regnis, ut obseruant Doctores in cap. grandi, de supplend. neglig. Praetor. Nec ad succedendum in feudis. cap. 1. §. si quis per 130. vers. naturales. Nec in bonis Coronæ, nec in maioratis, ut iam supra diximus, & prohibitus. In bonis Coronæ id probat Ordinatio Lusitana lib. 2. tit. 17. §. 10. in veteribus, in nouis lib. 2. tit. 25. §. 12. In feudo constat ex Authentica citata, & docet Couarruicias citatus §. 2. num. 27. Julius Clarus §. feudum, quest. 82. In maioribus erectis ex bonis patrimonialibus, dicitur esse com-

munis, ita Pelaes part. 2. quest. 1. Molina de primogenit. vbi supra. Neo in emphyteusi Ecclesiastica, ut præter alios tradit: Iulius §. emphyteusis, quest. 3. quæ opinio obseruat in hoc Regno, quod tam emphyteusim concessum primo emphyteuta pro se, & suis filiis: quod nominatiuam vero, hoc est, de nominacio, idem seruatur, quod circa emphyteusim sacerdotem disponitur in nostris ordinationibus lib. 4. tit. 62. in veteribus: in nouis vero tit. 11.

33. Animaduette autem circa totam superioriēm doctrinam inter motus proprios Pij V. esse quendam, qui incipit, Quæ ordini Ecclesiastico, quo Pontifex severissime prohibet, bona quævis clericorum conferti in quocunque illegitimos, sive suos, sive extraneos, etiam legitimatos, aut in alios, eorum causa, & paupertatis, & alterius pī operis intriti, & reuocat facultates quibuscumque personis concessas, ut in feudo, aut emphyteusi Ecclesiast. illegitimi succedere possint. Sed accepimus, à variis hominibus in praxi bene exercitis, eam constitutionem, & motum proprium Pij V. in hoc regno Portugallia non fuisse receptam, nec practicati, sed perinde ac ante, hoc negotium procedere, quare in ea exponenda, non est cur immoremur, quia exposicio illius, quanto edidit Nauntrus, in fine commentariorum de spoliis clericorum, nequam mihi per omnia satisfacit.

## CAPUT XVI.

### De præteritione, & exhaeredatione.

1. Quid sic præterito, & exhaeredatio; & cur ipsa præterito & exhaeredatio sine causa, annulat testamentum.
2. An præterito locum habeat solum, quando testator sciebat se haeredem habere, & an procedat respectu etiam filii ignorati, qui est in viro uxoris.
3. Respectu præteritionis potest nullari testamentum, non tamen respectu legati in eo relieti. Est ideo valet legatum in eo reliatum, ibid.
4. Si posthumus, aut haeres ignoratus viuo, adhuc testatore discedat, testamentum conualescit.
5. Non infirmatur testamentum in quo heredi relinquunt minus, quam sit legitima, sed reficiuntur usque ad legitimam. Quid si ei relinquatur tota legitima titulo legati, ibid.
6. Filius legitimatus an habeat ius nullandi testamentum patris legitimantis propter ius præteritionis.
7. Præterito filii in patris potestate constituti reddit testamentum nullum.
8. Pater miles speciale priuilegium habet, ut ex causa posset filium præterire, & ut partim testatus, partim intestatus discedat.
9. Præterito filiorum naturalium, an reddat testamentum nullum.
10. An præterito procedat in filiabus feminis, sicut procedit in filiis masculis. Et quid in Italia, ibid.
11. Præterito nepotes, vel nepis ab avo, vel avia paternis, an reddat testamentum nullum, & n. 12.
12. An testamentum ob præteritionem sit ipso iure nullum, an annulandum.
13. Quid quando persona relicta consentit præteritioni.

15. Filii, & nepotes non possunt preterire patrem, vel auos, & ob hanc præteritionem testamentum est nullum.  
 16. Quot sint causa exhæredationis, & num. 17. remissio.  
 18. An si preter has interueriant alie similes, aut foris grauiores, licet parentibus filios, vel filias exhæredare.  
 19. An si parentes existente legitima causa filios non coheredent, possint alij patri coheredes exhæredare.  
 20. An possit ius ciuale filiam exhæredare, eo quod nubat contra voluntatem parentis; & an hoc sit tollere libertatem matrimonij.  
 21. De causis ob quas licet filii parentes exhæredare, & nepotibus auos, & auas, quot sint tam de iure communi, quam Lusitano.

**R A T E R I E** aliquem in testamento, est non facere de eo mentionem in prædicto testamento: exhæredare vero, est expresse eum de hæreditate repellere. Quando igitur hæres necessarius, siue ascensens, siue descendens præteritur, aut positiuè exhæredatur, non apposita in testamento præteritionis, aut exhæredationis legitima causa, testamentum est ipso iure nullum, l. inter cetera, ff. de liberis, & posthum. Bartolus in *Authentica ex causa*, num. 10. C. de liber. preter. Iulius Clarus §. Testamentum. lib. 3. question. 42. num. 1. Nam filius legitimus, aut debet institui à parte, aut expressè exhæredari, subiuncta & expressa in testamento legitima exhæredationis causa, & adhuc, quando exhæredatur, subiuncta hac causa, conceditur ei actio ad annulandum testamentum pannis ex querela inofficiis, & ut illud sustineatur, debet is, qui in eo fuit institutus, probare causam appositam exhæredationis fuisse veram, & vere extitisse, & esse de numero eorum, ob quas filii exhæredari possunt de iure: si minus, pronunciabitur nullum, admittereturque talis exhæredatus deuoluta successione ab intestato, quanquam in hoc saltu Regno Lusitanæ sufficit ea tacita hæreditis necessarij institutio, quæ intelligitur subesse, quando testator solum disposuit de sua tertia portione; cum enim quis de sua tertia disponit, etiamsi expressè necessarium hæredem non instituat, nec illius mentionem faciat, eo ipso tacite censetur ab eo institutus ille, cui suam tertiam relinquit, & testamentum valet. Hæc omnia habentur in *Authentica*, ut cum de appellatione. §. aliud quoque, & §. siue igitur, vers. iustum autem. & §. hec autem, C. de liber. & posthum. & l. inter cetera, citata, ff. eadem. & in *Lusitana Ordinat.* in *veteribus*, lib. 4. tit. 70. in nouis lib. 4. tit. 82. Ratio autem, ob quam filii, seu hæredis necessarij sine expressione cause præterito reddat testamentum nullum, est, quia ad valorem testamenti requiritur de iure hæreditis institutione, quanquam forma actus testandi, & testamenti: meritò igitur deficiente hac forma, deficit testamentum, nullumque est.

**2.** Animaduerte ergo primò, hoc procedere non solum quando testator conscientius erat hæreditis necessarij, quem præteribat, sed etiam quando ignorabat illum extare etiam in vtero uxoris pregnantis; nam præteritio etiam talis filii, & hæreditis in vtero extantis, ignorati, & posthumii, seu nati post mortem testatoris, annullat testamentum, ut probant varijs textus iuris communis consenserunt omnium Doctorum; patetque ex l. posthumis, ff. de iniusto, rupio, & exprimit dicta Or. Fagundez de Iustitia, &c.

dinatio Lusitana loco allegato. & docet Iulius Clarus §. Testamentum. q. 4. n. 1. & 2.

Animaduerte secundò, ex capite præcisè præteritionis, aut legitimæ exhæredationis hæreditis necessarij non ignorati, hodie quidem corredo in hac parte iure antiquiori, solum annullari testamentum, quoad institutionem, non tamen quoad legata in eo telicta, aut fideicomissa, quando non excedunt quantitatem, de qua libere testator poterat disponere, proindeque debere venientes ab intestato huiusmodi dispositiones implere, dico §. siue igitur. *Authentica estate.* & *Authentica*, ex causa. C. de liberis præteritis. An autem idem procedat de præteritione hæreditis ignorati? obscurum est in iure communi, & Doctores variant. Pars tamen negativa est communior, & veriorum illam existimat Iulius Clarus §. Testamentum, quest. 52. quod nostra Ordinatio loco citato exprelse sentit.

Animaduerte tertio, si posthumus ignoranter præteritus viuo adhuc testatore decebat, testamentum ex æquitate prætoria reconualescere, leg. posthumus, ff. de iniusto, rupio, &c. Et non solum de posthumo, sed utrilibet, de quovis simili hæredi ignorantia præterito. Idem per argumentum è contrario probat ordinatio inducta.

Animaduerte quartò. Si testator titulo institutionis relinquat hæredi, de quo agitur, rectam rem, aut portionem, qua iubeat eum esse contentum, tunc licet ea res, aut portio sit minor legitima, non infirmari testamentum, sed integrandam esse tali hæredi suam legitimam. Ex aduerso vero, licet ei relinquatur tota legitima, non tamen titulo honorabili institutionis, sed donationis, legati, aut quocunque alio titulo, corruit testamentum, constat ex dicto §. alio quoque, & §. bac autem. *Authentica* ut cum de appellatione. C. de liberis. & posthum. & ratio est, quia institutus etiam in re minima capit propria autoritate, & si coheres vniuersaliter repudiet hæreditatem, ei accrescit tota, denique gaudet prærogatiis dignitatis, & virilatatis, quæ non competit titulo diuerso ab institutione.

Animaduerte quintò, filium legitimatum perinde habere ius dicendi testamentum nullum, vel impugnandi illud per querelam inofficiis, atque legitimè natum. Imò idem esse quoad existentem illegitimum, in casu, quo ius ei concedit successionem sicut legitimis, ut statim dicemus. Item, non minus per legitimationem illegitimis, quam per nativitatem legitimi riupi testamentum à parente prius factum. Denique addendum est, in testamento ipso iure nullo ex causa præteritionis, aut cohereditationis non apposita causa dati spatium 30. annorum ad illud impugnandum: ad illud vero impugnandum ex querela inofficii testamenti, non amplius, quam quinquennium: quæ omnia, & plura disputant Iulius Clarus lib. 3. §. Testamentum. quest. 40. usque ad 55 iuncta etiam q. 84. Couartuarias in cap. Raynarius, in principio. & §. 1. Antonius Gomez tom. 1. var. resolut. cap. 11. & 12. Tauri.

Et hæc quidem doctrina de præteritione procedit sine dubio de filio in potestate patris constituto, eius enim præteritio proculdubio reddit testamentum omni iure nullum, l. inter cetera, citata, ff. de liberis, & posthum. Iason in leg. 3. §. finali. post numer. 12. ff. eadem. & hic de re nemo dubitat. De emancipato autem res non caret dubio: dicendum tamen est, si filius emancipatus sit præteritus sine insitione causa in ipso

## 606 De translat. domini per vlt. volunt.

ipso testamento facta, testamentum de iure ciuili esse ipso iure nullum: si vero sit preteritus cum causa expessione, valere de eodem iure, posse tamen impugnari, impugnando causas. ita docet Iulius Clarus §. testamentum, quest. 42. num. 2. & 3. glossa in §. exhereditatos, in verb. noluit, Authentica de hereditate. & fal id. quam dicit singularem, & restatur esse communiter receptam Iason in Authentica ex causa, post num. 8. ver. an autem, & quando, C. de liber paterit. Decius in l. sicut certi, num. 17. C. de testam. milit. Alexander ibi, num. 14. Riminaldus num. 4. idem Alexander consil. 161. num. 1. lib. 2.

8. Miles autem pater speciale priuilegium habet, ut possit filium cum causa præterire, & talis præteritio pro exhereditatione habetur; si tamen prætereat sine causa, testamentum annullari potest. ita Iulius Clarus §. testamentum, quest. 42. num. 3. & Iason in l. si cum in viro, C. de testam. milit. Decius ibi, num. 5. Ripa in l. centurio, post num. 43. ff. de u'g. Angelus de Aretio ibi, ubi distinguit tempora, & ait, hoc intelligendum est de tempore expeditio- nis armorum, & in caltris, vel in acta belli, quod habetur etiam Institut. de exhereditato liberorum. sed si in expeditione.

9. Præteritio filiorum naturalium, non reuidit testamentum patris nullum, de iure communi loquendo, ut supra iam diximus, quia filii naturales non admittuntur in eodem iure ad hereditatem contra voluntatem patris. ita glossa in l. in principiis, verb. naturales. ff. de bonor. possess. contra tabulas, Iulius Clarus allegatus num. 4. Natta, & alij, quos citat Iulius Clarus. De iure tamen Lusitanio sola præteritio filiorum naturalium, horumque plebeiorum testamentum paternum reddit nullum, quia hi simul cum illegitimis ad hereditatem admittantur in eodem iure, etiam si nati sint ex letitia, hoc est, captiui, propria, vel aliena, modò tempore mortis patris liberi maneant. patet ex nostris ordinationibus nouis lib. 4. tit. 92. in principiis, & in fine, quod egregie explicat Barbola in l. ex falso. §. 1. ff. ad T. cebrian. & Cabedo decif. 100. & ares. 88. De legitimatis iam dixi num. 6. perinde habete ius dicendi testamentum paternum esse nullum, ac legiti- mi, quare illorum præteritio testamentum patris nullum reddet, ut optimè docet Iulius Clarus dict. §. testamentum, quest. 42. num. 5. & quest. 43. nam legitimatio facit, ut quoad originem, honores, & dignitates filii legitimatus sequatur condicio- nem patris, ut bene ait Angelus de Aretinio in §. sed quis, sub num. 3. Institut. de iure personarum.

10. Idem quoad dictum manet de filio masculo præ- terito, dicendum est de filia etiam femina præ- terita, ut tenet Iulius Clarus num. 6. Corneus consil. 62. colum. 2. lib. 2. Iason consil. 113. num. 1. lib. 1. quia sublata est iam iure hereditatio, illa sexus dif- ferentia, quae olim erat, ut pater ex l. maximum vitum, C. de liber. pueris. cum similibus. quod ve- rum est extra Italiam, nam in toto Lusitania, ut restator Iulius Clarus allegatus dict. num. 6. viget statutum, ac ius excludens feminas extantibus masculis. Scilicet vero hoc statuto, & iure, dubium est, an possit filia præterita à patre, testamentum pa- ternum propter suam præteritionem impugnare? circa quod varie loquuntur Doctores.

Respondendum tamen est primò. In Italia, in qua datur tale ius. & statutum, si masculi, vel agna- ti, propter quos filia femina ab statuto excluditur, sunt instituti heredes in testamento paterno, non posse talem filiam præteritam à patre in testa- mento, illud impugnare. Fundamentum est, primò, quia cui non debet ut legitima, non potest impu-

gnare testamentum, in quo illa ei non relinquitur; sed filia à statuto excludere legitima non debetur: ergo non potest testamentum, in quo illa fuit præ- terita, impugnare, propter præteritionem. Secun- do, quia ius impugnandi testamentum communiter regulatur per ius succedendi ab intestato: unde exclusus ad succeedendum ab intestato, est etiam exclusus à iure ad impugnandum testamentum, propter suam præteritionem. ita docet, & optimè, Paulus de Castro consil. 95. C. de collatio. & in l. Gal- lius, §. & quid si tantum, post num. 16. ver. primo casu. consil. 47. num. 9. lib. 2. Decius consil. 296. ari. Afflictis decif. 158. num. 6. & alij plures, quos ci- cit, & sequitur Iulius Clarus dict. §. testamentum, quest. 42. num. 6.

Respondendum secundò. Si in testamento pa- tris instituti sint heredes extranei, posse præteri- tam filiam, non autem illos masculos, vel agna- ti, propter quos foemina à statuto excluduntur, non obstante tali statuto, impugnare testamen- tum, in quo ipsa præterita fuit à patre. Ratio est primo, quia tunc cessat ratio, ob quam conditum fuit præfatum statutum, fuit enim conditum ad conseruandam familiam in masculis, causa agnationis. Deinde, quia hæc opinio videretur esse magis æqua, verior, & iustior, postulat enim ratio æqui- quitatis tunc, ut filii excludant extraneos, qui non sunt agnati, & de numero agnitorum, in quibus possit conseruari familia paterna. ita Berous in cap. Raynuliu, post num. 237 referens Alexandrum, & Socinum, & alios: & in hanc tandem sententiam videtur inclinare Iulius Clarus dict. num. 6. ad fi- nem allegatus.

11. Testamentum etiam, in quo nepos præteritū ab auro & aliis ascendentibus per lineam pater- nam, nullum est, non obstante clausula codicilli- ati, in qua testator dicit, ut valeat testamentum tan- quam codicillus, si ut testamentum valeat non pos- tuerit, ut docet, & probat Apostillator Iulij Clari in comment. num. 6. & in collectaneo commun. op- nion. quas ipse collegit, in verb. testamentum, num. 4.

12. Hactenus de filio à patre præterito dictum est, quæ omnia etiam procedunt in auro, & auria, & aliis ascendentibus per lineam. Sequitur ergo, ut brevi- ter dicamus de filiis masculis præteritis in testa- mento matris, & in testamento avi, vel auar, ex parte matris per lineam maternam. & in hoc casu conuenient omnes fecerunt Doctores, teneri matrem instituere, vel exhereditare filium, vel filiam appo- sita in testamento causa exhereditationis. & alias si filius sit à matre præteritus, non apposita in illo causa exhereditationis, neque inserta, testamen- tum esse nullum. ita hodie concludunt communiter scribentes, ut ait Sapio in rubric. C. qui admitti, num. 58. Iulius Clarus §. testamentum, quest. 47. in principiis. Corneus consil. 118. litera A. lib. 2. glossa in §. exhereditatos, in verb. voluit, in Authentica de hereditate. & falsid. que in hoc puncto est communiter approbatā, ut dicit Bertrada consil. 1. num. 4. lib. 2. in 2. part. & consil. 13. num. 2. eod. volum.

13. Hic dubitati potest, an testamentum illud, in quo filius reperitur præteritus, sit ipso iure nullum, antequam impugnetur ab ipso filio præterito, vel ab alia persona, quæ de iure præteriti non debeat? Se communiter respondent Doctores affir- mativè, ita hodie communiter scribentes in l. post humano. C. de contra tabulas. & speciatim Alexander ibi num. 16. in fine. Iason num. 23. Curtius junior num. 45. Riminaldus num. 5. Guillielmus Benedi- catus 1. pars. in repetitione cap. Raynuliu de testam. fol. 191.

fol. 191. num. 95. Iulius Clarus § Testamentum q. 43.  
num. 2. Valde autem interest hoc scire, propter  
multas utilitates, quae exinde redundant in perso-  
nam, & filium præteritum. Prima est, quia si unus  
ex filiis est præteritus, & alii inæqualiter sunt insti-  
tuti, poterit ille, cui minor portio, quam aliis re-  
licta est, etiam ipso filio præterito tacente, accensare  
testamentum tanquam nullum, & omnia reducere  
ad causam intestatam, ut bene animaduertunt Bene-  
dictus, & Iulius Clarus, allegati. Deinde poterit per-  
sona præterita occulte sibi compensare ante senten-  
tiā annullationis datam, & ante impugnationem  
ipsius testamenti.

14. Quid autem, si filius, aut persona præterita con-  
sentiat præteritione? Respondeo, vel consentit ante  
conditum testamentum, vel in ipso actu, quo con-  
ditur testamentum, aut post conditum testamen-  
tum. Si consentiat ante conditum testamentum,  
vel in ipso actu, quo conditur, & conficitur, in hoc  
casu valeret testamentum, nihil obstante tali præteri-  
tione, quia præteritus primus, & per se introducta est  
in iure in fauorem filiorum, & personarum præteri-  
tarum, cui favori possunt prædictæ personæ renun-  
ciare, & cedere, ut optimè docet Iason in L. inter-  
cetera post num. 1. ff. de liber. & posthum. & Iulius  
Clarus §. Testamentum, quæst. 43. num. 3. Si vero  
consentit post conditum testamentum, testamentum  
manet nullum, de rigore iuris civilis loquen-  
do. Ratio est, quia secundum rigorem iuris civilis,  
testamentum, quod à principio est nullum, non  
potest postea convalescere: ita Auctores citati, actus  
enim à principio invalidus, non potest postea con-  
ualescere. De æquitate ramen iuris præteriti, secu-  
ta postea approbatione, & consensu, potest conval-  
escere. ita docet Bartolus in L. filio præterito. n. 1. &  
Claudius in L. 1. q. finali, ff. de vulgar. Boëtius de-  
cis. 66. num. 5. Curtius junior in dicta l. posthumo.  
num. 5. 9. & alij, quos citat Iulius Clarus allegatus.  
Cùm enim totum illud ius præteritionis introdu-  
ctum fuerit propter utilitatem filij, vel personæ  
præteritæ, meritò Prætor dixit, ex æquitate, aduen-  
tientem postea consensu filij, prædictæque personæ,  
posse convalescere testamentum: quando enim  
consensus requiritur à iure ad valorem alicuius  
actus, sufficit quodd talis consensus adueniat post  
actum factum, ut talis actus validus reddatur, quan-  
do in fauorem non consentientis de iure nullus  
erat actus: quilibet enim potest postea cedere gra-  
tiae suæ, & favori sibi facto, quo cum tempore  
ita Reinosus obseruat. 43. num. 23. & 24. Surdus  
devis 99. num. 14. Innocentius in cap. prudentiam,  
num. 1. de officio delegati. Gama decis. 300. num. 3.  
& ultimo. Antonius Gomez l. 53. Tauri, num. 6.  
sic pater, vel mater ad secundas nuptias transun-  
tes sine consensu, & iniuris, ac reluctantibus filiis  
prioris matrimonij secundum ius commune eo ipso  
amittunt proprietatem bonorum, quæ habent ab  
aliquo filio præmortuo ciuilem prioris matrimo-  
nij, & tenentur ea secuare alii filii ciuilem prioris  
matrimonij tamen huiusmodi consensus filio-  
rum prioris matrimonij adueniat post nuptias con-  
tractas, sufficit, ut parentes ad illas transeuntes ca-  
bona non amittant, quia cùm ille consensus fuerit  
introductus à iure in fauorem filiorum, sufficit quo-  
quis tempore post nuptias contractas adueniat, ut  
latè probat Reinosus allegatus.

15. Sicut autem non licet patri, vel matri, aut ascen-  
dentibus per lineam paternam, vel maternam, præ-  
terire filium, vel nepotem, & si prætereant, nullum  
ipso iure est testamentum: ita è conuerso, non li-  
cet, nec validum est testamentum, in quo filij, &

nepotes prætereunt patres, aut ascendentes suos;  
non adiecta causa exhereditationis, ob quam illos  
præterunt, aut exheredant. ita Doctores citati, mu-  
neris præcedentibus, & principiū Iulius Clarus §. Te-  
stamentum, quæst. 49. num. 1. Quod procedit etiam  
de filiis, & descendantibus per lineam maternam;  
non possunt enim illi præterire, aut exheredare  
matrem, aut ascendentem per ipsam lineam mater-  
nam, sunt enim haec correlativa quedam se mutuā  
ad inuicem respiciencia. vide Iulium Claram cita-  
tum q. 49. n. 1. & 2.

16. Veniamus tandem ad causas exhereditationis. &  
verò hac de re affatim diximus tom. 1. in Decalo-  
gum, lib. 4. vbi de obligationibus filiorum in paren-  
tes, & parentum in filios multa diximus; quare pro  
iis, quæ h̄c desunt, illuc te remittimus: hic solū  
brevis ad complementum. & perfectionem ma-  
totorum obiter nonnulla tangemus. Causa igitur le-  
gitimæ, ut parentes filios, & filii parentes exher-  
dere possint, latè traduntur in Anhentica citata.  
§. aliud quoque, vers. causas. & in Ordinationibus  
Lusitanis lib. 4. tit. 89. in nouis, in veteribus lib. 4.  
tit. 72. Sunt autem quatuordecim.

17. Prima, si filius utriusque sexus parentibus ma-  
nus de facto intulerit. Secunda, si graui eos iniuria  
afficerint. Tertia, si in criminalibus eos accusa-  
uerint; quæ non sint aduersus Principem, & Re-  
publicam, aut non sit crimen heresis. Quarta, si  
cum maleficio, ut maleficium faceret, versatur, Lu-  
sitānd, se usq; de feiticaria, conuersando comfeti-  
cros, ita quodd requirit nostra Ordinatio hanc co-  
pulationem, usq; maleficiorum, & conuersatio-  
nem cum maleficiis; & vbi duo copulatiū requi-  
runtur, vnum sine alio non sufficit, l. si quis ita si-  
pulatus, de verbis obligat. Decius cons. 177. num. 1.  
Quinta, si contra parentes famosè denunciauerint,  
seu ad iudicem detulerint, & propter suam delatio-  
nem, grauia eos dispendia fecerint sustinere. Sexta,  
si pro quolibet ex parentibus carcere incluso no-  
luerit filius masculus esse fidelissim, cùm possit, &  
requiratur. Septima, si filius præter parentum vo-  
luntatem, & professionem mimis, & gladiatoriis,  
aut histrionibus se loctauerit, & in eo vita genere  
permanserit. Verò hanc vitam nostra Ordinatio  
non exprimit. Octava, si filia, vel neptis, paren-  
tibus, aut auis eam nuptiū tradere cum competenti  
dote volentibus, non consenserit, sed luxuriosam  
vitam elegerit; secus si illa ad 25. annos perneci-  
rit, & parentes nuptias ipsius distulerint. Hanc  
tamen causam nostra Ordinatio ita proponit, ut si  
filia, (idemque intelligitur de nepti) antequam  
25. annos habeat, fornicata fuerit, aut sine parentum  
consensu nupserit, eo ipso excludatur ab heredita-  
te, seruata certa distinctione ibi præscripta. v. t. si  
maritus fuerit dignus in dimidia tantum parte le-  
gitimæ, si indignus, in tota legitima exheredetur.  
Nona, si filius coniugi patris secundas nuptias con-  
traheant se immiscuerit. Decima, si filij, utriusque  
parentis vita per venenum, aut alio modo insidie-  
tur. Undecima, si eos testari prohibeat. Duodecima,  
si furore, & amentia laborantes, non curauerint, si  
possint. Decimaterna, si in captiuitate detentos re-  
diuere neglexent, cùm possint. Decimaquarta,  
si parentes sint catholici, & filii heretici, aut Apo-  
statae, atque haec omnia patiter procedunt de auis  
respectu nepotum.

18. Circa huiusmodi causarum enumerationem du-  
bitatur primò, an si interueniant aliae similes cau-  
sa, aut etiam grauiores, fas sit parentibus filios ex-  
heredare: & communis resolutio est assūmativa,  
ut patet ex Coartuaria in cap. Raynus, de testam.

## CAPUT XVII.

De aditione, repudiatione, ac transmissione hæreditatis. De acquirendis, & transmittendis legatis; ac de successione hæredis in obligacionem soluendi defuncti debita: & de iure detrahendi falcidiam, & Trebellianum à fidicicommissis.

1. *Aditio, & acceptatio idem est.*  
*Quomodo transmittatur hæritas ad hæredes.* *ibid.*
2. *An hæres suis possit transmittere hæreditatem antequam illam adeat, & quibus modis possit transmitti ante aditionem.*
3. *Legatarius ante traditionem legati comparat illius dominium, postquam hæres hæreditatem adie.*
4. *Quid si ei legetur res incerta, ut unum predium, & 20 modij frumenti, quo casu certa est quantitas, incerta qualitas frumenti.*
5. *Legata pia debentur ante aditionem hæreditatis.*
6. *Quomodo procedat transmissio legatorum.*
7. *Hæritas complectitur omnia debita, que defuncto debentur, & omnia que defunctus debet.*
8. *Hæres, qui inuentarium non fecit bonorum defuncti, an in foro conscientie teneatur ad illius debita in solidum, & ultra vires hæreditatis, & num. 9.*  
*Quid in foro exterioro.* *ibid.*
9. *An ad debita, que defunctus contraxit ratione delitti, v.c. homicidij, teneatur hæres: & quid si sunt debita realia, & personalia.*
10. *Quid sit legatum, quomodo definitur, & an debeatur, quando testamentum non est validum: & quid si sit inuidum ex capite præteritionis.*
11. *Quid sit falcidia: agitur de iure detrahendi illam.*
12. *Quibus casibus falcidia non detrahitur.*  
*Testator semper in iure presumitur voluisse minus grauare heredem, quam grauare.* *ibid.*
13. *Quid quando excipiuntur casus à falcidia per modum pœna.*  
*Ut quando hæres inuentarium bonorum defuncti non fecit, an obligandus sit hæres tunc ad falcidię ante sententiam latam.* *ibid.*
14. *Explicantur nonnulli casus circa falcidiam, & num. 16.*
15. *Quid sit Trebelliana explicatur, & quibus casibus contingat.*

**D**icitur, & acceptatio hæreditatis in iure, & apud Doctores, idem est; & ideo aditi dicitur hæritas, cùm ab hærede acceptatur, sive verbo, sive facto, hoc est, gerendo se pro hærede, §. ultimo. *Institut. de heredum qualitate.* Repudiatur cùm similiter nec verbo, nec facto acceptatur. Transmittitur vero cùm ad hæredes ipsius hæredis ab ipso hærede transit; & regulare quidem est, neminem posse transmittere hæreditatem, nisi postquam illam adierit, atque ita suam fecerit, l. unica, §. in nouissimo. C. de caducis tollendis.

Nihilominus præter communem regulam tripli cititer potest hæreditas non aditæ transmitti, Primo iure suitatis: nam si successor sit hæres suus, prout supra explicauimus: is ubi primum sibi hæritas defecit, si moriatur antequam illam adeat, nihilominus eam transmittere potest ad quoslibet hæredes, quos habet, l. in suis ff. de suis, C. legatis mis, l. apud hostes, C. eodem. l. 3. C. de legatis. Secundò iure sanguinis, quo quis descendens, licet hæres defuncti non sit, potest hæreditatem sibi de latam, nondum aditam transmittere, non ad quoslibet hæredes, quos habeat, sed ad solos descendentes, si filios habeat, l. unica. C. de his, qui ante aperit, tab. §. in nonissimo. vers. excepta. Tertiò iure deliberandi, datur enim annus ad deliberandum de hæreditate acceptanda, vel repudianda, cuius descendenti defuncti, licet hæres suus non sit, & tunc int̄a illum annum, potest illam transmittere, licet nondum illam adierit, non ad quoslibet hæredes, sed solū ad descendentes, si è vita discedat intra annum à die, qua illam sibi delatam cognovit, l. cum in antiquis. C. de iure deliberandi dicto §. in nouissimo. quæ omnia, & latè ad eundem articulum pertinentia, doctè tractat Antonius Gomez tom. 1. variar. resolut. cap. 9.

Potest legata acquiruntur, ac comparantur hac subiecta ratione. Primo, si res certa, & singulariter designata, vt talis fundus, legetur pure, & simplificiter, id est, absque conditione de futuro contingenti: tunc cùm primum hæres adit hæreditatem, legatarius, regulariter loquendo, comparat talis rei dominium, quamvis ignoret sibi legatam fuisse; manet tamen ei libertas acceptandi, vel repudiandi illam, l. à Tito, ff. de furis, l. legatum 2. ff. de legatis 2. & l. si tibi homo. §. cum seruui. ff. de legatis 1. Dixi, regulariter, quia in nonnullis rebus, quamquam paucissimis, dantur exceptiones illæ, quas perstringit Sylvester verb. legatum 1. quest. 15. Prima, quando legitur res aliena, l. cum alienam, C. de legatis. Secunda, cùm legatur res in genere, non in particulari, l. apud Offidium. ff. de opt. legat. Tertia, cùm legatur aliquid alternativè, l. huiusmodi, §. Stichum, ff. de legat. 2. & cùm legatur in diem, quia nisi adueniente die, non transit in potestatem legatarij, l. Sempronius ff. de usufructu. Quarta, quando legat aggrauat legatarium ad vendendam rem, l. xxorem, ff. de legatis 3.

Si legetur res incerta, & indeterminata in individuo, quamvis certæ sit quantitatis, vt certæ numero pecunia, aut frumenti, modij, statim ac hæres adit, vel acceptat hæreditatem, non comparat eius rei dominium, sed ius ad eam cum actione hypothecaria super bona defuncti, vt ad quenquam deuenient, maneant obligata solutioni, talis legati, l. 1. C. communia de legatis. Ante aditam verò hæreditatem, siue legatum sit huius, siue illius speciei, neutro modo acquiritur, l. si nemo l. ff. de testam. intelia, quod ius, an in Castella procedat, videatur apud Couarruianum in cap. Raynaldū, §. 3, num. 11.

Delegaris tamen pīs, controversia est, que habent ardua apud Iuristas, an debeatur etiam ante aditam hæreditatem? & affirmant Panormitanus, Bartolus, & alij, quos Couarruianus refert, ac tandem sequitur, licet hinc inde vellet, ubi proximè allegatus, quibus adhæreō, quia fauore pietatis solemnitates ciuiles in huiusmodi casibus non exiguntur.

Transmissio legatorum sic procedit, quando illa relicta fuerint putè, seu absque conditione de futuro contingenti, aut ad certum diem soluenda, transmittuntur

2.

3.

4.

5.

6.

## CAPUT XVII.

De aditione, repudiatione, ac transmissione hæreditatis. De acquirendis, & transmittendis legatis; ac de successione hæredis in obligacionem soluendi defuncti debita: & de iure detrahendi falcidiam, & Trebellianum à fidicicommissis.

1. *Aditio, & acceptatio idem est.*  
*Quomodo transmittatur hæritas ad hæredes.* *ibid.*
2. *An hæres suis possit transmittere hæreditatem antequam illam adeat, & quibus modis possit transmitti ante aditionem.*
3. *Legatarius ante traditionem legati comparat illius dominium, postquam hæres hæreditatem adie.*
4. *Quid si ei legetur res incerta, ut unum predium, & 20 modij frumenti, quo casu certa est quantitas, incerta qualitas frumenti.*
5. *Legata pia debentur ante aditionem hæreditatis.*
6. *Quomodo procedat transmissio legatorum.*
7. *Hæritas complectitur omnia debita, que defuncto debentur, & omnia que defunctus debet.*
8. *Hæres, qui inuentarium non fecit bonorum defuncti, an in foro conscientie teneatur ad illius debita in solidum, & ultra vires hæreditatis, & num. 9.*  
*Quid in foro exterioro.* *ibid.*
9. *An ad debita, que defunctus contraxit ratione delitti, v.c. homicidij, teneatur hæres: & quid si sunt debita realia, & personalia.*
10. *Quid sit legatum, quomodo definitur, & an debeatur, quando testamentum non est validum: & quid si sit inuidum ex capite præteritionis.*
11. *Quid sit falcidia: agitur de iure detrahendi illam.*
12. *Quibus casibus falcidia non detrahitur.*  
*Testator semper in iure presumitur voluisse minus grauare heredem, quam grauare.* *ibid.*
13. *Quid quando excipiuntur casus à falcidia per modum pœna.*  
*Ut quando hæres inuentarium bonorum defuncti non fecit, an obligandus sit hæres tunc ad falcidiam ante sententiam latam.* *ibid.*
14. *Explicantur nonnulli casus circa falcidiam, & num. 16.*
15. *Quid sit Trebelliana explicatur, & quibus casibus contingat.*

**D**icitur, & acceptatio hæreditatis in iure, & apud Doctores, idem est; & ideo aditi dicitur hæritas, cùm ab hærede acceptatur, sive verbo, sive facto, hoc est, gerendo se pro hærede, §. ultimo. *Institut. de heredum qualitate.* Repudiatur cùm similiter nec verbo, nec facto acceptatur. Transmittitur vero cùm ad hæredes ipsius hæredis ab ipso hærede transit; & regulare quidem est, neminem posse transmittere hæreditatem, nisi postquam illam adierit, atque ita suam fecerit, l. unica, §. in nouissimo. C. de caducis tollendis.

Nihilominus præter communem regulam tripli cititer potest hæreditas non aditæ transmitti, Primo iure suitatis: nam si successor sit hæres suus, prout suprà explicauimus: is ubi primum sibi hæritas defecit, si moriatur antequam illam adeat, nihilominus eam transmittere potest ad quoslibet hæredes, quos habet, l. in suis ff. de suis, C. legatis mis, l. apud hostes, C. eodem. l. 3. C. de legatis. Secundò iure sanguinis, quo quis descendens, licet hæres defuncti non sit, potest hæreditatem sibi de latam, nondum aditam transmittere, non ad quoslibet hæredes, quos habeat, sed ad solos descendentes, si filios habeat, l. unica. C. de his, qui ante aperit, tab. §. in nonissimo. vers. excepta. Tertiò iure deliberandi, datur enim annus ad deliberandum de hæreditate acceptanda, vel repudianda, cuius descendenti defuncti, licet hæres suus non sit, & tunc int̄a illum annum, potest illam transmittere, licet nondum illam adierit, non ad quoslibet hæredes, sed solùm ad descendentes, si è vita discedat intra annum à die, qua illam sibi delatam cognovit, l. cum in antiquis. C. de iure deliberandi dicto §. in nouissimo. quæ omnia, & latè ad eundem articulum pertinentia, doctè tractat Antonius Gomez tom. 1. variar. resolut. cap. 9.

Potè legata acquiruntur, ac comparantur hac subiecta ratione. Primo, si res certa, & singulariter designata, vt talis fundus, legetur pure, & simplificiter, id est, absque conditione de futuro contingenti: tunc cùm primum hæres adit hæreditatem, legatarius, regulariter loquendo, comparat talis rei dominium, quamvis ignoret sibi legatam fuisse; manet tamen ei libertas acceptandi, vel repudiandi illam, l. à Tito, ff. de furis, l. legatum 2. ff. de legatis 2. & l. si tibi homo. §. cum seruui. ff. de legatis 1. Dixi, regulariter, quia in nonnullis rebus, quanquam paucissimis, dantur exceptiones illæ, quas perstringit Sylvester verb. legatum 1. quest. 15. Prima, quando legitur res aliena, l. cum alienam, C. de legatis. Secunda, cùm legatur res in genere, non in particulari, l. apud Offidium. ff. de opt. legat. Tertia, cùm legatur aliquid alternativè, l. huiusmodi, §. Stichum, ff. de legat. 2. & cùm legatur in diem, quia nisi adueniente die, non transit in potestatem legatarij, l. Sempronius ff. de usufructu. Quarta, quando legat aggrauat legatarium ad vendendam rem, l. xxorem, ff. de legatis 3.

Si legetur res incerta, & indeterminata in individuo, quamvis certæ sit quantitatis, vt certæ numero pecunia, aut frumenti, modij, statim ac hæres adit, vel acceptat hæreditatem, non comparat eius rei dominium, sed ius ad eam cum actione hypothecaria super bona defuncti, vt ad quenquam deuenient, maneant obligata solutioni, talis legati, l. 1. C. communia de legatis. Ante aditam verò hæreditatem, siue legatum sit huius, siue illius speciei, neutro modo acquiritur, l. si nemo l. ff. de testam. intelia, quod ius, an in Castella procedat, videatur apud Couarruianum in cap. Raynaldū, §. 3, num. 11.

Delegaris tamen pīs, controversia est, que habent ardua apud Iuristas, an debeatur etiam ante aditam hæreditatem? & affirmant Panormitanus, Bartolus, & alij, quos Couarruianus refert, ac tandem sequitur, licet hinc inde vellet, ubi proximè allegatus, quibus adhæreō, quia fauore pietatis solemnitates ciuiles in huiusmodi casibus non exiguntur.

Transmissio legatorum sic procedit, quando illa relicta fuerint putè, seu absque conditione de futuro contingenti, aut ad certum diem soluenda, transmittuntur

2.

3.

4.

5.

6.

## 610 De translat. dominij per vlt. volunt.

misiuntur ad heredes legatarij , mortuo ipso legatario post mortem legantis , sive adita sit haereditas sine non sit. Si vero testata sunt sub conditione , aut in diem incertum , ita quodvis viam habeat pendens conditionis , mortuo legatario ante conditionem impletam ; non transmituntur , sed recidunt ad alios successores ploros defuncti ; quia tota dispositio habetur locutio , C. de caducie tollendis , per multos . 55. iuncta etiam glossa , & communis Doctorum . video Antonium Gomezum sollicitum resolut. cap. 12. 22. in libro 10. ment. 12. abnon . ment.

7. Et vero , sicut haereditas complectitur debitis , quae defuncto debebantur , cum dicatur vniuersum ius , quod defunctus habuit tempore mortis , est enim haereditas nomen vniuersale comprehendens omnia iura , & actiones defunctorum . Reinosus obseruat . 42. num. 7. 1. nihil aliud . ff. de verbis obligatis . I. hereditatis ff. de regal. iuriis , ita manet obligata solvenda debitis ipsius defuncti , & cum eo onere transit ; transirent enim omnia bona , & omnes actiones , & obligationes reales actiue , & passiuæ defunctorum ad suos heredes vniuersales , I. E. C. si gerimur petatur , I. volum. C. de hereditib. legg. , & deinde de quaeritur ff. ad Trebellianum . Reinosus late , & bene , obseruat . 42. num. 7. Molini de primog. cap. 10. num. 6. & 7. eaque obligatio heredi incumbit , vñque ad vires quidem hereditatis , modò ipse invenientium bonorum ipsius defuncti in tempore , & forma à iure prescriptis faciat : si tamen invenientium non fecerit , tenebitur ipse heres creditoribus , & legataiis defuncti insolida , sive haereditas eis oneribus sufficiat , sive non sufficiat . Insuper , si invenientium non fecerit , priuatur haeres beneficio falcidiae , de quo statim dicemus , I. ultim. C. de iure delibera. iuncta Anthrac. de hereditib. & facid. & hinc nobis . & hoc sive illa controversia procedit in foro judiciali , etiam Ecclesiastico , vt probatur ex cap. Reynaldus , ad finem , de testam.

8. An vero in foro conscientiae , & ante indicis sententiam haeres , qui invenientium non fecerit , tenetur ad omnia debita , & legata defuncti in solidum , & ultra vires hereditatis , aliquam difficultatem haberet . & quidem Contrauicias ad cap. 1. de testam. num. 16. & 17. distinguit , & ait , quoad debita teneri , quoad legata non teneri . Fundamentum illius est , vt ex sua doctrina antecedenter iacta colligitur , quod haeres tenetur creditoribus defuncti ex quodam quasi contractu , quem cum ipsis init , eo ipso , quod hereditatem adit , & invenientiam non conficit , quasi per talem aditionem suscipiat in se eandem obligationem , qua defunctus ipsis obstringebatur ad soluenda integra debita , quantumcunque habet copiam bonorum : at vero legatariis non teneri cum tanto rigore , nec ex quasi contractu , nisi quando lex præsumit , ipsum , eo quod invenientium non fecerit , surripuisse multa de haereditate , fraudulentemque causati , illam legatis soluendis non sufficeret , ac proinde cessante vere tali fraudulentia , non datur ratio , ob quam in foro conscientiae ad legata praestanda ultra veritatis summarum , tenetur : & hanc opinionem tenet etiam Vallascus tom. 1. consult. 52. num. 53. Molina tom. 1. de iustit. diff. 217. conclus. 1. & 2. & quamuis dubius magis ad hanc partem accedere videtur Gregorius Lopez lib. 10. sit. 6. part. 6. verb. ius mandat. in fine .

9. Nihilominus indistincte tenendum est in proprie. casu , neque creditoribus , neque legatariis teneti heredem in foro poli ultra vires hereditatis ante indicis condemnationem ; quae est senten-

tia communissima , quam tenent Doctores viri que iuris , vt fatetur Contrauicias citatus , & patet ex plurimis , ac grauissimis Doctoribus , quos pro hac opinione citat Antonius Gomez ad l. 3. Tauri , num. 121. inter quos est Battolus , & Baldus , & Summis , ut Sylvester verb. hereditas 3. num. 7. & verb. usura 6. quest. 10. Angelus num. 6. D. Antoninus 2. par. 11. 2. cap. 7. §. 3. & absolute hanc opinionem sequitur Bartolus in L 1. num. 46. C. de sacrosant. Eccles. in rubr. num. 3. ff. de acquirend. heredit. vbi Alexander num. 5. Sancius lib. 4. cap. 15. num. 37. tom. 6. Decalogi , vbi citat plurimos , inter quos est etiam Sotus lib. 6. de iustit. quest. 1. art. 4. ad 3. & probatur in primis destruendo Contrauicias fundamentum , quia haeres legatariis quoque tenetur ex quasi contractu , vt habetur expressè §. haeres. Inflit. de obligat. que ex quasi contractu nascentur ; & nihilominus in conscientia non tenetur legatariis ultra vires hereditatis , licet invenientium non conficiat , fatente etiam ipso Contrauicia : ergo nec ex eo fundamento creditoribus tenetur . Deinde directe ostenditur , quia vera ratio legis obligantis ad illam solutionem in solidum respectu utrumque tam creditorum , quam legatariorum est presumptio de malignitate , & fraudulentia hereditis , & causa , ne per omissionem inveniarum ei fraudi pateat locus , vt ipsi textus satis significant: ergo vbi reuera nulla fraus internenerit , non est , quod haeres , licet ea solemnitas facti , aut faciendo inveniatur omittatur , aut legatariis , aut creditoribus obligetur ultra vires hereditatis ante indicis sententiam . & confirmatur , quia quatenus lex in tali casu præcipit fieri solutionem in solidum , personalis est , & constat , talem penam ante indicis sententiam non obligare .

Sed dubitabis , an debita , quae defunctus contraxit ratione delicti , transeat ad heredem ? & pro resolutione nota , tale debitum posse referti tam ad damnum , tam ad iniuriam personalem , propter distinguunt ab ipso damno reali , v. c. in homicidio est iniuria illata ipsi homini occiso , adempta ei vita : & est damnum familiæ datum , quam ille fortè alebat , & ideo consequenter iuxta haec duo capita debet attendi debitum ab occidente contractum . Hoc posito absolute resolute ; sive defunctus cum penitentia delicti mortuus sit , sive non , heredem illius teneri in conscientia secundum vires hereditatis ad debitum reale , quatenus respiciebat instant satisfactionem damni realis : non teneri tamen ad satisfactionem debiti personalis , quatenus respiciebat iniuriam personalem mortuo illataam .

Primam resolutionis partem docet Sotus in 4. de iustit. quest. 6. art. 3. ante solutionem ad 4. Contrauicias lib. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 7. Sylvester verb. hereditas 3. quest. 4. estque communis , & probatur , quia sicut haeres succedit in bonis defuncti , ita oportet succedit in obligatione soluendi debita realia : eoque minus de hoc queri potest , quia patius habet , vt sibi soluant similia debita erga defunctum ex delicto . Quoad iudicium vero exteriū , ita credunt communiter iuristi , inter quos est Iulius Clarus in practic. criminal. §. finali , quest. 51. vers. ultimus quero . Credunt , inquam , hac in parte esse discriben. inter forum Ecclesiasticum , & secularis , & in illo dari actionem ex tali debito contra heredem , in hoc non dari . Contrauicias tamen ubi proxime , magis probat , quod reuera talis discordia , discribenque non detur ; sed ius canonicum concedens actionem contra heredem ex delicto defuncti , intelligatur , quoad petendam satisfactionem damni realis : ius vero ciuile negans , procedat de actione

## 612 De translat dominij per vlt.volunt.

24.

Porro circa casus à beneficio falcidiæ exclusos, animaduertes, quosdam excludi, per modum legis pœnalis, tunc videlicet, quando hæres inuentationem non conficit; quando defuncti voluntatem tempore debito non compleat; quando aliquid de hæreditate suæ tripit, & in his non mihi videtur hæres obligandus ante latam sententiam ad subeundam talam multam, cum per modum pœnae à iudice infligenda ei decerni videatur, & ipsiusmet texus hanc interpretationem satis admittunt. Animaduertes item, peculiarem esse difficultatem circa illud, de quo disponit in *Authentica de hæredib. & falcidiis*, §. non autem, & l. error, & l. ultim. C. ad l. falcidiam. & dispositio est, ut si hæres cœperit soluere legata integra, non possit postea repetere falcidiæ à solutis, nec eam detrahere à soluendis, etiam per ignorantiam iuris detrahenda falcidiæ id fecerit; securus si per ignorantiam facti, hoc est, quod per errorem crediderit, maiores esse vires hæreditatis.

25.

In primis enim dubitatur, an contingentia illa solutione per errorem facti (quo casu lex concedit hæredi petitionem falcidiæ) teneatur legatarius in conscientia antequam à iudice compellatur, eam portionem hæredi restituere? Medina *de rebus restitutis*, quest. 23. §. iuste potest. & pro Medina facit Sylvestre verb. *restitutio* 2. num. 1. post quosdam alios negat, si legatarius habeat causam præsumendi voluntatem defuncti, tacitam fuisse, ut ipse integrum legatum acciperet.

Sed profecto contrarium est assertendum cum Panormit. ad cap. quia plerique, de immunit. Eccles. num. 16. & 17. Bartolo, Baldo, & aliis. & fundatum est quia lex introduxit falcidiæ beneficium respectu tacite voluntatis defuncti, non tamen contra expressam, ut manifeste patet dicit. *Authentic* §. hunc nobis, & cap. *Raynaldus*, ad finem, de testam. & pro bono publico iuste id facere potuit, ut etiam conuincitur ex canone citato, & beneficium falcidiæ, ubi procedit per modum dispositionis absolute, & non ex præsumptione, aut per modum legis pœnalis haud dubie vim habet in foto conscientie; quare nullo modo licebit illi legatario contra voluntatem hæredis illam positionem retinere.

26.

Deinde dubitatur, solutis illo modo legatis per ignorantiam iuris, ignorantem nimitem hæredem competere sibi ius falcidiæ, quo casu lex, nec admittit repetitionem falcidiæ, quoad soluta, an in foro poli locum nihilominus habeat talis repetitio, & detractio, quidquid sit in foro soli, & indiciali, & puto affirmandum, tametsi non video hoc dubium à Doctoribus ventilatum. Moneor autem, quia non videtur fuisse mens legis, ut falcidiæ, quæ tanta æquitate fuit concessa hæredi, denegetur ei absque vila culpa sua, sed quod solum ignorauerit, competere sibi hoc beneficium, & præterea cœpit soluere legata, non vtendo eo. Quod igitur lex ignorantie iuris exceptionem reiiciat, puto esse, quod præsumat illam fraudulenter allegari, & ruerat hæredem, qui cœpit soluere legata in solidum sciens hæreditatis vires, aut promissæ defuncto se ita fakturum, nec falcidiæ detraetur, aut accepisse hæreditatem iis oneribus sufficiemt absque falcidiæ detractione, & postea malignè tergiuersari; quare competit contraria veritate, sicutem in foro poli inclino literam eius dispositionis non procedere, sed hæredem ita deceptum, posse postea falcidiæ repetrere, & detrahere, legatariusque cui constat de ea hæredis innocensia, debere ipsi restituere, quod per errorem ultra debitum accepit.

Quod attinet ad Trebellianicam, eo minus de dicendum est, quæ maiorem similitudinem habet cum falcidiæ. Quando igitur defunctus grauat hæredem, sive ex testamento, sive ab intestato, ut hæreditatem, quæ ipsi non esset necessariæ debita, alteri restituat, tunc talis hæres potest sibi retinere quartam partem hæreditatis restituendæ, quæ quartæ Trebelliana dicitur à Trebellio auctore huic dispositionis, quæ latè patent *Institut. de fid. commis. heredit. & C. ac ff. ad Trebellian.* & approbantur in cap. *Raynurus*, & *Raynaldus*, de testam. & procedit hoc ius de hærede vniuersali, hoc est, succedente, aut in tota hæreditate, aut in parte quota, ut tertia, vel quarta: non autem de succedente iure in parte certa, ut post alios notat Sylvestre verb. *legatum*, num. 1. Quamvis autem Trebellianica habeat plures conuenientias cum falcidiæ, ut quod non detrahatur à fideicommissio pio; tamen sunt etiam inter viranque aliqua discrimina, inter quæ illud est, quod relicta hæredi titulo legati, aut alio diuerso ab ipsa institutione, non sunt computanda in quartâ falcidiæ, secus atque in Trebelliana, ut exprimitur l. in quartam ff. ad l. falcidiam, quæ, & multò plura de iure Trebellianæ prosequuntur Doctores. & nos omittendum duximus, quæ videre licet apud Sylvestrum proxime citatum. Couarrnuiam ib. cap. *Raynaldus*, Gomez tom. 1. var. *resolut. cap. 5. Iulium Clarum §. testamentum*, quest. 62.

### CAPUT XVIII.

### DE PARTITIONIBVS.

An bona castræ, & quasi castræ adducenda sint ad partitionem: & possint validè clerici filijfamilias de illis testantes sine causa præterire, & ex hæredate parentes.

1. *Bona castræ, aut quasi castræ non veniunt ad partitionem: traditur illorum definitio.*

2. *Sunt milium stipendia, & generaliter loquendo omnia illa, que in bello, & causa belli seu militia, à milibus acquiruntur.*

3. *Qui nomine militum comprehendantur, intelligantur.*

4. *Bona mobilia, que à patre, vel matre, vel à quis alio donantur milibas eunibus in bellum, castræ sunt.*

5. *Quid de bonis immobilibus si hac causa donentur.*

6. *Hæritas bonorum immobilium militi relata ratione amicis contracta in casris, ad bona castræ perirent.*

7. *Quid de bonis donatis à parentibus filiis iam coniugatis eunibus in bellum, an sint ad collationem adducenda de iure Lusitano.*

8. *Quid si propter aliquid impedimentum proscriptio in bellum impediatur, & ea bona in preparacione ad illud, sint consumpta, & quid si aliqua extint.*

9. *An adducenda sint ad collationem ea, que pater, vel matri dedit filio coniugato ad emendam dignitatem in militia.*

10. *An bona castræ dicerda sint ea, que donantur, vel testamento relinquuntur militi, que ta-*

## 612 De translat dominij per vlt.volunt.

24.

Porro circa casus à beneficio falcidiæ exclusos, animaduertes, quosdam excludi, per modum legis pœnalis, tunc videlicet, quando hæres inuentationem non conficit; quando defuncti voluntatem tempore debito non complevit; quando aliquid de hæreditate suæ tripit, & in his non mihi videtur hæres obligandus ante latam sententiam ad subeundam talam multam, cum per modum pœnae à iudice infligenda ei decerni videatur, & ipsiusmet texus hanc interpretationem satis admittunt. Animaduertes item, peculiarem esse difficultatem circa illud, de quo disponit in *Authentica de hæredib. & falcidiis*, §. non autem, & l. error, & l. ultim. C. ad l. falcidiam. & dispositio est, ut si hæres cœperit soluere legata integra, non possit postea repetere falcidiæ à solutis, nec eam detrahere à soluendis, etiam per ignorantiam iuris detrahenda falcidiæ id fecerit; securus si per ignorantiam facti, hoc est, quod per errorem crediderit, maiores esse vires hæreditatis.

25.

In primis enim dubitatur, an contingentia illa solutione per errorem facti (quo casu lex concedit hæredi petitionem falcidiæ) teneatur legatarius in conscientia antequam à iudice compellatur, eam portionem hæredi restituere? Medina *de rebus restitutis*, quest. 23. §. iuste potest. & pro Medina facit Sylvestre verb. *restitutio* 2. num. 1. post quosdam alios negat, si legatarius habeat causam præsumendi voluntatem defuncti, tacitam fuisse, ut ipse integrum legatum acciperet.

Sed profecto contrarium est assertendum cum Panormit. ad cap. quia plerique, de immunit. Eccles. num. 16. & 17. Bartolo, Baldo, & aliis. & fundatum est quia lex introduxit falcidiæ beneficium respectu tacite voluntatis defuncti, non tamen contra expressam, ut manifeste patet dicit. *Authentic* §. hunc nobis, & cap. *Raynaldus*, ad finem, de testam. & pro bono publico iuste id facere potuit, ut etiam conuincitur ex canone citato, & beneficium falcidiæ, ubi procedit per modum dispositionis absolute, & non ex præsumptione, aut per modum legis pœnalis haud dubie vim habet in foto conscientie, quare nullo modo licebit illi legatario contra voluntatem hæredis illam positionem retinere.

26.

Deinde dubitatur, solutis illo modo legatis per ignorantiam iuris, ignorantem nimitem hæredem competere sibi ius falcidiæ, quo casu lex, nec admittit repetitionem falcidiæ, quoad soluta, an in foro poli locum nihilominus habeat talis repetitio, & detractio, quidquid sit in foro soli, & iudiciali, & puto affirmandum, tametsi non video hoc dubium à Doctoribus ventilatum. Moneor autem, quia non videtur fuisse mens legis, ut falcidiæ, quæ tanta æquitate fuit concessa hæredi, denegetur ei absque vila culpa sua, sed quod solum ignorauerit, competere sibi hoc beneficium, & præterea cœpit soluere legata, non vtendo eo. Quod igitur lex ignorantie iuris exceptionem reiiciat, puto esse, quod præsumat illam fraudulenter allegari, & reuera hæredem, qui cœpit soluere legata in solidum sciens hæreditatis vires, aut promissæ defuncto se ita fakturum, nec falcidiæ detraetur, aut accepisse hæreditatem iis oneribus sufficiemt absque falcidiæ detractione, & postea malignè tergiuersari; quare competit contraria veritate, sicutem in foro poli inclino literam eius dispositionis non procedere, sed hæredem ita deceptum, posse postea falcidiæ repetrere, & detrahere, legatariusque cui constat de ea hæredis innocensia, debere ipsi restituere, quod per errorem ultra debitum accepit.

Quod attinet ad Trebellianicam, eo minus de dicendum est, quæ maiorem similitudinem habet cum falcidiæ. Quando igitur defunctus grauat hæredem, sive ex testamento, sive ab intestato, ut hæreditatem, quæ ipsi non esset necessariæ debita, alteri restituat, tunc talis hæres potest sibi retinere quartam partem hæreditatis restituendæ, quæ quartæ Trebelliana dicitur à Trebellio auctore huic dispositionis, quæ latè patent *Institut. de fid. commis. heredit. & C. ac ff. ad Trebellian.* & approbantur in cap. *Raynurus*, & *Raynaldus*, de testam. & procedit hoc ius de hærede vniuersali, hoc est, succedente, aut in tota hæreditate, aut in parte quota, ut tertia, vel quarta: non autem de succedente iure in parte certa, ut post alios notat Sylvestre verb. *legatum*, num. 1. Quamvis autem Trebellianica habeat plures conuenientias cum falcidiæ, ut quod non detrahatur à fideicommissio pio; tamen sunt etiam inter viranque aliqua discrimina, inter quæ illud est, quod relicta hæredi titulo legati, aut alio diuerso ab ipsa institutione, non sunt computanda in quartâ falcidiæ, secus atque in Trebelliana, ut exprimitur l. in quartam ff. ad l. falcidiam, quæ, & multò plura de iure Trebellianæ prosequuntur Doctores. & nos omittendum duximus, quæ videre licet apud Sylvestrum proximè citatum. Couarrnuiam ib. cap. *Raynaldus*, Gomez tom. 1. var. *resolut. cap. 5. Iulium Clarum §. testamen. tum*, quest. 62.

### CAPUT XVIII.

#### DE PARTITIONIBVS.

An bona castræ, & quasi castræ adducenda sint ad partitionem: & possint validè clerici filijfamilias de illis testantes sine causa præterire, & ex hæredate parentes.

1. *Bona castræ, aut quasi castræ non veniunt ad partitionem: traditur illorum definitio.*

2. *Sunt milium stipendia, & generaliter loquendo omnia illa, que in bello, & causa belli seu militia, à milibus acquiruntur.*

3. *Qui nomine militum comprehendantur, intelligantur.*

4. *Bona mobilia, que à patre, vel matre, vel à quis alio donantur milibas eunibus in bellum, castræ sunt.*

5. *Quid de bonis immobilibus si hac causa donentur.*

6. *Hæritas bonorum immobilium militi relata ratione amicis contracta in casris, ad bona castræ periinet.*

7. *Quid de bonis donatis à parentibus filiis iam coniugatis eunibus in bellum, an sint ad collationem adducenda de iure Lusitano.*

8. *Quid si propter aliquid impedimentum proscriptio in bellum impediatur, & ea bona in preparacione ad illud, sint consumpta, & quid si aliqua extint.*

9. *An adducenda sint ad collationem ea, que pater, vel matri dedit filio coniugato ad emendam dignitatem in militia.*

10. *An bona castræ dicerda sint ea, que donantur, vel testamento relinquuntur militi, que ta-*

- men ei donarentur, vel relinquenterunt, etiam si miles non esset.
- 11 Quid si pater, vel mater, vel alius extraneus, donent aliqua filiisfamilias, afferentes, volumui, ut hoc tibi sit in peculium castrense.
- 12 An sint tunc ut bona aduentitia.
- 13 Bona acquisita ab Aulicis, in ipsa aula, castrensis sunt.
- Item bona donata à Rege, Regina, Principe, vel ab aliquo Regis filio. ibid.
- 14 Quid si Regis filius fuerit bastardus, non legitimatus.
- 15 Filii familias per militiam non egrediuntur patriam potestatem: circa bona castrensis habent independenter à parentibus permissuam potestatem, & de illis possunt disponere tanquam patres familias, etiam per testamentum, venditionem, & donationem, modo puberes sint.
- 16 Quidquid ex bonis castrensis, aut quasi castrensis acquiritur, etiam per empionem, & iundum, ad castrense peculium pertinet.
- 17 Quasi castrensis bona qua sint.
- An sint ea, que ratione officiū acquiruntur, siue publicum stipendium habeat, siue non habeat, & quodnam officium debeat esse. ibid.
- 18 An sint etiam omnia, que donantur ad exercenda talia officia, ut libri Aduocati, & Concionatoris, mula, que datur Medico, &c.
- 19 Quasi castrensis sunt, que à Rege, vel Regina, vel à Principe filio, vel filiisfamilias donantur.
- 20 Item, qua filiisfamilias acquirunt ex officio Clericis, & beneficio.
- 21 An filiisfamilias possint validè preterire, & excludere parentes quoad bona castrensis, vel quasi castrensis.

**D**icit separationem, diuisionemque animæ à corpore, ac mortem defuncti, sequitur, ut bona illius inter filios, & heredes dividantur. De hac diuisione, & partitione bonorum in sequentibus capitibus agemus; quam ut possimus æqualiter inter heredes constituere, præmittendum est, quatuor bonorum differentias, que partitionem non ingrediuntur, bona, scilicet, castrensis, quasi castrensis, aduentitia, & profectitia. Videndum ergo est, que illa sint. Patet in primis ex iure, & Doctoribus, bona castrensis, & quasi castrensis ita esse prærogativa, ut filiisfamilias, qui illa habent, ca adducere ad collationem post mortem parentum cum aliis fratribus, minime teneantur, sicut enim tota pleno iure illorum, ita haberur. l. 1. C. de castrensi. pecul. milit. lib. 12. l. vñica, C. de castrensi Palatinorum peculio. cod. lib. 12. l. 19. Tauri, Ordinario Lusitanæ lib. 3. tit. 9. §. 3. in nouis. Cabedo decis. 14. Alinarus Vallascus de partitionib. cap. 13. Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disp. 230. Sylvestr. verb peculium castrense 1. & alij communiter, ut ex dicendis constabit. Illorum natura, & definitio, cum ex voluntate Principum pendeat, difficile tradi potest. Communiter sic apud Doctores ita discribuntur. Bonacastrensis sunt illa, que militie, castrorumve causa, aut in palatio Regis, Regine, aut Principis (quod etiam castrum in iure dicitur, à filiisfamilias acquiruntur, que autem sint quasi castrensis, dicemus infra à num. 17. & deinceps. Solùm restat inquirere, que illa in particulari sint.

Sunt igitur in primis bona castrensis, que alio nomine castrense peculium nuncupantur, militum stipendia, & generaliter loquendo quecunque bona, que milites in militia, & causa militiae acqui-

Fagundez de Iustitia, &c.

runt, peculium castrense, seu castrensis bona, dicuntur, l. castrense, ff. de castrensi peculio. l. 1. C. cod. lib. 12. l. 6. & 7. tit. 17. part. 4. Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 77.

Nomine autem militum, veniunt, ut alibi diximus, otunes officiales exercitus, etiam scribae, supputatores, & quicunque illi sint, modò exercitum comitentur, & quia munus in exercitum habent, & quia pugnant, quando est necessarium, l. ultima, C. de castrensi peculio. lib. 12. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 230. §. inter milites. Veniunt etiam in præliis naualibus nauæ, remiges in triremibus, & omnes, qui in nauibus, & triremibus stipendium merentur, & classi gubernandæ inserviunt. Denique omnes illi, qui rebus naualibus præsunt, & ad conseruandam classem inuigilant; quidquid enim hi ea via acquirunt, siue stipendium, siue preda ex hostibus capta, siue præmium ob operam nauatam, ad castrense peculium spectat, l. vñica, §. item nauarcho, ff. de honor. possess. ex testamento. milit. l. 6. tit. 17. part. 4. Gregorius Lopez ibi, glossa 1. Molina allegatus, veniunt denique omnes, qui arcus, & castra custodiunt, munus exerceant ad conseruationem arcium necessarium, quanvis nullum bellum immineat, iuxta auctores, & iura citata; & quia q̄ etiam parati sunt ad bellum, & sine illis arcis, & regna defendi non possunt, & stipendium in rebus ad militiam pertinentibus merentur, & pugnant, quando necesse est.

Per bona castrensis intelliguntur etiam bona mobilia, que per patrem, matrem, vel quemlibet alium filiisfamilias, amicis, propinquis, & cognatis in bellum proficiscentibus, veluti arma, equi, pecuniae, vestes, cærenæ auræ, & omnia alia bona mobilia, que vel ad militiam, & illius sumptum, vel ad ornatum personarum militum inserviunt, donantur, l. mulier, l. milites præcipua, l. castrense peculium l. 1. C. cod. tit. lib. 12. l. 4. C. familia ericende, docet Antonius Gomez ad l. 29. Tauri, n. 9. & 10. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 230. §. deinde, & communiter omnes.

Dixi, bona mobilia, que si bona immobilia donentur filiisfamilias euntibus in bellum, non pertinent ad bona castrensis, ac proinde ad collationem adducenda sunt, quanvis intuitu belli, & militaris expeditionis donentur, l. 1. C. de castrensi peculio, lib. 12. l. 4. C. familia ericende. Nec pertinet etiam ad castrense peculium, si quid patet, vel mater filio reuertenti è bello in præmium militie bene gestæ donauerit, l. pater militi, ff. de castrensi peculio. Molina allegatis §. item bona.

Hæreditas tamen, in qua bona immobilia continentur, deque bonis immobilibus, que quis sine consanguineus, siue extraneus, ratione amicitiae, & consuetudinis contractæ in castris, expeditionibus, que cum milite, eidem reliquit, ad bona castrensis, & peculium castrense spectat: & præterea quanvis bona etiam immobilia ex eodem peculio empta, & acquisita, l. 1. C. de castrensi peculio milit. lib. 12. l. castrense, & l. D. Adrianus, ff. de castrensi peculio. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 230. §. item bona, & alij communiter.

De iure vero Lusitano, in veteribus ordinationibus lib. 4. tit. 77. in nouis, lib. 4. tit. 97. donata à parentibus filiis coniugatis proficiscentibus in bellum ad sumptus militie, ad peculium castrense non spectant; tenenturque postea prædicti filii coniugati ea adducere ad collationem pro valore estimationis, quam habuerint tempore mortis parentum. Excipitur tamen in iisdem Ordinationibus, nisi quando filii coniugati in bellum proficiscenti-

bus

4.

5.

6.

7.

FFF

bus nondum erant equites; tunc enim, si nondum erant aurati, aut armati equites, non tenentur ea ad collationem adducere. ita Gama decif. 140. num. 1. & 2. Vallasc. de partitionib. cap. 13. num. 169. Molina tom. 1. de iustitia, disp. 230. §. deinde bona. & idem est iuxta hos Doctores de iure communi, & de eodem iure Lusitano lib. 4. tit. 97. num. 9. in nouis. Si detur aliquid à parte coniugato ad emendum officium militare, seu dignitatem personalem in militia. patet ex l. 1. §. sed neque castrense, ff. de collationibus honorum, multum enim confert bono communi Regni, & Reipublicæ nobilibus abundare, & cum ea dignitas sit nobilitas quædam, quæ in reliquos redundat cohæredes, debent illi id gratiam habere, alioquin irrationalib[us] erunt.

8. Néque obstat, quod profectio in bellum propter aliquod fortuitum impedimentum, effectu caret, v. c. propter mortem, infirmitatem, & quid simile, tunc enim id, quod iam consumptum erat in præparatione ad eam profectiōnem; non tenetur filiusfamilias adducere in partitione, sed solum tenetur adducere id, quod extat, ut optimè animaduertunt Gama, & Molina allegati. tum, quia impedimentum fortuitum adueniens non est considerandum, l. si vehenda in fine, ff. ad l. Rhodium de iactu. tum, quia per eum non stetit, l. qui operas, ff. locati.

9. Maius dubium est, an ea, que data sunt per patrem, vel matrem filio coniugato ad emendum officium, vel dignitatem in militia, conferenda sint, si emptio effectum non habeat? & verò, si loquamus de eo, quod extat, siue sit pecunia, siue quid aliud, non est dubium conferendum esse. Si verò loquamus de eo, quod iam consumptum est in præparatione ad emptionem; que per eum non stetit, sed casu aliquo fortuito impedita fuit, pater non esse id conferendum, si nec maliciose, nec fraudulentiter se gestit, sed bona fide egit, quia in eo casu, videtur filius coniugatus parificandus cum filiofamilias non eunte in bellum, de quo num. precedenti egimus, vt ex Molina, & Gama deducitur. Dixi, maliciose, quia fraus, & malitia non debet patrocinari auctori suo, nec commodum ei affecte, l. quoties, §. qui dolo ff. de probatio[n]ib. cap. ex literis, de dolo, & contumacia, cap. Seuēt. Apostolica, cap. ex tenore, de rescriptis.

10. Quid autem si filiofamilias militi aliquid donetur, vel testamento relinquant, siue ab extra-neo, siue à parte, vel matre, vel propinquo, mobile, vel immobile, non intuitu, & ratione militie, sed ex benevolentia, quia similiter donaretur, vel relinquenter, etiam miles non esset? Respondeo, non id tunc ad peculium castrense, vel qualib[us] castrense spectare, l. si militi, l. si forte, l. castrense, ff. de peculio castrensi. Molina tom. 1. de iustitia, disp. 230. §. item bona castrensis. Bartolus in trattatu de duobus fratribus, num. 9.

In dubio autem, an id similiter donaretur, etiam si miles non esset, attendendum est ad circunstan-tias, & conjecturas donationis. Si enim id, quod datum fuit, directe militie inseruiat, & sit directum militie instrumentum, veluti, equi, armata[m] offensiva, quam defensiva, putandum est ad peculium castrense spectare, & non est ad collationem afferendum. Si autem directe, & immediate ad bellum, & militie non inseruiat, sed remotè, velut pecunia, vlusfructus alieuius rei, pensiones, redditus annuales, & similia, presumendum

est, non fuisse donatum intuitu militie, & ideo conferendum esse, vt benè notant Bartolus, & Molina allegati, nisi ea donatio computetur cum bonis aduentitiis, quia tunc non erit conferendum, vt statim dicemus.

Si verò aliquid donetur, vel testamento relinquant filiofamilias non militi per patrem, vel matrem, vel quemlibet alium, cum expressione, vt sit ei in peculium castrense, talis donatio, vel reliquum non pertinebit ad ipsum peculium castrense, vt habetur expressè in l. si forte, ff. de castrensi peculio. & docet Molina tom. 1. de iustitia. dicta disp. 230. §. Bartolus. & Sylvestr[us] verb. peculium i. quæst. 5. & 7. & ipse Bartolus in tract. de duobus fratribus, num. 9. Ratio est, quia actus, & contractus, non sumunt nomen, & speciem à nomenclatura data à contrahentibus, sed ex materia, & natura rei, quam continent, vt est commune apud Doctores.

11. Pertinebit tamen iuxta Doctores modò citatos ad peculium aduentitium, vt dicitur in *Authentica*, excipitur, C. de bonis, quæ liber. peculium autem aduentitium, quamvis collationem non ingrediatur, nec ad illam adducendum sit, iuxta nostras ordinationes in nouis lib. 4. tit. 97. §. 19. tamen non est castrense; in hoc enim distinguitur à castrensi, quod in peculio castrensi habet filiusfamilias miles vlusfructum, & proprietatem, & pater nihil habet, nec vlusfructum, nec proprietatem: in peculio verò aduentitio, habet pater vlus fructum, filius verò proprietatem, & post mortem naturalem patris statim consolidatur vlusfructus boni aduentitij cum proprietate, & dominio filii.

12. Bona etiam acquisita ab aulicis in aula, & palatio Princeps, castrensis sunt, l. unica, C. de castrensi Palatinorum peculio, lib. 12. & l. 6. tit. 17. pars. 4. Vbi inter alias significaciones vocabuli, Castrum, commemoratur etiam, palatum Regis, idcirco quæ ibi ratione obsequij regalibus personis impensis acquiruntur, inter castrensis municipantur: ad quam classem rediit Anton. Gomez ad l. 29. Tauri, num. 10. & Molina tom. 1. de iustitia. disp. 230. §. inter castrensis, quæ parentes filiofamilias donant occasione vitæ aulice. In ordinationibus autem Lusitanis in nouis lib. 4. tit. 97. in veteribus eodem lib. tit. 77. similiter disponitur, vt donata per parentes filii occasione militie, & vitæ aulice non teneantur illi afferre ad collationem, quia castrensis sunt, & ideo vt adjungit nostri ordinationes, quæ patres, vel matres cum prædictis filiis expendunt, tam in bello, quam in palatio Regis, Reginæ, Princeps, aut cuiusvis alterius Regis filij, modò filij non sint coniugati, non sunt adducenda ad collationem, nam si sunt coniugati, adducenda sunt, præter illum tantum casum, de quo supra n. 7. egimus, quod scilicet donentur filiis coniugatis, vt dignitatem militie coemant, aut vt in bello equites armentur, & modò, vt id, quod dum fuerunt in palatio, consumptum ab eis non fuit, indeque reduxerint, teneantur conferre, pro aestimatione valoris, quo repertum fuerit tempore collationis, vel, si id vendiderunt, aut alienarunt, iuxta estimationem similiter, tempore, quo illud reduxerit. ita disponitur in nostris ordinationibus loco cit. docet Molina tom. 1. de iust. disp. 230. §. inter castrensis. Aluarus Vallascus in praxis de partitionib. cap. 13. num. 170. & 169.

13. An autem nomine filiorum Regis, intelligant etiam bastardi non legitimati? Planè Vallascus citatus putat intelligi (& bene;) quia tamen filius, est

## 616 De translat domini per vlt volunt.

scopi deputati; vel de codem Episcopi mandato in collegio aliquo, aut Academia, quasi in via ad maiores ordines versentur, iuxta dispositionem Concilij Tridentini sess. 23. cap. 6. de reformatio-  
ne, nam vnde probabit Molina, hanc consuetudinem, ille enim ibi eam non probat. Quare me-  
lius affirmit Sancius lib. 7. Decalog. cap. 15. num. 35. cum multis, quos ibi citat, iuxta ea, quae late,  
& copiosè diximus hoc lib. 6. cap. 9. num. 28. 29.  
& 30. Bona illa, quae huicmodi clerici acqui-  
runt, quasi castrensia esse, etiam si qualitates non  
habeant, quas Concilium Tridentinum modò  
allegatum requirit, loquitur enim ibi Concilium  
de necessariis ad gaudendum priuilegio fori, non  
de priuilegio bonorum castrensium, aut quasi  
castrensium.

21. Præcipuum dubium hic est, utrum filiisfamilias  
in bonis suis castrensibus, aut quasi castrensibus  
præterire possint validè in testamentis suis pa-  
rentes suos: & antequam respondeamus ad hoc  
dubium, notabis primò, olim fas fuisse filiisfami-  
lias præterire, & exhereditare parentes sine cau-  
sa in bonis castrensibus, & quasi castrensibus, ne-  
que proinde testamentum esse nullum, aut quere-  
lam inofficiosi pati potuisse. ita constat ex l. ultima,  
C. de inofficiis. testament. & satis id innuitur  
l. 6. in fine, tit. 17. parsit. 4. quo in loco ait Gre-  
gorius Lopez, liberè potuisse olim filiisfamilias  
clericos de suo peculio castrensi, vel quasi ca-  
strensi testari, patribus in testamento præteritis,  
exhereditatisque, de iure communis loquendo, ta-  
men si de iure Castellæ, firmus non sit. Secus erat  
tamen olim de patribus familias respectu filiorum,  
patres enim non poterant præterire filios in bo-  
nis castrensibus, aut quasi castrensibus, que ipsi  
patres habeant, ut constat ex eadem l. ultima, & si  
quem præteriissent, testamentum erat nullum, l.  
Papinianus, ff. de inofficiis. testament. Excipieba-  
tur tamen, nisi patresfamilias iure militari, &  
tanquam milites in militia testarentur, & ibi mor-  
tui essent, iuxta ea, quae tom. 1. de iustit. disp. 129.  
late disputat Molina, vel intra annum post fini-  
tam militatem expeditionem testarentur; tunc  
enim quamvis hæredes tam descendentes, quæ  
ascendentes præteriissent, aut exhereditassent, re-  
stamentum illorum erat validum, & nullam querelam inofficiosi patiebatur, etiamsi nulla alia bona  
haberent præter castrensia, aut quasi castrensia.  
l. Papinianus, ff. de inofficiis. testam. l. se insti-  
tuta ff. eod gl. s. ibi viribique.

22. His animaduertis dubium modò oritur non  
vulgare, an hodie possint filiisfamilias in bonis ca-  
strenibus, aut quasi castrensibus præterire, & ex-  
hereditare parentes in testamentis suis: & hac de-  
re partita est opinio.

- Prima affirmat, & ait adhuc stare, & persistere  
ius antiquum. hanc tenet Panormitanus in cap.  
quia nos, de testament. num. 4. Fundamentum illius  
est primò, quia in eo capite dicitur posse clericum  
liberè testari de bonis castrensibus, aut quasi ca-  
strenibus, sine periculo, quod propter præteritionem  
parentum, sit nullum; aut querelæ inofficiosi  
subiiciatur, omnia enim videtur contineri in verbo  
liberè. Secundò, quia cum secularis miles hoc pri-  
uilegium habeat, cur denegabitur clero, qui est  
miles Dei?

- Secunda opinio verior, & probabilior, cui adhæ-  
reco, contrarium docet. hanc tenet glossa in l. vlt. C.  
de inofficio testam. verb. testamentum. & glossa in  
verb. Papinianus ff. eod. Bart. in Auth. quia nos, de te-  
stam. num. 6. Greg. Locez l. 6. tit. 17. parsit. 4. Molin.

tom. de iustit. disp. 2. 31. 6. in contraria. Contra uias  
dict. cap. quia nos, num. 7. &c alij communiter. Fun-  
damentum illorum est, quia post iura Authenti-  
corum prædictum testamentum filiisfamilias tam  
militis, quæm clericis, in quo filii patres suos in  
bonis castrensibus, aut quasi castrensibus præ-  
tereunt, est nullum, querelam inofficiosi patitur:  
quod patet ex Authentica ut cum de appellat. co-  
gnoscitur, in §. aliud quoque capitulum, ibi, sanc-  
tius non licere penitus, (id est, absque villa exce-  
ptione) præterire, aut exhereditare parentes, &c. &  
clarij ibi in §. stueigitur, vers. sanctius, ut aperte di-  
citur, si filii in illis bonis, in quibus habent plenam,  
ac liberam potestatem, & testandi facultatem (qua-  
lia sunt castrensia, & quali castrensia) parentes  
prætereant, aut sine causa exhereditent, testamen-  
tum esse nullum. Probatur etiam ex Authentice.  
Presbyteros i. C. de Episcop. & clericis. vbi statu-  
tur bona, quæ filiisfamilias clerici post clericatum  
acquirunt, quasi castrensia esse, & posse de illis li-  
berè testati, quoniam sint in potestate parentum,  
modò tamen si filios habeant, aut illis deficienti-  
bus, parentes legitimam portionem, hoc est, non prætereantur. Idem confirmat lex 6. Tauri, in  
qua decernitur, ut descendentes succedant ascen-  
dientibus, si descendentes careant descendientibus,  
in omnibus suis bonis cuiuscunq; qualitatis sint,  
id est, sive aduentitiis, sive castrenses, aut quasi  
castrenses sint. Neque fundamentum Panormi-  
tani subsistit, nam illud verbum liberè, nihil  
aliud est, quæm non habere prohibitionem ad  
testandum de bonis ratione Ecclesiæ acquisitis,  
iuxta formam communem, & iuxta ea, quæ de  
testamentis clericorum supra, cap. 9. num. 25. &  
deinceps, diximus.

### CAPUT XIX.

De bonis aduentitiis, & profectiis,  
& an ad partitionem veniant.

1. Bona aduentitia, quæ sint.
2. In bonis aduentiis habent filiisfamilias domi-  
nium, & proprietatem, patres vero solum dum  
vivunt usumfructum.
- Post mortem naturalem parentum consolidatur  
usufructus cum dominio. ibid.
- Bona aduentitia post mortem patrum non addu-  
cuntur ad collationem. ibid.
- An possint patres in filios, & filii in patres com-  
mittere furum circa bona aduentitia, & num. 4.  
Remissione.
- In quibus casibus non habeant patres usumfru-  
ctum in bonis aduentiis filiorumfamilias. ibid.  
remissione ad lib. 1. de contractib. in genere c. 15.  
a num. 3.
- An confiscari possit hic usufructus labente patre  
in barefissim, an statim solidetur cum dominio.  
ibid. remissione ad dictum cap. 5. num. 6. & 7.  
de contractib. in genere.
- An filiisfamilias testari possint ad pia, & non pia,  
ex licentia parentum de bonis aduentiis. ibid.  
remissione ad dictum cap. 15. de contractib. in  
genere, a num. 10. usque ad 14.
- An filiisfamilias teneantur ex illis parentes pa-  
peres alere. ibid. remissione.
- An parentes, quando bona filiorumfamilias ad-  
uentitia absunt, teneantur ea illis de suotie  
restituere. ibid.

§ Bona

## 616 De translat domini per vlt volunt.

scopi deputati; vel de codem Episcopi mandato in collegio aliquo, aut Academia, quasi in via ad maiores ordines versentur, iuxta dispositionem Concilij Tridentini sess. 23. cap. 6. de reformatio-  
ne, nam vnde probabit Molina, hanc consuetudinem, ille enim ibi eam non probat. Quare me-  
lius affirmit Sancius lib. 7. Decalog. cap. 15. num. 35. cum multis, quos ibi citat, iuxta ea, quae late,  
& copiosè diximus hoc lib. 6. cap. 9. num. 28. 29.  
& 30. Bona illa, quae huicmodi clerici acqui-  
runt, quasi castrensia esse, etiam si qualitates non  
habeant, quas Concilium Tridentinum modò  
allegatum requirit, loquitur enim ibi Concilium  
de necessariis ad gaudendum priuilegio fori, non  
de priuilegio bonorum castrensium, aut quasi  
castrensium.

21. Præcipuum dubium hic est, utrum filiisfamilias  
in bonis suis castrensibus, aut quasi castrensibus  
præterire possint validè in testamentis suis pa-  
rentes suos: & antequam respondeamus ad hoc  
dubium, notabis primò, olim fas fuisse filiisfami-  
lias præterire, & exhereditare parentes sine cau-  
sa in bonis castrensibus, & quasi castrensibus, ne-  
que proinde testamentum esse nullum, aut quere-  
lam inofficiosi pati potuisse. ita constat ex l. ultima, C. de inofficiis, testament. & satis id innuitur  
l. 6. in fine, tit. 17. parsit. 4. quo in loco ait Gre-  
gorius Lopez, liberè potuisse olim filiisfamilias  
clericos de suo peculio castrensi, vel quasi ca-  
strensi testari, patribus in testamento præteritis,  
exhereditatisque, de iure communis loquendo, ta-  
men si de iure Castellæ, firmus non sit. Secus erat  
tamen olim de patribus familias respectu filiorum,  
patres enim non poterant præterire filios in bo-  
nis castrensibus, aut quasi castrensibus, que ipsi  
patres habeant, ut constat ex eadem l. ultima, & si  
quem præteriissent, testamentum erat nullum, l.  
Papinianus, ff. de inofficiis. testament. Excipieba-  
tur tamen, nisi patresfamilias iure militari, &  
tanquam milites in militia testarentur, & ibi mor-  
tui essent, iuxta ea, quae tom. 1. de iustit. disp. 129.  
late disputat Molina, vel intra annum post fini-  
tam militatem expeditionem testarentur; tunc  
enim quamvis hæredes tam descendentes, quæ  
ascendentes præteriissent, aut exhereditassent, re-  
stamentum illorum erat validum, & nullam querelam inofficiosi patiebatur, etiamsi nulla alia bona  
haberent præter castrensia, aut quasi castrensia.  
l. Papinianus, ff. de inofficiis. testam. l. se insti-  
tuta ff. eod gl. s. ibi viribique.

22. His animaduertis dubium modò oritur non  
vulgare, an hodie possint filiisfamilias in bonis ca-  
strenibus, aut quasi castrensibus præterire, & ex-  
hereditare parentes in testamentis suis: & hac de-  
re partita est opinio.

- Prima affirmat, & ait adhuc stare, & persistere  
ius antiquum. hanc tenet Panormitanus in cap.  
quia nos, de testament. num. 4. Fundamentum illius  
est primò, quia in eo capite dicitur posse clericum  
liberè testari de bonis castrensibus, aut quasi ca-  
strenibus, sine periculo, quod propter præteritionem  
parentum, sit nullum; aut querelæ inofficiosi  
subiiciatur, omnia enim videtur contineri in verbo  
liberè. Secundò, quia cum secularis miles hoc pri-  
uilegium habeat, cur denegabitur clero, qui est  
miles Dei?

- Secunda opinio verior, & probabilior, cui adhæ-  
reco, contrarium docet. hanc tenet glossa in l. vlt. C.  
de inofficio testam. verb. testamentum. & glossa in  
verb. Papinianus ff. eod. Bart. in Auth. quia nos, de te-  
stam. num. 6. Greg. Locez l. 6. tit. 17. parsit. 4. Molin.

tom. de iustit. disp. 2. 31. 6. in contraria. Contra uias  
dict. cap. quia nos, num. 7. &c alij communiter. Fun-  
damentum illorum est, quia post iura Authenti-  
corum prædictum testamentum filiisfamilias tam  
militis, quæm clericis, in quo filii patres suos in  
bonis castrensibus, aut quasi castrensibus præ-  
tereunt, est nullum, querelam inofficiosi patitur:  
quod patet ex Authentica ut cum de appellat. co-  
gnoscitur, in §. aliud quoque capitulum, ibi, sanc-  
tius non licere penitus, (id est, absque villa exce-  
ptione) præterire, aut exhereditare parentes, &c. &  
clarij ibi in §. stueigitur, vers. sanctius, ut aperte di-  
citur, si filii in illis bonis, in quibus habent plenam,  
ac liberam potestatem, & testandi facultatem (qua-  
lia sunt castrensia, & quali castrensia) parentes  
prætereant, aut sine causa exhereditent, testamen-  
tum esse nullum. Probatur etiam ex Authentice.  
Presbyteros i. C. de Episcop. & clericis. vbi statu-  
tur bona, quæ filiisfamilias clerici post clericatum  
acquirunt, quasi castrensia esse, & posse de illis li-  
berè testati, quoniam sint in potestate parentum,  
modò tamen si filios habeant, aut illis deficienti-  
bus, parentes legitimam portionem, hoc est, non prætereantur. Idem confirmat lex 6. Tauri, in  
qua decernitur, ut descendentes succedant ascen-  
dientibus, si descendentes careant descendientibus,  
in omnibus suis bonis cuiuscunq; qualitatis sint,  
id est, sive aduentitiis, sive castrenses, aut quasi  
castrenses sint. Neque fundamentum Panormi-  
tani subsistit, nam illud verbum liberè, nihil  
aliud est, quæm non habere prohibitionem ad  
testandum de bonis ratione Ecclesiæ acquisitis,  
iuxta formam communem, & iuxta ea, quæ de  
testamentis clericorum supra, cap. 9. num. 25. &  
deinceps, diximus.

### CAPUT XIX.

De bonis aduentitiis, & profectiis,  
& an ad partitionem veniant.

1. Bona aduentitia, quæ sint.
2. In bonis aduentiis habent filiisfamilias domi-  
nium, & proprietatem, patres vero solum dum  
vivunt usumfructum.
- Post mortem naturalem parentum consolidatur  
usufructus cum dominio. ibid.
- Bona aduentitia post mortem patrum non addu-  
cuntur ad collationem. ibid.
- An possint patres in filios, & filii in patres com-  
mittere furum circa bona aduentitia, & num. 4.  
Remissione.
- In quibus casibus non habeant patres usumfru-  
ctum in bonis aduentiis filiorumfamilias. ibid.  
remissione ad lib. 1. de contractib. in genere c. 15.  
a num. 3.
- An confiscari possit hic usufructus labente patre  
in barefissim, an statim solidetur cum dominio.  
ibid. remissione ad dictum cap. 5. num. 6. & 7.  
de contractib. in genere.
- An filiisfamilias testari possint ad pia, & non pia,  
ex licentia parentum de bonis aduentiis. ibid.  
remissione ad dictum cap. 15. de contractib. in  
genere, a num. 10. usque ad 14.
- An filiisfamilias teneantur ex illis parentes pa-  
peres alere. ibid. remissione.
- An parentes, quando bona filiorumfamilias ad-  
uentitia absunt, teneantur ea illis de suotie  
restituere. ibid.

§ Bona

5. *Bona profectitia, qua dicantur.*  
 6. *In bonis profectitiis habent patres familias dominiam, & usumfructum, & filii nihil habent.*  
*Possunt patres dum vivunt illa licet, & valide vendere, & quocunque modo velint, distrahere, modo non sint vinculata, ibid.*  
*Quid in dubio an censenda sint bona profectitia, an aduentitia, ibid.*  
 7. *Bona profectitia in eo distinguantur ab alijs bonis liberis, que patres familias habent, quod non possint confiscari, si patres familias in crimine haeresis, aut lese maiestatis labantur, & si filii non obtinuerint contra fiscum sententiam, possunt hibi recompensare.*  
*Bona profectitia filiorum familias post mortem patrum adducuntur ad collationem, ibid. & num. 8.*  
 8. *Illa bona profectitia, que parentes viriisque sexus in dorem ad nuptias, vel in patrimonium ad sacros Ordines filios familias constituant, an veniant ad collationem post mortem parentum, & quomodo veniant.*  
 10. *Qualiter, & quomodo facienda sit diuisio incris inter patrem. & filios familias negotiantes cum pecunias parentum.*  
*Quid quando pater erat mercator, ibid.*  
*Quid quando non erat mercator, an tunc filios familias possit deducere pro salario sui laboris tantum, quantum pater donaret extraneo, ibid.*  
 11. *Perstringuntur alia dubia circa bona profectitia.*

1. **B**ONA aduentitia, ut diximus lib. 1. de contractibus in genere, cap. 15. num. 1. & lib. 7. Decalogi, precepto 7. ubi de furtis parentum in filios, & filiorum in parentes egimus, sunt ea, quae non sunt castritia, nec quasi castritia, & quae non iniuria, neque ex aula, neque ex officio publico, aut beneficio Ecclesiastico, aut ratione sacerdotum Ordinum, maiorum, vel minorum, neque ex parte partis, causa, successione; illius intuitu, aut contemplatione filios familias habet, & acquirit, eique donantur. Sed sunt illa, quae filios familias proprio labore acquirit, arte, industria, fortuna, donatione, successione ex parte, & parentela mattis, & quae ei donantur ab aliqua persona, quae non sit illius pater, neque ex proximo, & principali intuitu patris, eique adueniunt, vel testamento relinquuntur, vel ab aliquo alio legato ex parte, & ratione patris, atque adeo bona aduentitia sunt illa, quae filios familias habent, & acquirunt, aut eis testamento relinquuntur, aut in vita donantur causa, & intuitu mattis, vel illis a matribus ex suo tertio in Lusitania, in Castella vero ex quarto, & quinto, testamento relinquuntur, vel a consanguineis descendientibus, vel collateralibus ex parte matris, amicis, notis ex eadem parte ipsius mattis. Item quae ipsi pecuniis furto, vel mutuo acceptis, negotiando acquirunt, & quae inueniunt, veluti thesauri, & similia. ita docent communiter Doctores. Molina tom. 1. de iustitia, tractat. 2. disp. 8. & disp. 232. Caldas in l. si curatorem. verb. les. num. 120. Azor 2. part. lib. 2. cap. 23. ques. 3. Naustrus in summa Latina, cap. 17. n. 143. & 141. Petrus Nauarra lib. 3. cap. 6. 9. §. 3. tertia dubitatio.  
 2. In bonis aduentitiis, (quod ad partitionem, & collationem bonorum cum fratribus, & aliis coheredibus attinet) habent filios familias dominium, Evidenz de iustitia, &c.

& proprietatem: parentes vero usum tantum fructuum, dum ipsi parentes naturaliter vivunt; & ideo mortuis patentibus, morte naturali, siue violenta, siue non violenta, statim ille ususfructus consolidatur cum codeni dominio, & proprietate, & fiunt tota ex integro iplorum filiorum familias, & non veniunt ad collationem adducere, parent ex nostris Ordinationibus Lusitaniae in nouis lib. 4. tit. 98. & de iure communi, ex l. cum oportet. & Authenticis in ea insertis, & ex l. cum non solum. C. de bona que liber. & §. igitur. ver. 3. quid autem. Iustitiae per quas personas nobis acquiritur. & ita Caldas citatus num. 104. & 120. & 125. Molina tom. 1. de iustitia. tract. 2. disp. 232. ver. 3. dominium bonorum. Rebellus 1. part. de obligat. iustitiae, lib. 1. quest. 7. sect. 2.

3. An autem, & quatenus patres in filios familias, & filij in patres circa bona aduentitia ferta committere possint, & quatenus ex illis ad restitutionem teneantur, diximus lib. 7. in nostro tom. 2. Decalogi, precepto 7. ubi de furtis parentum in filios, & filiorum in patres egimus: & an teneantur iidem filios familias inseruire parentibus gratis, ibidem etiam abunde diximus. & quod si fidem filij aliquid acquirant sustentati, & non sustentati bonis parentum, an illud ad collationem adducendum sit, ibidem etiam tractavimus. In quibus vero casibus non habeant patres usumfructum, & administrationem in bonis aduentitiis filiorum familias, diximus lib. 1. de contractibus in genere. cap. 15. à num. 3. usque 5. An etiam si pater incidat in haeresim, confiscari possit estimatio ususfructus, quæcumque ille habebat in bonis aduentitiis filij, an statim ille ususfructus consolidetur cum proprietate, & dominio filij, satis etiam tractauimus lib. 1. de contractibus in genere, dicto cap. 15. num. 6. & 7. & an de licentia saltem parentum testari possint filios familias ad pia, & non pia de bonis aduentitiis, ibidem egimus à num. 10. usque ad 14. & an possint etiam de illis donare in vita, & causa mortis, sine licentia parentum ibidem. & quatenus filios familias teneantur parentes pauperes ex suis bonis aduentitiis aere, ibidem etiam explicauimus à num. 16. & rursus, an acquisita à filios familias cum bonis, quae non pertinent ad parentes, censeantur bona aduentitia filiorum, ibidem etiam diximus num. 19. Denique an quando parentes absunt bona aduentitia filiorum familias, teneantur illis restitucionem facere ex tertia bonorum suorum parte, similiter diximus num. 20.

4. Cæteras dubitationes, quæ circa hanc materiam desiderati hic possunt, vide in nostro 2. tom. in Decalogum lib. 7. precepto 7. cap. 5. & in hoc nostro tom. de iustitia, lib. 1. de contractibus in genere, cap. 15. nos enim hoc loco solùm agimus, an illa adducenda sint ad collationem cum aliis fratribus, & ideo ne vitium repetitionis incurramus, cæteras dubitationes omittimus.

### De bonis profectitiis.

5. Bona profectitia dicuntur illa, quae filios familias obtinet causa, & occasione patris, aut negotiando cum pecuniis patris acquitit: v. c. illa, quae a patre suo ex tertio suorum bonorum accepit, vel, quae intuitu, & contemplatione patris filios familias adveniunt. Ita communiter Doctores. In dubio autem, an bona sint profectitia, & an causa, & occasione patris, filios familias adveniant, an sint aluentitia, vide quæ diximus lib. 1. de contractis

trem, cuius erat pecunia, pertinere, adducendumque esse ad collationem, siue pecunia fuerit futtua, siue non, & siue filius negotiatus fuerit cum licentia, & sine licentia patris: posse tamen filium familias inde deducere, quin ad collationem adducere teneatur, in foro poli, (& idem erit in foro soli.) tantum quantum mercedis, & salarii patet datet extraneo pro eo labore, & negotiacione, qui tantumdem acquireret, & laborate; quia nulla ratio dictat, quod filius familias premium sui laboris amittat, ceteris fratribus oscitantibus, & orientibus. Hec tamen doctrina Nauatri moderanda est tribus limitationibus. Prima, ut id intelligatur, quando filius familias patrem, ob illius paupertatem sustentare non teneatur, iuxta l. si quis a liber. 6. idem. ff. de liber. agnoscend. & l. Nescimus. ff. de negot. ges. & l. alimenta. C. eodem. Secunda, quod expreſſe aut latenter tacite in animo habuerit se eo animo patri inseruire, ut ob suum laborem, & industriam ei paret tantum donaret, quantum donaret extraneo pro simili labore, & industria. Tertia, ut alij fratres orientur, & non similiter patri inseruiant, patique lucentur, iuxta communem Doctorum.

## CAPUT XX.

Quid sit collatio: quæ bona partitio-  
nem non ingrediantur; & quæ ex  
communi accruo prius deducan-  
tur. Agitur de modo, quo partitio-  
nes faciendæ sint.

- 1 Quid sit collatio.
- 2 An expensa funeris defuncti deducende sint ex communi accruo.
- 3 An vestes lugubres familiae, & n. 4.
- 4 Quid de debitis defuncti.
- 5 An expensa funerum praferenda sint ari alieno, quando defunctus solum bona ad illæ habet.
- 6 Sipendia, & salario famularum unde deducen-  
da sint.
- 7 Au teneatur moribundus in conscientia minuere  
aliquid de expensis sui funeris competentibus ad  
genus suum, quando seit, se aliunde non habere,  
vnde debita soluat.
- 8 Legata, que defunctus in testamento facit, deduc-  
cuntur ex tercio illius.
- 9 Expensa funeris unius coniugis altero superstite  
de consuetudine Regni Lusitanie deducuntur  
ex bonis communib[us] viri que coniugis.
- 10 De iure Regni Castella, unde deducantur expen-  
sa ordinaria defuncti, & cetera legata illius,  
& num. 12.
- 11 Quid quando descendentes relinquit, & quando  
solum ascendentis. ibid.
- 12 In Regno Lusitanie, mortuo uno coniuge, altero  
superstite unde familia alatur, dum partitiones  
non sunt.
- 13 In Regno Lusitanie, quando matrimonium con-  
trahitur per contractum dimidiatis, manet  
uxor in capite casali, & familia, quoad usque  
partitiones sunt.
- 14 Quid de iure Castella, & communi.
- 15 Matrimonium contractum per contractum dotis,  
& arbarum, primo loco antequam partitiones  
sunt, extrahuntur dotes, & arba ex communi  
accrue: deinde in secundo loco extrahuntur de-

bira, in quibus comprehenduntur expensa fune-  
ru, & quidquid in testamento factio[n]e, & ap-  
probatione expensum est.

- 17 Modus, quo facienda sunt partitiones.  
Legata deducuntur ex tercio in Lusitanie ibid.  
Quid si tertium non sufficiat omnibus legatis, &  
qua prius soluenda sint, ibid.
- 18 Quid in Regno Castella.
- 19 Au filiu, vel filia dotata, si velint collationem  
ingredi, teneantur adducere ad illam suam do-  
tem, & usumfructum illius, & n. 20.  
Et an aliquando ad id possint obligari. ibid.
- 20 Donationes remuneratoria facta filiis familiae per  
parentes, an adducende sint ad collationem, re-  
missione ad lib. 4. cap. 7. n. 1.  
Quid de donationibus simplicibus, & liberalibus,  
ibid. n. 2.  
Quid de donationibus factis per patres filii con-  
tingatis, ibid. n. 4. & 5.  
Quid quando unus filius familiae inseruit pari  
alijs orientibus, an tunc teneatur huiusmodi  
filius ad collationem adducere id, quod ei pater  
donat pro seruicio. ibid.  
An donatio facta à patre filios familiae pro dote  
offerenda sit ad collationem, & quando, & qua-  
tenus offerenda sit. ibid. n. 6.  
An expensa facta in coniugio pro die nuptiarum.  
ibid. n. 7.  
An vestes, & ornamenta data pro nuptrijs. ibid.  
num. 8.  
Quid de vestibus, & ornamentis missis ab sposo  
sponsa, an restituenda sint si matrimonium esse-  
tum non habeat. ibid. n. 9.  
Et si habeat, an adducenda sint ad collationem  
post mortem mariti. ibid.  
Et quid si contrahitur per chartam dotis, &  
ar-  
barum, si filii, vel filia dotata velint ingredi  
ad collationem; an docem mobilem, vel immo-  
bilem teneamus adducere, in quo statu, & usu-  
fructus illius. ibid. n. 11. & 12.  
Quid quando pater dotauit filium, vel filiam in  
certa quantitate pecunia soluenda dum eis do-  
tem integrum non soluit, an ea quantitas iam  
expensa adducenda sit. ibid. num. 13. & 14.  
An illa, que datur ultra doted pro ingressu Re-  
ligionis, v.c. vestes, supellece, linteamina, cochlea,  
fuscinula argentea, & cetera iocalia adducenda  
sunt, quando monasterium vult ingredi parti-  
tionem. ibid. n. 16.  
Quid de propinis. ibi. n. 18. & 19.  
Quid de cera, que datur pro Sacrificia, de peri-  
zamate, quod datur pro Ecclesia, & de letitulo  
pro domo valetudinaria. ibid. n. 20.  
Quid de tensis, seu annuis redditibus. ibid. n. 21.  
Quid de donationibus rerum immobilium, que  
dantur filii à patribus, vel matribus pro mil-  
itia, quamvis sapientis in bellum eant, & quid si  
pro continuando, & cendo in palatium, & cu-  
riam. ibid. n. 22.  
Quid de donatione facta à patre filii pro pra-  
mio emancipationis. ibid. n. 24.  
Quid de datis pro studijs, & continuandis uni-  
versitatibus. ibid. n. 25.  
Quid de libriss. ibid. n. 28.  
An teneantur patres sustentare filios in studijs,  
quando illa intermisserunt. ibid. n. 30.  
An adducenda sint ad collationem expensa do-  
ctoratus pro studijs. ibid. n. 31.  
An patrimonium pro sacerdotio, & sacris Or-  
dinibus. n. 34.  
An officia donata à patre, vel à Rege filiis fa-  
milias

trem, cuius erat pecunia, pertinere, adducendumque esse ad collationem, siue pecunia fuerit futtua, siue non, & siue filius negotiatus fuerit cum licentia, & sine licentia patris: posse tamen filium familias inde deducere, quin ad collationem adducere teneatur, in foro poli, (& idem erit in foro soli.) tantum quantum mercedis, & salarii patet datet extraneo pro eo labore, & negotiacione, qui tantumdem acquireret, & laborate; quia nulla ratio dictat, quod filius familias premium sui laboris amittat, ceteris fratribus oscitantibus, & orientibus. Hec tamen doctrina Nauatri moderanda est tribus limitationibus. Prima, ut id intelligatur, quando filius familias patrem, ob illius paupertatem sustentare non teneatur, iuxta l. si quis a liber. 6. idem. ff. de liber. agnoscend. & l. Nescimus. ff. de negot. ges. & l. alimenta. C. eodem. Secunda, quod expreſſe aut latenter tacite in animo habuerit se eo animo patri inseruire, ut ob suum laborem, & industriam ei paret tantum donaret, quantum donaret extraneo pro simili labore, & industria. Tertia, ut alij fratres orientur, & non similiter patri inseruiant, patrque lucentur, iuxta communem Doctorum.

## CAPUT XX.

Quid sit collatio: quæ bona partitio-  
nem non ingrediantur; & quæ ex  
communi accruo prius deducan-  
tur. Agitur de modo, quo partitio-  
nes faciendæ sint.

- 1 Quid sit collatio.
- 2 An expensa funeris defuncti deducende sint ex communi accruo.
- 3 An vestes lugubres familiae, & n. 4.
- 4 Quid de debitis defuncti.
- 5 An expensa funerum praferenda sint ari alieno, quando defunctus solum bona ad illæ habet.
- 6 Sipendia, & salario famularum unde deducen-  
da sint.
- 7 Au teneatur moribundus in conscientia minuere  
aliquid de expensis sui funeris competentibus ad  
genus suum, quando seit, se aliunde non habere,  
vnde debita soluat.
- 8 Au teneatur moribundus in conscientia minuere  
aliquid de expensis sui funeris competentibus ad  
genus suum, quando seit, se aliunde non habere,  
vnde debita soluat.
- 9 Legata, que defunctus in testamento facit, deduc-  
cuntur ex tercio illius.
- 10 Expensa funeris unius coniugis altero superstite  
de consuetudine Regni Lusitanie deducuntur  
ex bonis communib[us] viri que coniugis.
- 11 De iure Regni Castella, unde deducantur expen-  
sa ordinaria defuncti, & cetera legata illius,  
& num. 12.
- 12 Quid quando descendentes relinquit, & quando  
solum ascendentis. ibid.
- 13 In Regno Lusitanie, mortuo uno coniuge, altero  
superstite unde familia alatur, dum partitiones  
non sunt.
- 14 In Regno Lusitanie, quando matrimonium con-  
trahitur per contrallum dimidiatis, manet  
uxor in capite casali, & familia, quoad usque  
partitiones sunt.
- 15 Quid de iure Castella, & communi.
- 16 Matrimonium contractum per contrallum dotis,  
& arbarum, primo loco antequam partitiones  
sunt, extrahuntur dotes, & arba ex communi  
accruo: deinde in secundo loco extrahuntur de-

bira, in quibus comprehenduntur expensa fune-  
ru, & quidquid in testamento factio[n]e, & ap-  
probatione expensum est.

- 17 Modus, quo facienda sunt partitiones.  
Legata deducuntur ex tercio in Lusitania ibid.  
Quid si tertium non sufficiat omnibus legatis, &  
qua prius soluenda sint, ibid.
- 18 Quid in Regno Castella.
- 19 Au filiu, vel filia dotata, si velint collationem  
ingredi, teneantur adducere ad illam suam do-  
tem, & usumfructum illius, & n. 20.  
Et an aliquando ad id possint obligari. ibid.
- 20 Donationes remuneratoria facta filiis familiae per  
parentes, an adducende sint ad collationem, re-  
missione ad lib. 4. cap. 7. n. 1.  
Quid de donationibus simplicibus, & liberalibus,  
ibid. n. 2.  
Quid de donationibus factis per patres filios con-  
tingatis, ibid. n. 4. & 5.  
Quid quando unus filius familiae inseruit pari  
alijs orientibus, an tunc teneatur huiusmodi  
filius ad collationem adducere id, quod ei pater  
donat pro seruicio. ibid.  
An donatio facta à patre filios familiae pro dote  
offerenda sit ad collationem, & quando, & qua-  
tenus offerenda sit. ibid. n. 6.  
An expensa facta in coniugio pro die nuptiarum.  
ibid. n. 7.  
An vestes, & ornamenta data pro nuptrijs. ibid.  
num. 8.  
Quid de vestibus, & ornamentis missis ab sposo  
sponsa, an restituenda sint si matrimonium esse-  
tum non habeat. ibid. n. 9.  
Et si habeat, an adducenda sint ad collationem  
post mortem mariti. ibid.  
Et quid si contrahitur per chartam dotis, & ar-  
barum, si filii, vel filia dotata velint ingredi  
ad collationem; an docem mobilem, vel immo-  
bilem teneamus adducere, in quo statu, & usu-  
fructus illius. ibid. n. 11. & 12.  
Quid quando pater dotauit filium, vel filiam in  
certa quantitate pecunia soluenda dum eis do-  
tem integrum non soluit, an ea quantitas iam  
expensa adducenda sit. ibid. num. 13. & 14.  
An illa, que datur ultra doted pro ingressu Re-  
ligionis, v.c. vestes, supellece, linteamina, cochlea,  
fuscinula argentea, & cetera iocalia adducenda  
sunt, quando monasterium vult ingredi parti-  
tionem. ibid. n. 16.  
Quid de propinis. ibi. n. 18. & 19.  
Quid de cera, que datur pro Sacrificia, de peri-  
zamate, quod datur pro Ecclesia, & de letitulo  
pro domo valetudinaria. ibid. n. 20.  
Quid de tensis, seu annuis redditibus. ibid. n. 21.  
Quid de donationibus rerum immobilium, que  
dantur filii à patribus, vel matribus pro mil-  
itia, quamvis sapientis in bellum eant, & quid si  
pro continuando, & cendo in palatium, & cu-  
riam. ibid. n. 22.  
Quid de donatione facta à patre filii pro pra-  
mio emancipationis. ibid. n. 24.  
Quid de datis pro studijs, & continuandis uni-  
versitatibus. ibid. n. 25.  
Quid de libriss. ibid. n. 28.  
An teneantur patres sustentare filios in studijs,  
quando illa intermisserunt. ibid. n. 30.  
An adducenda sint ad collationem expensa do-  
ctoratus pro studijs. ibid. n. 31.  
An patrimonium pro sacerdotio, & sacris Or-  
dinibus. n. 34.  
An officia donata à patre, vel à Rege filiis fa-  
milias

## 620 De translat. dominij per vlt. volunt.

milia adducenda sint ad collationem.

An expensa facta pro filiis familias liberandis à captiuitate, & delictis, & pro peregrinatione illorum. Remissione ad lib. 4 cap. 8. per totum.

Quatenus patres possint donare, & remittere usum fructuum bonorum adueniitorum filiis familiis. n. 10.

1. **G**OCIMVR vel intiti, & cum magna molestia, ac fastidio nostro, nonnulla repetitio, que iam lib. 4. de translatione dominij per donationem, cap. 7. & 8. diximus; sed ne doctrina partitionum, de qua agimus, imperfecta, & manca maneat, necesse est, ut vitium repetitionis admittamus, nec maius vitium incurramus. Collatio ergo nihil aliud est, quam allatio in communem bonorum mortui parentis aceruum, ex quo filiis legitima debeantur.

2. In primis expensae funeris deducendae sunt ex communii aceruo, & partitionem non ingrediuntur. Nomine autem expensarum intelliges (quando defunctas nihil circa suam tumulationem in testamento suo, vel verbo tenus prescripsit) id quod pro equalitate personae illius, pro quantitate bonorum, pro numero filiorum, & pro aliis omnibus circumstantiis concurrentibus recta ratio prescripsit factores, consuetumque fuerit inter homines qualitatis ipsius defuncti: ita communiter Doctores, quos statim citabo.

3. Deinde vestes lugubres familiae dare, non sunt ad partitionem adducendae, quia pertinent ad funeralis expensas, & humationem defuncti, & ex communii aceruo deducuntur, ut nunc sequentur dicemus. Similiter certe esse illio sepulturæ, aptatio illius, expensæ etiam factæ in asportando corpore ex uno loco in alium, vel illud transferendo, in officiis, sacrificiis, oblationibus, aut similibus iuxta qualitatem, & nobilitatem familie, usque ad perfectam corporis humationem, ex eodem communii aceruo deducendæ sunt, & partitionem non ingrediuntur: quod etiam intelligendum est de expensis in duabus aliis officiis factis post humationem defuncti, mensis, & anni, patent hæc omnia ex l. 1. §. vlt. ff. ad l. falcidiam, & ex l. vlt. §. in computatione, C. de iure deliber. & ex l. si quis sepulchrus. §. penult. & vlt. & ex l. at si quis ff. de relig. & sumpt. funer. & ex l. 12. tit. 13. partit. 1. & ex iure Lusitano in novis ordinationibus, lib. 4. tit. 97. §. 7. & seqq. docent Pinellus de bonis maternis 2. p. num. 71. Ant. Gom. ad l. 30. Tauri. Couat. in cap. Raynaldus, de testam. §. 3. num. 2. Molina tom. 1. de iustit. tralit. 2. diff. 235. in principio. Gama decif. 308. num. 1. 1. & 5. & alij communiter.

4. Putat tamen Gama dict. decif. 308. num. 5. vestes lugubres famulorum, familiaeque domesticæ, non esse ex communii aceruo deducendas, sed ex tertio bonorum defuncti; sed contrarium, & melius existimat Molina. tom. 1. de iustit. diff. 235. §. consentit in his. Vallasc. de partitionib. cap. 13. Primo quia, ut dixi, pertinent ad funeralis expensas, & humationem corporis. Secundo, quia id iura citata sonant. Tertio, quia huiusmodi vestes non solum ad honorem defuncti, sed etiam ad hæredum illius decus spectant, modò moderatae sint respectu personæ, qualitatibusque defuncti. Quarto, quia tales vestes inter legata defuncti computari non debent, & ideo non est, quod ex tertio bonorum illius deducantur, sed vel omittendas erunt, quod nullus dicet, nec hæredes defuncti, si ingenui sint, patientur, vel ex communii aceruo ante partitionem bonorum inter hæredes erunt extrahendas, ut iura citata sonant.

Ex eodem communi aceruo bonorum defuncti deducenda sunt debita illius, quæ ipse fecit ad alienam familiam, libertosque, & quia debita non computantur cum propriis bonis, & quia in utilitatem filiorum, & hæredum contracta sunt, tantum enim ex bonis defuncti detrahiendum erat ad alienam familiam defuncti, quantum fuit debitum, quod propter hanc causam contraxit. ita communiter Doctores, Lopez, & Antonius Gomez allegati. Molina. diff. 235. §. mō vero, & §. si capitale, & alij communiter. Si tamen defunctus inique viviendo multa debita contraxit, tenetur ille in conscientia ea in suum tertium computare, & probato negotio ita rectas iudex iudicabit.

Et vero expensas funerum, & vestes lugubres, quæ ad funera spectant, praferendas esse æti alieno, docent communiter Doctores, & constat ex l. penult. ff. de relig. & sumpt. funer. etiam si creditoress expressis habeant hypothecas, & docet Gregorius Lop. in l. 12. tit. 13. partit. 1. & Ant. Gom. ad l. 30. Tauri. Molina tom. 1. de iustit. tralit. 2. diff. 235. §. mō vero, & diff. 214 in fine. Sed hoc intelligendum est de expensis praeciis necessariis, & moderatis ad ipsam tumulationem defuncti, non de expensis ad vestes famulorum, quando bona illius ad vitrumque non sufficiunt, & ratio est, quia in eo casu, quod ad vitrumque bona defuncti non sufficiant, impium est velle creditoress propter sua debita, ut sepultura corporis careant miseri defuncti, aut exequiis moderatis prouidentur: Indò tunc incedunt in poenas iuris gravissimas, si id attente sit creditoress, ut docet Molina hic citatus in vitroque loco. nam l. vlt. C. de sepulcro, violatio, & ducas, authenticis ibi adiuvatis, & in Authenticis, ut defuncti, seu fancra, in initio, & §. sancimus igitur, & §. si vero, & in Authenticis, ut cum de appell cognosc §. meminimus, statuitur, ut nefas sit propter debita defuncti, sepulturam illius, aut exequias decentes impediti, sub pena 50. librarum auti: & si creditor contra hanc legem delinquens non habeat bona, unde has 50. libras auri soluat, in corpore arbitrio iudicis, & insuper sub pena ut ex ipso amittat actionem, quam ad debitum habebat, & tertiam partem bonorum; & prohibet, etiam hæc Authenticis hæredes defunctorum, aut fiduciarios illorum super hæc molestari, aut in iudicium vocari intra nouem dies à morte defuncti, ut ab eis exigatur ratio debitorum.

Stipendia, & salario famulis debita ex communii aceruo in partitione hereditatis, solvi debent, licet soluantur ultra 30. dies post mortem defuncti, quia famuli culpa hæredum impediti fuerint, ne soluti stipendiis statim demitterentur, ita docet Gama decif. 308. num. 4. argumento l. 3. ff. de negotiis gest. in princip. I. sed & si leg. §. ideo au: em, & §. quod au: tem ff. de peti: hæredit.

Existimat Molina diff. 235. §. in foro tamen conscientia, (& bene existimat, ) teneri defunctum in eodem foro poli, sciens, & animaduertens sua bona non sufficere ad soluenda debita creditoribus, & ad omnes funeralis expensas, precipere in testamento suo, ut de impensa corpori, & animæ ipsius debita, quantum fieri possit, moderetur aliquid, detrahaturque, ut debita soluantur: ita tamen, ut corpus, sine facibus aliquibus, comitatu crucis, & cærdotum ad sepulturam non deferatur: & addit Molina ibi, aliter puto absolui defunctum non posse. & ratio est, quia si neque hoc creditores nolint, irrationabiles sunt, quia Christiana charitas exigit, ut hanc iacturam patientur, neque ullum dedecus inde resultat defuncto, imd potius decus, & ædificatio, ut de sumptibus corporis,

5.

6.

7.

8.

&

- & animæ ipsius debitum, aliquid moderatum ipse derrahat.
- 9.** Legata, quæ defunctus ultra expensas congruentes pro funere illius factas, iubet in testamento pro anima sua fieri, detrahenda sunt de tertio illius, de quo ipse liberè testari poterat. ita Molina *tom. I. de iustitia, disp. 235. §. ex dictis de funerali impensa.* & Gama *decis. 108. num. 5.* nam si Gama ibi vult, ut vestes lugubres famulorum deducendas sint ex tertio defuncti, non ex communi aceruo, iuxta supradicta, cum tamen pertineant ad funus, & expensas funeralis ingrediantur, cui id etiam non vallet de legatis, quæ ad expensas funeralis non pertinent.
- 10.** Similiter expense funeralium viuis coniugis altero superstite de consuetudine huic Regni Lusitanæ consentaneæ ad ius commune, & ad omnem æquitatem naturalem deducuntur ex bonis communibus utriusque coniugis, quando matrimonium contractum est charta dimidieratis: quando vero contractum fuit matrimonium per pactum dotis, & arrharum, extrahendas sunt de lucro communi, si aliquod acquisitum sit; si vero nihil acquisitum sit, censemur dos data pro alimentis uxoris, & pro expensis cum illius corpore faciendis usque ad sepulturam, si illa prius emoriatur; & ideo extrahendas sunt ex expensæ ex parte mariti dotantis. Si vero præmoriatur maritus, uxor superstites accipit suam integrum dotem, & expensæ funeralium ad maritum, & heredes illius spectant. ita de hac consuetudine liquido testatur Molina *Theologus tom. I. de iustitia, disp. 232. §. in hoc eodem Regno.* quæ consuetudo, ut dixi, est consentanea ad ius communem, & naturalem æquitatem.
- 11.** De iure Regni Castellæ *I. 30. Tauri,* quæ est *I. 13. tit. 6. lib. 5. nouæ collectionis,* expensæ ordinariae funeralium una cum ceteris defuncti legatis deducuntur de sola quinta parte bonorum ad illum spectante, de qua ille solum liberè testari poterat, non de toto acerbo bonorum, etiam si testator contrarium in testamento præcipiat. ita idem Molina *§. in Regno autem Castellæ.* Antonius Gomez *ad dictam I. 30. Tauri.*
- 12.** At vero, quando defunctus in Regno Castellæ descendentes relinquunt, cum quinta pars bonorum solum ad defunctum spectet, ut de illa liberè disponat, dubium est, an quando ascendentibus succedunt, deducendas sint huiusmodi funeralis expensæ una cum ceteris legatis de tertio bonorum defuncti, an de omnibus defuncti bonis, iuxta dispositionem iuri communis? & hac de re partita est opinio.
- Prima docet deducendas esse de tertio. ita *Couartuias in cap. Raynaldus, de testamentis, §. 3. num. 2.*
- Secunda, & probabilius affirmat, deducendas esse de omnibus bonis defuncti: eam docent Antonius Gomez *ad I. 30. Tauri.* & Molina *tom. I. de iust. disp. 235. §. in Regno autem Castellæ.* ex optimo fundamento. Primo ex eo, scilicet, quia exceptio firmat regulam in contrarium, ut est commune Iuristarum axioma: in *I. autem illa 30. Regni Castellæ* solum sit exceptio à iure communi, quando defunctus de solo quinto potest liberè disponere, atque adeò, quando reliquit filios, & descendentes, quia in eo solum casu de quinta parte suorum bonorum liberè disponere potest; quare in reliquis, hoc est, quando solum habet heredes ascendentibus, standum est iuri communis disponenti in eo casu, de tercia suorum bonorum parte posse defundum disponere. Secundò ex eo, quod iuxta ductum naturæ, patres thesaurizant filiis, non vero filij parentibus, iuxta Apostolum *2. Corinth. 12.* quam ob rem legitimæ filiorum debent esse in iure magis favorabiles, quam ascendentium; quare, ne filiorum, descendantiumve legitimæ minuantur, statutum est in Regno Castellæ, ut solum in eo casu, quo parentes filios relinquunt, de solo quinto liberè testari possent.
- Mortuo uno coniuge, altero viuo superstite in Regno Lusitanæ, ut patet ex nouis ordinationibus *lib. 4. tit. 97.* consuetum est, ut familia de bonis communibus alatur, quoad usque partitiones ad finem perducantur, nisi superstes coniux in mora sit partitionem tradendi, mors enim semper noceat ei, per quem fit, ut probat *Sylvestris verb. mala, initio.* De communibus tamen famulis, vel statim, vel temporis progreßu, etiam antequam incipiat, vel finiatur ipsa partitio, solutis ex communi aceruo stipendiis, ut *num. 7. diximus, disponitur, ut expensæ minuantur;* & coniux superstes suam partem accipit, de qua vivat, atque sustentetur.
- De eodem iure Lusitanæ *loco citato,* quando matrimonium per chartam, & contractum dimidieratis, fuit celebratum, manet uxor in possessione bonorum omnium communium, dum partitiones non fiunt, quod Lusitanæ dicitur *ex cabeça de casal,* Latinè, in capite casalis, & ab illa partitionem accipiunt heredes mariti; similiter si uxor præmoriatur, in eadem possessione manet maritus, & ab illo heredes uxoris partitionem accipiunt. Excipe bona vinculata, quæ statim transiunt ad successorem maioratus, nisi aliqua melioramenta in illis sint facta, quorum estimatio sit utique coniugi communis: tunc enim retinet viuens coniux possessionem maioratus, dum partitio melioramentorum non fit, prout latius disponitur in ordinationibus nouis eiusdem Regni *lib. 4. tit. 97.* in veteribus vero *eodem lib. tit. 7. §. 1. & 2.* docet Molina *tom. I. de iust. disp. 235. §. de iure eiusdem Regni.*
- In Regno autem Castellæ, & in iure communis, in quo solum reperiuntur contractus dotis, & arrharum, si uxor superiuuat, heredes viri manent tanquam familie caput, seu in capite casalis, & ab illis accipiunt uxor dotem suam, & arrhas, & cetera, quæ ad illam spectant. Interim tamen dum prædicta dos, & arrha non soluuntur, manet ipsa in domo, in qua erat cum viro una cum omnibus rebus intra domum repertis. vide Molinam citatum *§. de iure communis.*
- Si excipias capitale dotis, & arrharum illius uxoris, quæ per locum pactum dotis, & arrharum communium contraxit, (hoc enim capitale ante omnia viri debita extrahendum est) illoque extracto ex communi aceruo antequam partitiones fiunt, ut diximus *num. 7.* statim deducendum est omnes alienum, in quo comprehendimus, ut supra diximus, stipendia seruorum usque ad mortem testatoris. Præterea extrahendas sunt expensæ ordinariae funeralium, & quidquid in factione, approbationeque testamenti, & inuentarij bonorum impensum est: & præterea quidquid impensum est in bonis servandis, & quidquid similiter expensum est in sumptibus familie usque ad partitionem, ut constat ex *I. ultima. §. in computatione. C. de iure delib.* & docent communiter Doctores. & tunc hoc facto ad partitionem veniendum.
- Modus autem, quo partitio facienda est in hoc Regno Lusitanæ, hic est. Si defunctus, facto testamento discessit, deductis iis, quæ toto hoc capite diximus, aceruuus manens tripartitò dividendus est in hoc Regno Lusitanæ; & ex una parte, de qua liberè